BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
51
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Google

# RELIQVIAE

## OMNIS AEVI

## AC

# MONVMENTORVM

INEDITORVM ADHVC.

TOMO III. HABENTVR

MEDII AEVI GLOSSARIA ET COMMENTARIA

AD SCRIPTORES BONGARSIANOS GESTORVM DEI PER FRANCOS

I. ANONYMVM AN. 1099.

II. ROBERT. MONACHVM. 1120.

III. BALDERICVM ARCHIEPISCOPVM.

IV. RAIMVNDVM AGILEVM.

V. FVLCHERIVM CARNOTENSEM.

VI. GAVTERIVM CANCELLAR.

VII. GVIBERTVM ABBATEM.

VIII. BARTH. PER. DE NANGEIO.


IX. LISIARDVM TVRONENSEM.

X. GVIDONEM ADDVANENSEM.

XI. OLIVERIVM SCHOLASTICVM an. 1220.

EX MVSEO

IO. PETRI a LVDEWIG, Icti.




FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIƆ IƆCC XX.

Digitized by Google

# PRAEFATIO
## TOMI III.
## RELIQVIARVM
## OMNIS AEVI
# MANVSCRIPTORVM.

G. BARTHII polyhiſtoria.

CVm in omni genere philologiae, tum in CRITICA MEDII inprimis AEVI magnum nomen *Gaſparis* BARTHII, equitis gentilitii, patria Cuſtrinenſis, Germani. Neque enim defuit ei quicquam praeſidii ad haec ſtudia inferioris etiam aetatis colenda. Omnium fere Europae populorum linguas calluit, imo plerisque etiam innotuit peregrinator. Nam in *Italiam*, *Hiſpaniam*, *Galliam*, *Angliam* atque *Belgium* ſuſcepit abſoluitque itinera; hoc etiam fine inſtituta,, ut ſermonis rerumque ſingularium praeſens notitiam ſibi acquireret. *Deinde*, muneribus publicis quibusque declinatis, ideo coluit uitam priuatam, ut ſolis litteris uiueret defigeretque animum unice in cultu earundem & in hanc abyſſum totus immergeretur. Totius igitur uitae curſum inde ab incunabulis, nam anno

cIↄ Iↄ LXXXVII. adſpexit lucem, ad ſenectam usque, in qua anno cIↄ Iↄc LVIII. obiit, ita confecit, ut nunc legeret libros; nunc ſcriptos purgaret a mendis; nunc, ubi opus, notaret eos; nunc ſuis illuſtraret commentariis; nunc ditaret uariis lectionibus partim ex ingenii uiribus, partim ad fidem codicum manuſcriptorum; iterum uero, licet rarius, ſcriberet ipſe, oſtenderetque ita parem ſibi utriusque artis facultatem. Suo certe merito *ingenium* audit, natum *aeternitati*, Ioſepho SCALIGERO: uir *inexhauſtae* lectionis, Chriſtophoro DAVMIO; librorum *helluo*, *polyhiſtor*, *criticus* inſignis Thomae REINESIO; *philologus* incomparabilis Tobiae MAGIRO; primae, mediae & infimae antiquitatis lumen Theod. SPIZELIO & quae plurium aliorum elogia ſunt generis eiusdem.

Plura eius INEDITA. §. 2. Etenim ſi dici debet, quod res eſt, non facile reperitur nominaturque ex albo doctorum uirorum, qui in genere multiplici uariorum ſtudiorum BARTHIO noſtro par. In *Graecis*; in *Romanis*; in *barbaris* ſcriptoribus idem genius, peritia, induſtria, labor, ſucceſſus, doctrina eadem elucet, nec ullibi dici ille poteſt extra oleas. Teſtantur hoc cum alii eius libri, tum ADVERSARIA eius, ex quibus haec polyhiſtoria potisſimum emicat. Id habent

bent, quod doleant, uiri litterati, plurima Barthii abſoluta eſſe, ſed, poſt obitum illius, alia deperdita alia carceres mordere etiamnunc. De commentario ſuo ad immortale opus AVGVSTINI de CIVITATE DEI ipſe ſentit magnifice (*). Ipſe ad nouos ADVERSARIORVM LIBROS fecit non ſolum ſpem, ſed etiam expleuit eandem. Verum latent etiam illa in ora uiciniae huius in cimeliis alicuius uiri, ut redimi queant aere atque in lucem emitti. Taceo alia.

*In illis COMMENTARIA animaduerſionum ad XI. ſcriptores de BELLIS SACRIS pro recuperanda PA-*

§. 3. Vti uero nullis parcere ſolemus impenſis, ſi quidem LIBRI MANVSCRIPTI uenum proſtant, qui lucem merentur: ita etiam hos ipſos, quos damus in hoc TOMO TERTIO, noſtro aere redemimus, hoc nobis fine propoſito, ut uſui paterent reipublicae litterariae. Quam uerſatus fuerit Barthius in uerbis rebusque medii aeui, cum AD-

):( 3 VER-

(*) BARTHIVS *in not. ad Rutilium p.* 31. *ad amicum lectorem* ita ſcribit : *Cum aliis libris, quos polliceor & quos hic nominare ſuperſedeo, ne tantilla aetas noſtra uanitatis ſuſpicionem incurrat. Vnum uero, inſtar ominum,* AVGVSTINVM DE CIVITATE DEI *tam bonae frugis* COMMENTARIIS *illuſtramus : ut* abſolutum *id* opus *omnibus nos curis mortalibus defunctos perſuadere poſſit. Cui ad umbilicum ducendo, ut uitae copiam det omnipotens, mecum lector cordate orare, puto, ex re tua erit.*

Palaestina, ſeculorum XI. XII. XIII.

VERSARIA eius teſtantur, tum ANIMADVERSIONES *illius ad Guilielmum Britonem, poetam hiſtoricum anni* cIↄ cc. Et, ſi quis dubitat, Barthio in hoc etiam ſtudii genere deberi principatum, ille *tertium* hunc *tomum* noſtrum audiat teſtem, qui G. Barthii eſt ſolius. Exemplum codicis autographum nacti ſumus, elegantisſime auctoris manu deſcriptum. TITVLVS uoluminis erat hic: VNDECIM BELLORVM PALAESTINORVM SCRIPTORES, *Gaſpar* BARTHIVS *partim ex manuſcriptis codicibus recenſuit, omnes animaduerſionum libris illuſtrauit, additis cuique indicibus gloſſariis.* Nihil certe promiſit hic commentator, quod non praeſtitit re ipſa. Principio *undecim hi ſcriptores* collati ſunt fere omnes cum CODICIBVS MANVSCRIPTIS, quos ille ex uariis Europae angulis, bibliothecis ac tabulariis requiſiuit accepitque ideo ad hos uſus. Vnde nunc hos auctores habemus emaculatos. Etenim ſi cogito, quantum operae poſuerint uiri eruditi in lectionibus uariis atque emendationibus auctorum Latii clasſicorum: omnino deſidero medicas manus in medii quoque aeui ſcriptoribus, qui plerique incorrecti ac mendoſi relinquuntur. Licet ex ultimis maior utilitas

Argumenta horum r) uariae lectiones.

litas, quam ex primis, redundet in rempublicam. Deinde addidit emendatis his ſcriptoribus lumina, quibus illos nunc explicauit, nunc correxit reduxitque in uiam, multoties quoque commentariis adauxit rerumque ſeleɕtiſſimarum ex medii aeui notitia conduɕto adparatu. Et ſane uti non ſolum Latii, ſed etiam Graeciae barbaros ſcriptores habemus: ita Barthius noſter in utroque litterarum genere fuit uerſatiſſimus. Qui ideo primos ex ultimis, ultimos ex primis potuit explicare & utrosque reddere luculentos. Imo, cum G. BARTHIVS iurisprudentiae eſſet ſtudioſus (*) intelligeretque ita uſum ciuilem ex monumentis inferioris aetatis: in ſeneɕta magnam otii ſui partem dedit barbari aeui notitiae cum in ſacris, tum in ciuilibus cauſis. *Demum* ſingulis ſcriptoribus ſingularia addidit GLOSSARIA, minerua felici ſcripta. Principio enim, ubi opus fuit, inquiſiuit in barbarolatini cuiusque uocabuli etymon & originem. Quam nunc ex Germanico

2) commentaria.

3) gloſſaria.



(*) Habetur etiamnunc G. BARTHII *commentarius ad Inſtitutiones iuris Iuſtinianeas manuſcriptus*, refertiſſimus rerum ſingularium copia & ſeleɕtu ex omni uetuſtate. Qui etiam dignus eſſet publica luce.

nico, nunc Gallico, nunc Anglico iterumque Hiſpano & Italico idiomatibus requirere ſciuit, omnium harum linguarum gnarus. Deinde indagauit in diuerſos diuerſorum temporum ſignificatus uerbi eiusdem. Cuius multoties eadem in ſcriptoribus diuerſis adpellatio, uerum ſignificatus toto coelo diuerſus. Vt adeo plurimum interſit, prima non decipi: ſed ultimi noſſe differentias. Quod magis eſt, dicunt, Barthium hoc inſtituto meditatum eſſe *lexicon* ſiue *gloſſarium*. In quo eorundem uocabulorum multiplices ſignificatus diſtinxerit, ſeculis, aetatibus & occaſionibus ſimul indicatis, qui & quando uerbum unum idemque adſciuerit acceperitque alios atque alios ſenſus. Quod opus, ſi abſoluiſſet, omnium gloſſariorum, quae uiris etiam doctisſimis debemus, ſuperaret numeros. Ipſi certe FRESNEO, qui alios poſt ſe longisſimis reliquit interuallis, hoc deeſt: quod in uerborum originibus ac etymis ſit parcus; in ſignificationibus autem diuerſis uerbi eiusdem non diſtinguat aetates, non aperiat mutatorum ſenſuum occaſiones, caſus cauſasque. Vt tamen fieri omnino poſſet arte induſtriaque uiri, rerum omnis

mnis aeui bene periti. Adiuuare certo poſſent hoc inſtitutum cuiusque fere ſeculi ac aeui peculiaria gloſſaria; quae in bibliothecis paſſim hodieque latent in membranis. Ipſe poſſideo duos codices membranaceos huius argumenti. *Vnus* eſt *Guilielmi* BRITONIS, *Cambrenſis*, *ordinis minorum* (qui auctor uixit circa annum CIↃ CCC LVI. ab Armorico diuerſus) ita inſcriptus: OPVS FRATRIS WILHELMI BRITONIS DE VOCABVLIS BIBLIAE. Cuius aliud manuſcriptum in Anglia adſeruatur in ſupellectili BODLEIANA. Alio in Gallia uſus eſt FRESNEVS, qui *Britone* noſtro uſus eſt frequenter. Nos ex membranaceo codicillo, in octaui ordinis forma, deſcriptum dabimus proxime in noſtris reliquiis neque ſine inſigni uſu ac lumine inferioris aetatis ſcriptorum. *Alter* codex nomen prae ſe fert: ANSHELMI *Cantuarienſis dictionarium theologicum.* Cum ſcriptura ſeculi XIV. ſit, non audeo, opus hoc uel S. Anſelmo tribuere uel definire, cui demum Anſelmo alii illud debeatur. Illud deprehendi, quod Brito uel exſcripſerit Anſelmum uel Anſelmus Britonem. Qua de re plenius tum agam, cum prodierit Brito in lucem, cui praemittam differ-

Gloſſarium *Guil.* BRITONIS *mſct.*

ANSELMI gloſſarium MSCT.

tationem ex inſtituto ſcriptam: DE MEDII AEVI GLOSSATORIBVS & GLOSSARIIS. Tu interim utere uigiliis in hoc genere Barthianis.

De noua editione ſcriptorum geſta DEI per Francos.

§. 4. Ceterum illud non diffiteor, pluresfuiſſe, qui nobis auctores fuere nouae editionis SCRIPTORVM DE GESTIS DEI PER FRANCOS IN PALAESTINA. Idque ob cauſas plures. *Primum*, quoniam Bongarſiana editio porro non inueniatur in librariis tabernis. *Deinde* illa deſtituatur INDICE rerum verborumque, in collectione totuplicium ſcriptorum, ualde neceſſario. Cum pauciſſimi ſint, qui barbaros ſcriptores perlegunt a principio ad calcem, inſtar claſſicorum, plurimi uero, qui proficere uelint ex eorum indicibus. *Praeterea nunc* accedere poſſent *gloſſaria* partim Barthii noſtri, partim etiam noſtra, ſi quidem aliquid olei dare uellemus huic labori. *Porro* emaculare liceret ſcriptores ex *uariis lectionibus*, conquiſitis ſtudio Barthiano. *Tandem* accederent eiusdem uiri animaduerſiones, luce omnino dignisſimae. Vt adeo uolumen hoc adparatu inſtrueretur, in quo adornando BONGARSIVS morte improuiſa fuerit praereptus. Verum enim

uero

uero nolui hoc ſequi conſilium, a quo me alia plura auocarunt. Nam religioni duxi, Bongarſianam editionem mea reddere inutilem & cauſa eſſe uiris doctis nouarum impenſarum. Eſt enim, in tantis rei librariae ſumtibus, qui hodie quotidie adaugentur, omnino moleſtum, eandem rem iterum emere ob nouam ueſtem. Taceo iniuriam, quae ita infertur primo editori atque mercatori librarario. Si primae editionis exempla deſtituuntur emtoribus & uileſcunt ultimae inſtructiori adparatu. Praeſertim in tanta MANVSCRIPTORVM LIBRORVM, ineditorum adhuc, copia & feracia, qui prelum utilier expectant requiruntque. Atque haec cauſa eſt, quare in gratiam litterariae reipublicae has in ſcriptores medii aeui animaduerſiones exhibeam in hoc *tertio* tomo ſigillatim, ut liber, qui alias aliquot aureis conſtitiſſet, nunc redimi poſſit tot aſſibus & denariis.

§. 5. Cetera ſponſor ſum promiſſorum, ad ea ſucceſſu temporis explenda: cum adparatus in noſtra ſupellectili ſuperſit, qui ſufficiat plurimis *tomis* inſtruendis. Quantum huius ſchedae ſpatium fert, aliquorũ faciemus mentionem. *Principia* PROMISSA IN TOMIS FVTVRIS.

1) Diplomatarium *Bohemicum.* *cipio* accepi a Pragenſi amico DIPLOMATARIVM BOHEMICVM ducentorum fere *codicillorum*, neque a Goldaſto neq; a Balbino aut aliis ullis rerum Bohemiae collectoribus laudatorum. In quibus etiam SILESIAE PRINCIPVM litterae clientelares & pacta inueniuntur cum Bohemiae regibus momenti & praeſtantiae ſingularis. Quoniam aeui ſunt uetuſtioris. *Deinde* uti in

2) Schickfus de feudis *Sileſiae.* beneficiario iure peculiaria multa habet Sileſia: ita hiſtoriam maximi ſemper feci Schickfuſianam, quae non leuia habet ſileſiacae iurisprudentiae argumenta. Sed idem hic auctor *de feudis Sileſiae* cum principalibus, tum prouincialibus ſcripſit ex inſtituto, qui liber adhucdum eſt ineditus latetque in mea *manuſcriptorum* ſupelle-

3) diplomatarium *Hungariae.* ctili. Etiam ab Hungaro, in Saxonia demortuo, *duo* mihi uolumina uendita ſunt *Hungariae codicillorum* ſcriptorum partim *Polonis*, partim *Turcis*. In quibus etiam uetuſtioris notae pacta cum *ordinibus regni* in argumentis diuerſiſſimis habentur. In quibus ſuo tempore faciam ſelectum. Cum Hungarica a nobis paulo

4) Andr. LIPSKII *Polonica* decreta. remotiora. *Andreae* LIPSKII *a Lipe*, *epiſcopi Luceorienſis*, *regni* POLONIAE *ſupremi cancellarii* RELATIONES & DECRETA in cauſis *iurisprudentiae Polonicae* grauiſſimis anni cIↃ IↃC XXII. facta, ſub haſta emi. Cuius pretium

tium in eo pono, quod LIPSKIVS in hoc ſcientiae genere apud Polonos ualuerit ſcientia, uſu, auctoritate. Egomet uero ex Poloniae inſtitutis lumen deſumere ſoleo cum uniuerſim ad Germanica iura, tum ſigillatim Saxonica. Autographa porro innumera poſſideo *duorum ſeculorum nouiſſimorum* epiſtolaria 1) M. Lutheri 2) Melanchthonis 3) Camerarii 4) Peuceri 5) Bugenhagii 6) Ioan. Sturmii 7) Conringii 8) Io. Scheffери 9) Chriſtiani Rauii 10) Brentii uocationis in Daniam 11) Theron. Thenneri 12) Georg. Maioris 13) Ioan. Aurifabri 14) Georgii Maioris 15) Hieron. Schurffii 16) Io. Vorſtii 17) Martini Schoockii 18) Kircheri, Ieſuitae 19) Vlr. Obrechti 20) Wettſteniorum 21) Suiceri 22) Graeuii aliorumq; magni nominis de rebus grauibus ac utilibus ſcripta, quas litteras pariter offero in tomis futuris. 6) numiſmata. Numiſmatum... mearum reliquiarum. Praeterea ut Germanicae monetae numos poſſideo inde a temporibus Ottonum uetustiſſimos; ita etiam exhibebo aeri inciſos, adſignatis cuique generi claſſibus. In *prima* dabo IMPERATORIOS: in altera DVCALES: in tertia EPISCOPALES: in quarta COMITVM: in quinta ABBATVM atque ABBATISSARVM: in ſexta CIVITATVM cum imperialium cum prouincialium, Vnde mul-

5) epiſtolae uirorum doctorum.

7) SS. patrum Graecorum fragmenta.

multum polliceor luminis notitiae iuris ac rerum Germanicarum. Neque deero uiris litteratis ad promouendam ueteris eccleſiae notitiam ex mea ſupellectili. Deſcripſit ſua manu *Ianus* GRVTERVS e codice membranaceo orationes Graecas *Sancti* EPHRAIMI uarii argumenti. Quarum I. de perſeuerantia & rerum conſummatione II. de ſecundo Chriſti aduentu III. de meditatione S. S. litterarum IV. de eo, quod tranquillitati conducit V. de miraculo a Clemente in puero. Quas omnes dabimus Graecolatinas, cum ineditae ſint adhucdum. Habeo etiam quaedam CYRILLI, quae lucem nondum uiderunt. Praeterea CRITICAS notas & uarias lectiones in HELIODORI Aethiopica adſeruo, quarum auctor ſcriptorque *Andreas* SCHOTTVS. Sed ſchedae ultimi limites me cogunt, filum recenſionis abrumpere. Dabam in FRIDERICIANA Halae Venedorum die IX. kalendar. menſ. Aprilis anno cIↃ IↃCCXX.

RELIQVIAE

# MANVSCRIPTORVM,

OMNIS AEVI

## DIPLOMATVM

ac

## MONVMENTORVM,

INEDITORVM ADHVC,

ex

*MVSEO LVDEVVIGIANO.*

# TOMVS III.

Digitized by Google

Google

NVM. I.

GASPARIS BARTHII

# ANIMADVERSIONES

ET

## GLOSSARIA MSCTA AD BONGARSIANOS SCRIPTORES HISTORIÆ PALESTINÆ

SIVE

GESTORVM DEI PER FRANCOS,

HANOVIÆ clↄ Iↄcxi.

## Ad Primum, QVI ANONYMVS,

*Summaria.*

*Apoſtolicus. Manus. Motus. Mirificus. Mercatus. Seniores. Gens. Signum. Piſcina. Prudens. Mitis. Burgus. Excubare. Turcapoli. Honeſtare. Honeſte. Roga. Juſtitia terræ. Fiducia. Feudum. Deutus pro forti. Maiores Campum tenere. Mundare. Montanea. Spiculare. Fallacium. Agulani. Publicani. Bellum. Ardere. Multones. Nocere quem. De Roberto & Baldrico, hiſtoricis. Recuperati. Exploratores. Curſitores, Summarii. Frumentarii. Ananorum theſauri. Hoſtis. Expendia. Stipendia. Cis mare. Virtus. Langes. Detrumcare.*

ETiam miſeratio me uincit, ut ſequiorum ſeculorum ſcriptoribus facem illuſtratricem præferam. Cum enim utilia & expetibilia litteris mandarint, ita loquuntur, ut intelligi non poſſint, niſi quis adſueuerit linguæ mixtæ ex barbara & Latina, qualibus locutionibus optimam

*Mentionem barum notarum facit Hendreich.*

mentem turpiſſimè plerumque proponunt. Sunt uero Scholaſtici quidam homines mancipia pulueris, qui talibus adeſſe molientibus obſtrigillant, pedemque obſtruunt, qui cum rerum pariter vtilium lectioni ſeſe opponant, non inepte a nobis extra rationem ponuntur. Quis eſto vero, qui non uideat, nos non dictionem talium imitationi proponere, ſed rerum cognitioni allaborare? Capiam nunc *ſcriptorem belli Palaſtini*, eum, qui in Sylloge *Bongarſiana* primum locum obtinet, ideo cognitu neceſſarium, quod clariſſimis principibus expeditionum earum ipſemet affuit. Quod Bongarſius notat, cum Boamundo Italo, eum iviſſe, non negem; ſed cum eo Antiochiæ ſubſtitiſſe, aut Antiochiam a ſacra urbe rediiſſe, non credo. Nam pag. xxxvi. libri quarti cap. xxxv. clare teſtatur, ſe obſidioni caſtri alicuius per tres menſes adfuiſſe, poſteaquam Italus ille dux retroceſſerat & inde expeditioni & occupationi Hieroſolymitanæ uniuerſae interfuiſſe. Eſt vero liber diligenter legendus, utpote fide dignus auctor, & qui expeditioni toti a capite ad calcem affuerit. Et haud dubio uir fuit non poſtremæ auctoritatis, ſponte vtique nomen ſuum diſſimulans, cum conſilia procerum omnia nota habuerit, & colloquia ipſa non certe ficta, *κατὰ λέξιν* recenſeat. Italum gente notat Bongarſius: ſed Gallicismi crebriores toto opuſculo apparent, & non puto Francis ſolidam ubique laudem fuiſſe adſcripturum, niſi patriam eam agnouiſſet, cum contra Italum militem, contra gentis morem, nuſquam laudet. *Apoſtolicus* ſummum rei eccleſiaſticæ præſidem deſignat lib. 1. cap. 1. *Apoſtolicus namque Romanae ſedis urbanus, ultra montanas partes quan-*

*Apoſtolicus.*

*quantocius profectus eſt.* Addit *Romanæ ſedis*, quod ei apud ſcriptores præcipue adſignetur hic titulus, non tamen ſemper apud hunc auctorem. Qui ridicule apoſtolicos etiam extra chriſtianitatem, præſides religionum dicit. Sic lib. IV. cap. XXI. de Calypha Turcarum uel Perſarum: *Curbaran, cum habuiſſet iam maximum exercitum Turcorum, ex longo collectum tempore, & licentiam chriſtianos occidendi accepiſſet à Calypha, eorum apoſtolico, illico incoauit iter.* & in litteris Curbaræ ad Soldanum, eodem capite: *Calyphæ, noſtro apoſtolico, & noſtro regi, domino Soldano, militi fortisſimo, ſalus & immenſus bonor.* Atque vel hinc uideas, minimè eſſe Italum hunc ſcriptorem. Italus enim minimè Romani pontificis titulum cuicunque alteri asſcripſerit. De Francis mox loquitur, ut tum iis præſens. *Manus* notat poteſtatem. Ibidem: *De manu redemti erant Tartarea.* Lib. IV. cap. X. XXVII. *Si ſcalae fuiſſent paratæ, in noſtra fuiſſet ciuitas manu.* CAP. II. *Jam jamque Galli à ſuis remoti ſunt domibus.* Scribendum emoti. Motos eo ſenſu dicit ſimpliciter. Lib. IV. cap. XXXIV. *feceruntque conſilium, quomodo boneſte poſſent tenere uiam S. ſepulcri, pro qua moti ſunt.* Ibidem: *venerunt per viam, quam iamdudum Carolus magnus, mirificus rex Franciæ aptari fecit vsque Conſtantinopolim.* Hoc eſt Operum fere incredilium patrator. Lib. IV. cap. X. *Balduinus itaque, mirificus comes, altercabatur & litigabat cum Tancredo*, dicens. Lombardos & Longobardos, pro non iisdem habet hic ſcriptor. lib. I. cap. II. *Illic inuenit Lombardos & Longobardos, & alios plures congregatos, quibus imperator dari iuſſerat mercatum.* Et mox iterum: *Tandem peruenerunt Nicomediam, ubi*

*Manus.*

*Motus.*

*Lombardus.*

*ubi diuiſi ſunt Lombardi & Longobardi & Alemani a Francis.* Et ſic Baldricus Dolenſis præſul, huius autoris exſcriptor & expolitor. Libro I. cap. IX. *Inuenit tamen multos Lombardos & Longobardos & iterum Alemannos quae eum praeceſſerant.*

Mercatus. *Mercatus* eſt liberum forum rerum uenum expoſitarum. Cap. IV. huius primi libri: *Fuimus ibi per plures dies & quæſiuimus mercatum, ſed ipſi noluerunt nobis aſſentire.* Pertinent ſub hoc forum & animalia. Vt lib. IV. cap. XXXV. *Naues quippe noſtra uenerunt prope nos, in quendam portum, quamdiu fuimus in illa obſidione, deferentes maximum mercatum. Scilicet frumentum, uinum, carrem, & caſeum, & hordeum & oleum.* De animalibus ibid. c. XXXIV.

Seniores. *Seniores* deſignant principes, ex uſu communi idiomatum, præcipue Italorum, quorum partem Romanam linguam cum acumine ingenii retinuiſſe, non inaniter ſcribit Otho Friſingenſis lib. II. cap. XIII. de Geſtis Friderici Barbaroſſæ. Hoc capite. *Elegerunt Lombardi & Longobardi ſeniorem ſuper ſe, cui nomen Reinaldus.* Cap. III. *Dux denique Gothofridus primus omnium ſeniorum Conſtantinopolim uenit.* Cap. IV. *Tunc ſapiens Boamundus ordinauit Concilium, dicens. Seniores, cauete omnes uos.* Libro IV. cap. XI. *Ciuitatem petiit quidam miles, cui nomen Petrus de Alpibus, ab omnibus ſenioribus, quatenus eam defenderet in fidelitate Dei,*

Senioratus. *S. ſepulcri & ſeniorum atque imperatoris.* Etiam eccleſiaſticis dabatur hic titulus. Lib. IV. cap. XXXIX. *Denique patriarcha atque epiſcopi aliique ſeniores congregati ſunt ad flumen, quod eſt ex hac parte Scalona.*

Gens. *Gens*, notat militum copiam, noto idiotiſmo. Ibidem: *Inuenerunt quoddam caſtrum, cui nomen Exerogorge, quod erat uacuum gente.*

*gente.* Cap. III. *tandem inuenit eos, occidentes gentem ſuam.* Cap IV. *Rogerius comes, reuerſus in Siciliam, dolebat & moerebat quandoque, gentem ſuam amittere.* Lib. IV. cap. XIII. *in Saracenorum terram nemo intrare audebat, niſi cum magna gente.* Cap. XIIX. *Illi qui uiui nequirunt tranſire pontem, præ nimia multitudine gentium & caballorum, ibi receperunt ſempiternum interitum.* Cap. XXI. *Rex Damaſci eo venit cum maxima gente.* Cum aquarum raritas ingens in iis locis fuerit, frequenter legimus, hoc genus ſcriptorum commemorare, aquis ſubductis Chriſtianos à Saracenis fuiſſe afflictos. Sic iſto capite: *Fugerunt in caſtrum quod confeſtim Turci obſederunt, eisque aquam abſtulerunt.* Sic Lib. IV. in obſidione Hieroſolymarum idem noſter auctor ſcribit, denario non potuiſſe in caſtris tantum aquæ præſtinari, ut eo unus homo ſufficienter ſemel ſitim pellere poſſet: cum Saraceni omnes fontes in notis ſpeluncarum anfractibus obſiderent. Vide notata de ea re pluribus ad Albertum Aquenſem. Lectio videtur corrupta eodem hoc ſecundo capite: *Fueruntque noſtri in tanta afflictione ſitis, in flebatomarent ſuos equos & aſinos, quorum ſanguinem bibebant. Alii mittebant Zonas atque panniculos, in piſcinam, & inde exprimebant aquam, in os ſuum. Alii mingebant in pugillo alterius & bibebant: alii fodiebant Gumidam terram, & ſupinabant ſe, terramque ſternebant ſuper pectora ſua, prae nimia ariditate ſitis.* Cætera inepta non ſunt. At ſi *piſcina* erat miſeris, cur non immittebant urnas potius aut hamas, hauſtrare alia, uti aquam extraherent, cum poſſent panniculis & zonis humorem? Nam uanum eſt, nulla prorſus potuiſſe hauſtui inſtrumenta comparari. Verum

*Piſcina.* rum in uoce *piſcina* aliquid latet. Quam puto à vulgato uſu aliud quod deſignare. *Ciſternas limoſas* dicit Baldricus, qui iſtum ſcriptorem exprimit, Lib. 1. cap. IX. *Alii pannos in ciſternas limoſas deponebant, & ſiquid humoris inueniſſent, in os ſuum exprimere non erubeſcebant.* Eadem ergo ſignificatu hic *piſcina* accipienda. *Signum* eſt ſcopus ictibus petendus: *Alios miſerunt ad ſignum, & ſagittabant eos.* Locutio deſumta eſt ex libro Hiobi. *Comparare* eſt alii rapere ſibi conferre: *Audiens Imperator quod Turci ſic diſſipaſſent noſtros, & mandauit pro eis, fecitque eos brachium transmeare. Poſtquam ultra fuerunt, comparauit omnia eorum arma:* Imperatoribus autem Græcis inſignitas ſæpè iniurias facere hos ſcriptores, perſpicuum eſt; Non quod ille bono in peregrinos animo ſemper fuerit; ſed quod hi magnis ſcelenbus ubique fuerint graſſati, & cum per propriam imprudentiam damna aliquando ceperint, ſoleant ea in gentilem Græcis perfidiam, ad quoscunque rumores aut ſuſpiciones deuertere. *Prudentes milites* duces, Prudentia facta ſæpius hic auctor pro inſigniter fortibus ponit, vt laus amplior vix dari poſſit. Ita Gallis hodieque preudhomnee preudhommie &c. Cap. III. *Audiens vero dux illius loci hos prudentiſſimos viros ibidem fuiſſe explicitos, mox mala cogitatio cor eique tetigit, illosque apprehendit.* Hoc eſt bellicoſos cumprimis, & armorum gloria metuendos cap. IV. *Tandem inuenerunt Turcopolos & Pinzinacos, dimicantes cum noſtris, quos repente fortiter inuaſerunt, & prudenter eos ſuperauerunt.* Lib. II. cap. VIII. *Et quis poterat nominare tantam Chriſti militiam? Nullus, ut puto, tot prudentiſſimos milites, nec ante uidit, nec uidere ultra poterit.*

*Signum.*

*Comparare.*

*Prudens miles.*

*terit.* Lib. III. cap. IX. *Boamundus & Rotbertus Normannus, & prudens Tancredus,* & alii plures. Hoc eſt fortis, nam Tancredus tum admodum adoleſcens erat. Sic de Turcis Lib. IV. cap. XIIX. *Mortui ſunt etiam in anima & corpore duodecim Admiralii, de Turcarum agmine, in prælio illo, & alii prudentiorum & fortiorum militum, qui melius civitatem pugnando defendebant.* Libr. IV. c XXXIII. *Tamdiu uero illi prudentiſſimi viri, qui remanſerant in muro, ſufferebant eorum perſecutionem, quamdiu alii, qui ſubter caſtrum erant, foderent murum urbis.* *Burgus eſt ſuburbium,* eodem cap III. *Hoſpitatus eſt extra urbem, donec iniquus imperator iuſſit eum hoſpitari in burgo urbis.* Burgus. *Excubare aliquem* per excubitores obſeruare dicit: *iniquus Imperator Alexius ſagaciter eos faciebat excubare, ſuiſque Turcopolis & Pincinatis imperabat eos inuadere & occidere.* Excubare. Certæ autem gentes *Turcopoli* appellabantur, nutriti apud Turcos vel patre Turco nati. Turcopoli. Raimundus Agilæus pag. CXLV. *Rumor etiam exercitum Imperatoris venire nunciauit, qua de multis gentibus collectus eſſe nunciabatur. Vt ſunt Sclaui & Pincenati, & Comani & Turcopoli. Turcopoli enim dicuntur, qui vel nutriti apud Turcas, vel de matre Chriſtiana, patre Turca, procreantur.* DEVS LE VOLT. Barbaro-Latina vulgi exclamatio vel & teſſera eſt. cap. IV. Deus le volt. *Deferunt arma ad bellum congrua, in dextra, uel inter utraſque ſcapulas, crucem Chriſti baiulant. Signum vero* DEVS LE VOLT, DEVS LE, DEVS LE volt. *Vna voce conclamant.* Et fuit is ſolennis clamor proſpera ominantium & uouentium. De capta Antiochia. Lib. IV. cap. XX. *Videntes illique iam erant in turribus, coeperunt iucunda voce clamare,* DEVS LE VOLT. *Nos vero idem clamabamus.* Et ea uerba

Vrbanus Papa in teſſeram militarem dedit Francis, adnotante Roberto monacho lib I. Videri autem hinc poteſt, tum idiotiſmum Francicum, propiorem adhuc fuiſſe Latinæ matrici. *Honeſtare ſe*, eſt honeſte componere. Cap. IV. *denique reuerſus iterum in terram ſuam dominus Boamundus, diligenter honeſtauit ſe ad incipiendum iter ſancti ſepulcri.* Lib. IV. cap. XXXIV. *Mandauit quoque comes Raimundus ſuis militibus, honeſtare palatium, & caſtellum, quod erat ſupra portam ciuitatis. Honeſte notat fortiter.* Lib. IV. cap. XIIX. *Videntes autem alia acies quod uexillum Boamundi tam honeſtè eſſet ante alios delatum, illico redierunt retrorſum.* Ibidem. *In Roga Imperatoris ſumus, & quicquid nobis imperat, nos implere oportet.* Hoc eſt in ſtipendiis, in *conuentione ſolidorum* dicat Albertus Aquenſis. Vide gloſſaria Græcobarbara doctorum. *Iuſtitia* terræ & amicis locis non inferendæ iniuriæ ius ſanctum bonis. Libr. II. c. V. *Voluerunt noſtri quoddam caſtrum aggredi & apprehendere, eò quod erat plenum omnibus bonis. Sed vir prudens Boamundus, noluit conſentire tantum pro iuſtitia terræ, quantum pro fiducia imperatoris.* Poſtea: *Ibique doctus Boamundus optimè concordatus eſt cum duobus Curopalatis, & pro amicitia eorum, & pro iuſtitia terræ iuſſit reddi omnia animalia, quæ noſtri deprædata tenebant. Fiducia* autem *Imperatoris*, quia fidei eorum imperator credebat, quam ipſi iuramento addixerant. Et hinc poteſt, ut oriatur uox *Feudi*, cum fiduciam habeat certam in eos ſenior, quibus talia bona confert. Sic noſter infra cap. VI. *Mandauit itaque imperator comiti, ut faceret ei hominium & fiduciam, ſicut alii fecerant. Fiducia* eſt iuramentum fidelitatis. Lib. IV. cap. XXXIV. *Noluit*

*Honeſtare.*

*Honeſte.*

*Roga.*

*Iuſtitia terræ.*

*Fiducia.*

*Feudum.*

*comes*

*comes hoc ei aſſentiri, pro fiducia quam fecerat imperatori.* Ibidem *Peregrinos diligeret, fiduciamque faceret, quantum continet eius imperium, peregrinis non eſſe offendiculum. Doctus* autem Boamundus, ſapiens, fortis, ſummo honore habitus. Mox: *Ibi etiam doctus Boamundus totam gentem ſuam dimiſit.* Lib. IV. cap. X. *Maior vero exercitus, ſcilicet Raimundus comes, de ſancto Aegidio, & doctiſſimus Boamundus, duxque Gothefridus & alii principes, in Hermeniorum intrauerunt terram.* Ibidem. *Tandem nequit vir fortis diu luctari cum Balduino doctiſſimo comite, quia illi magnus erat exercitus.* Vbi uides, qui conſtiterit doctrina iſta tum principum. Libr. IV. cap. XVIII. *Poſtquam venit maxima virtus illorum, quae erat retro, acriter inuaſit noſtros, ita ut noſtri paullulum iam cederent retro. Quod ut uidit uir doctiſſimus Boamundus, ingemuit.* De Conſtantinopolitanis. *Nouiſſime vero congregati omnes maiores natu, qui Conſtantinopoli erant, timentes, ne ſua priuarentur patria, repererunt in ſuis conſiliis atque operoſis ſcematibus, quod noſtrorum duces, comites, ſeu omnes maiores, imperatori ſacramentum fideliter facere deberent.* Ingenioſe *ſcemata* videtur appellare uaticinia numeris atque calculis conſtantia, quibus Graeci multa ſuperſtitione confidebant, & exinde rerum ſuſcipiendarum captabant auſpicia atque praeſagia. Et habebant generalem quendam talem librum; Luitprandus in legatione Othonum ad Nicephorum: *Cur imperator exercitum in Aſſyrios non duxerit, quaeſo aduertite: Habent Graeci & Saraceni libros, quos ὁράσεις ſiue viſiones Danielis uocant.* Ego autem Sibyllinos, in quibus ſcriptum reperitur quot annis imperator quisque uiuat, quae ſint futura,

Doctus. Scemata.

co

eo imperitante, tempora. Pax an ſimultas, ſecundae Saracenorum res, an aduerſae. De pari Saracenorum uſu, infra ſcribit mater Curbarae ad ipſum. Lib. IV. c. XXII. *Fili cariſſime, ecce ſunt plusquam centum annorum tempora, de quibus inuentum eſt in noſtra pagina & in gentilium voluminibus, quoniam gens Chriſtiana foret ſuper nos ventura &c.* *Maiores* ſaepiſſimè appellat praeſides chriſtiani exercitus, ut & aliarum gentium principes, & ita hodie non paucae nationes etiam loquuntur. *Eiicere de campo* eſt in fugam depellere, acie uincere: *Boamundum valdè timebat; quia eum olim ſaepe cum ſuo exercitu eiecerat de campo.* Vide alibi ad hiſtoriam Auguſtam & Gulielmum Tyrcum adnotata. *Mandare* eſt mittere cap. VII. *Boamundus remanſit cum imperatore, ut cum eo conſilium acciperet, quomodo mandarent mercatum gentibus, quae erant ultra Nicenam urbem.* Sic ſaepius. *Montanea* eſt locus montoſus, ſcopuloſus. Ibidem: *Quae uis fuit aperta per anguſtam & nimis immenſam montaneam.* Cap. VIII. *iuberet congregari boues, qui naues traherent per montaneas & ſilvas.* Lib. III. c. IX. *Epiſcopus vero Podienſis venit per alteram montaneam,* undique circumcingens incredulos Turcos. Libr. IV. cap. XIIX. *Nam tam acriter inuaſerunt noſtros, vt illi inirent fugam per proximam montaneam.* De muro ſubfoſſo & ſubfulto ſuburendis in caſum eius trabibus, notatum ad Gulielmos duos, Britonam & Tyrium. Eodem ſenſu capiendum, quod iſte ait. Cap. VIII. *Ordinati homines ſunt qui, ſubfodiant turrim; foderunt namque illam uſque ad radices muri, ſubmiſerunque poſtes & ligna ac deinde miſerunt ignem. Sero autem facto cecidit in nocte iam turris.* Inconditum

Maiores.

Eiicere de campo.

Mandare.

Montanea.

tum & horribilem clamorem Turcorum *ſtridere* & *garrire* vocat ſaepius hic ſcriptor, neutrum verbum latinum ſat exprimens. Libr. III. c. IX. Libr. IV. cap. XVIII. cap. XX. Et alibi. *Spiculare* eidem eſt ſpicula emittere, qua voce minutiores haſtas intelligere videtur. Cap. IX. *Turci undique iam erant circumcingentes nos dimicando, iaculando & mirabiliter longe lateque ſagittando.* Cap. XIIX. *Omnes itaque illos & nos ſeparauit nox, eosque diuiſit vtrosque in praeliando, iaculando, ſpiculando, ſagittando.* Cap. XXXIII. *Saraceni igitur tam robuſte inuaſerunt eos per murum & per terram, ſagittando & ſpiculando cominus cum ſuis lanceis, vt multi ex noſtris, timore perterriti, demitterent ſe per murum.* Vti declarat, quid velit hoc verbo. Eodem nono capite locus iſte mendoſus eſt: Vir *itaque ſapiens Boamundus protinus mandauit aliis, ſcilicet egregio comiti de ſancto Aegidio, & inclito duci Gotifredo, Hugoni Magno, atque honeſtiſſimo Podienſi epiſcopo, aliisque omnibus Chriſti militibus, quo feſtinent & ad bellum citius approximent, dicens: Et ſi hodie luctari volunt, viriliter veniant. Qui omni modo prohibentes eos & dicentes, Verumtamen hoc fallacium eſt totum.* Poſtrema illa nullo ſenſu ſunt. Scribe: *Graeci omni modo prohibentes illos erant, dicentes: Res ſic ipſa ſit.* Et ita alibi quoque Hebraiſſat iſte ſcriptor. Et ita multoties loqui amat Lucifer Caralitanus. *Fallacium* deſignat *ludibrium, falſimoniam.* Porro: *Nam nos non credebamus, iam illos eſſe tam pudentes, quod amplius ſe auderent erigere & praeliari nobiſcum.* Lege: *tam audentes.* Tautologiae & repetitiones uocum, ubi non ſunt, impudentiores etiam uirtutes ſunt apud

*Stridere* *Garrire.* *Spiculare.* *Fallacium.*

apud hoc genus ſcriptorum. *Excommunicatam* gentem Saracenos vocat, maledictam & Deo inuiſam. Ibidem: cap. nimirum IX. Lib. II. *Penè omnes montes, colles, valles, & omnia plana loca intus & extra, vndique erant cooperta de illa excommunicata generatione.* Infra, lib. IV. cap. XII. Illi *vero ingenioſe inueſtigabant, noſtrum eſſe, noſtramque qualitatem, referebantque omnia his excommunicatis, qui erant in vrbe incluſi.* *Agulani*, nomen eſt gentis: *Statim venientibus militibus noſtris Turci & Arabes, & Saraceni, & Agulani, & omnes barbarae nationes dederunt uelociter fugam.* *Angulamos* mox appellat armaturam eorumque & fortitudinem celebrat. Libr. IV. cap. XXI. *Et Agulani fuerunt numero tria millia, qui neque lanceas, neque ſagittas, neque vlla arma timebant, quia omnes erant undique cooperti ferro, & equi eorum, ipſique nolebant arma ferre, niſi ſolummodo gladios.* *Publicani*, etiam nationis nomen eſt. Ibidem: *Erat autem numerus Turcarum, Perſarum, Publicanorum, Saracenorum, Angulanorum, aliorumque paganorum, videlicet Turcarum*, Saracenorum, Arabum, Publicanorum. *Armenios* ſaepius *Herminios* uocat hic auctor. Fine Libr. II. De Turcis, qui iactent, eadem eſſe cum Turcis origine, & quos Francosque praeter naturaliter nemo debeat eſſe miles: *Si in fide Chriſti recta mente & fide crediſſent, ipſi potentiores, vel bellorum ingenioſiſſimos, nullus inuenire potuiſſet.* Ingenioſi bellorum ſunt non tantum viribus ſed ſtrategematis etiam atque animo belligerantes. Libr. IV. cap. XXII. *Satis ſcimus, fili, quoniam tu es bellipotens & fortis & bellorum ingenioſus, nullaque gens Chriſtianorum uel paganorum*

*Agulani.* *Publicani.* *Herminii.* *Bellorum ingenioſus.*

*norum ante tuum conſpectum aliquam virtutem habere potuit.* *Bellum* eſt *conflictus, pugna.* Fine Libr. II. Hoc bellum factum eſt primo die Julii. Libr. IV. cap. XXIX. Hoc bellum factum eſt quarto Kalendas Julii in uigilia apoſtolorum Petri & Pauli, Cap. XXXIIX. Congregati in templo Salomonis dederunt noſtris maximum bellum, per totum diem, ita vt ſanguis per totum templum flueret. Et cap. XXXIX. Concluſione libri. Hoc bellum factum eſt pridie Idus Auguſti. *Cotidie* valet *ſemper.* *Tunc veniebamus nos perſequentes iniquiſſimos Turcos, quotidie fugientes ante nos.* Cap. XXXIII. *In alia vero parte certabant noſtri milites cotidie cum illis, exigentes ſcalas ad murum urbis, ſed virtus paganorum erat tanta, vt nihil proficere noſtri poſſent.* *Ardere*, comburere, eodem cap. X. *Adhuc quoque filias Chriſtianorum ſecum tollebant, ac ardebant & deuaſtabant omnia conuenientia ſiue vtilia, fugientes & pauentes ualde ante faciem noſtram.* Cap. I. *Ipſique Chriſtiani nequiter deducebant ſe, quia palatia vrbis ſternebant, & ardebant, & auferebant plumbum, qua eccleſiae erant cooperta.* *Multones*, *minuti* ſunt *muli*, quibus deliciarum gratia inequitabant ſcilicet magnates; eos vero oneribus ſuccedere penuria robuſtiorum iumentorum coactos, dicit noſter: *pro penuria equorum erant nobis boves loco caballorum, & pro nimia neceſſitate ſuccedebant nobis capri & multones ac canes ad portandum.* *Sic muletto* Italorum, *Muleta* Hiſpanorum. Niſi ſi *mutones* potius legendum cenſeas; qua voce Galli hodie *arictes* aut *verveces* deſignant. *Nocere aliquem*, alio horum librorum loco illuſtramus. *Laxatis loris* eſt immiſſis habenis, eodem

*Bellum.*

*Cotidie.*

*Ardere.*

*Multones.*

*Nocere quem.*

*Laxatis loris.*

dem capite, Cap. XI. *Sequenti nocte audiuit Boamundus, quod Turci, qui fuerant in obſidione ciuitatis, frequenter praecederent nos, extemplo praeparauit ſe ſolummodo cum militibus, quatenus eos expugnaret.* Excidit militum numerus. Nam ſolum aliquot electos aſſumſit. Robertus monachus (qui ferè κατὰ πόδα hoc ſcriptum ſequitur, vt & Baldricus epiſcopus Dolenſis, quod nemo doctorum hactenus animaduertit,) in eadem hiſtoria, licet Boamundum ſcribat vanum nuntium eſſe ſecutum, Libr. III. *Ipſa nocte quidam delator nugarum uenit ad Boamundum, dixitque ei, usque ad XX. millia Turcarum in proximo adeſſe, quoniam ſcirent, Francorum exercitum adueniſſe, ille credulus verbis mendacibus, elegit milites electos, quos ſecum duxit & loca, in quibus latitare dicebantur, peragrauit: ſed, ſicut delator inanis fuit, ſic & inquiſitionis effectus fruſtratus.* Videas vt inuerterit traditum auctoris Robertus: Melius vero Baldricus, Libro II. *Auditum eſt in illa expeditione, quod Turci, qui ciuitatem obſederant, haud longe praeirent exercitum, ſi qua poſſent, iis nocituri. Boamundus autem negotiorum militarium vir induſtrius, de ſuis, quos voluit, accitis militibus, eos curioſe inſecutus eſt, ſicubi eos poſſet inuenire & laedere. Nihil tamen profecit, quoniam eos inuenire non potuit.* Sic iſte ignoti nominis ſcriptor materiam velut commentario propoſuit, quam pro auctoritate ſua ſicuti praeſules, vt quisque eloquentiae opinionem habebat, in maiora opera deduxerunt, ut multos palaeſtinae expeditiones praebuerunt inexhauſtum fontem hiſtoriarum & fabularum.

*Recuperati.* *Recuperati* ſunt, qui amiſſas uires repararunt.

reſe-

refectique ſunt, cap. eodem. X. *Chriſtiani igitur, uidelicet alumni ciuitatis illius, reddiderunt ſe ſtatim, nosque fuimus ibi optime per tres dies, & illic maxime ſunt recuperati noſtri.* Cap XVII. *Satis uero recuperati ſunt noſtri de equis, & de aliis multis, quae erant illis ualde neceſſaria.* Exploratores, qui exercitum ſemper praecedere ſolebant, *curſores* appellat. Cap. XII. *cum coepisſemus appropinquare ad pontem Farreum, curſores noſtri, qui ſolebant antecedere nos ſemper, inuenerunt Turcos innumerabiles congregatos, obuiam eis qui dare adiutarium Antiochiae feſtinabant.* *Curſores.*
*Curſitores* appellat Baldricus, libr. II. *Curſitores, qui ſemper exercitum praecurrebant, ſeu ut exercitui praeuiderent, ſeu ut paleas uel alia neceſſaria diriperent, praecurrunt ad Heracliam.* Sic nimirum corrigenda erat latinitas ignobilis huius ſcriptoris. Nam eius rei gratia Robertus monachus, & iſte etiam Baldricus, ſuas hiſtorias confecerunt, quibus tamen Liuio aut Salluſtio nullam prorſus fecerunt inuidiam. *Saumarii, Saumirs*, alibi harum hiſtoriarum nobis ſunt illuſtrati. *Frumenti theſauros* homines Aſiani non horreis condebant, ſed contegebant foueis, aut ſpeluncis ſubterraneis, ut nunc etiam in conſuetudine habere ſcribuntur. Noſter, eodem cap. XII. *Mox hoſpitantes nos circa Antiochiam, reperimus illic omnem abundantiam, uidelicet uineas undique plenas, foueas plenas frumento, arbores refertas pomis, & multa bona corporibus utilia.* Cap. XXXIII. *Intrauerunt autem omnes noſtri in ciuitatem, & quicquid boni inuenerunt in domibus & foueis, hoc unusquisque ad ſuum continebat proprium.* Cap. XIII. *Congregati ſunt itaque omnes maiores noſtri, & ordinaue-* *Curſitores.* *Saumarii.*

 *runt*

*runt conſilium, dicentes: Faciamus caſtrum in uertice montis Marigart, qui mons eſt ſuper hoſtem Boamundi, quod * ſecuriat, ut tuti poſſimus manere de Turcarum formidine.* Mendoſa ſunt uerba aſteriſco notata, ut nemo non uidet. Scribe *ſupra hoſtem Boamundi, pro ſecuritate, ut tuti poſſimus eſſe. Hoſtis* denotat exercitum, hodierno etiam Gallicismo. Atque haec uocis huius uſurpatio uel ſola ſcriptorem iſtum genti ſuæ aſſerat, modo liceat pace eximiorum hominum, qui Italum malint. Eſt ſane prudens autor, quamlibet barbarius loquatur. Ita uero ſaepius. Ut cap. XIV. *Cumque finis eſſet dictis, rediit ad ſuum hoſtem.* Ibidem; *Armenii & Suriani inquirentes & ementes frumentum & corporea alimenta, quae ad hoſtem deferebant, in quo fames erat immenſa.* Cap. XV. *Dextram & fidem illi dederunt, quia libenter ad hoſtem redirent, & ſatisfactionem ſenioribus facerent:* Et eodem, in ſermone Boamundi ad retractos fugitiuos: *Forſitan ob hoc, quod uoluiſti tradere hos milites & & hoſtem Chriſti, ſicut tradidiſti alios in Hiſpania.* Cap. X. XXIV. *Sero autem facto ſeceſſerunt in quendam angulum ibique hoſpitati ſunt fueruntque innumerabiles ignes quaſi tota hoſtis ibi eſſet.* Cap. XX. XIX. *Sero autem facto, patriarcha fecit praeconari per omnem hoſtem, ut in ſummo mane cras eſſent omnes parati ad bellum, excommunicans, ne ullus homo intenderet ad ulla ſpolia.*

Hoſtis.

*Stipendia, edulia,* res cibo utibiles dici Liutprando, Othonum legato, ſupra dictum eſt. Sic iſte ſcriptor, cap. XIII. *Inuenerunt in conſilio, ut una pars noſtri iret diligenter attrahere ſtipendia, & ubique cuſtodire exercitum. Expendium,* cap. XIV. ſpoliationem, uaſtationem, deſignat. *Egrediebatur tunc uir prudens Boamundus cum exercitu ſuo*

Stipendia.

Expendium.

de

*de terra Saracenorum, uenitque in Tancredi montaneam, cogitans an forte ibi ualeret inuenire aliquid, quod poſſet deferri, nam totam terram in expendio miſerant.* Mancum porro hoc ſcriptum eſſe, uel inde apparet, quod de Tetigo, imperatoris Graeci emiſſario, & militiae duce, ut eo homine ſcribat cap. XVI. cuius iam ante meminerit, cum ad eum usque locum nulla tamen eius viri facta fuerit mentio: *Interea, inquit, inimicus homo, Tettigus, audiens quod exercitus Turcorum ueniſſent ſuper nos, ait ſe timuiſſe, &c.* Quis enim ita ſcribat tanquam de noto, cuius catenus nulla facta fuerit mentio? Porro in eiusdem hominis rebus - *arbitransque nos omnes periſſe* (hoc eſt iam eſſe in faucibus leti) *atque in manibus inimicorum incidiſſe, fingens omnia falſa, quae quotidie cismare poterat, dixit: Seniores & uiri prudentiſſimi, uidete quia nos hic ſumus in maxima neceſſitate, & ex nulla parte nobis adiutorium accedit.* Cetera ſana ſunt. At illud *cis mare* uelut inſigne aut attendendum aliquid etiam peculiaribus litteris in editione Bongarſiana notatum eſt, cum ſit inepte connexum. Vera enim ſcriptura utique eſt, - *quae quotidie cis mare portaret.* Hoc eſt ad Principem ſuum Conſtantinopolitanum renunciaret. Dicendum ſane fuerat *ultra mare*, quod quantulumcunque etiam, in brachio ſancti Georgii, intererat tamen omnino. Sed toties talia hoc genus auctores peccant ut minime abinde percelli, aut a ueritate lectionis ſemoueri debeamus. *Virtus* copiam, uiolentiam, uim omnem hoſtilem deſignat. Cap. XVII. *Viderunt namque, Turcos innumerabiles ſegregatos uenire ex parte fluminis diuiſos per duas acies: Maxima uero uirtus illorum, ueniebat retro.* Sic cap. II. lib. I. *Nolite transmeare brachium,*

*Cis mare.*

*Virtus.*

 *donec*

*donec ueniat maxima chriſtianorum uirtus, quoniam uos tanti non eſtis, ut cum Turcis praeliare ualeatis.* Cap. XXIX. *Dux Gothefredus & comes Flandrenſis, & Hugo Magnus equitabant iuxta aquam, ubi uirtus illorum erat.* *Lauges.* *Lauges* Gallis ſunt panniculi in longum ſciſſi; eo nomine extremas lacinias uexillarum deſcribit noſter iſte auctor, cap. XVII. *Ita agebat iſte inter agmina Turcorum, tam uehementer inſtabat illis, ut linguae honorabilis uexilli uolitarent ſuper Turcorum capita.* *Detruncare.* *Detruncare* eſt concidere, contruncare. Eodem. *Noſtri itaque perſecuti ſunt illos & detruncauerunt, usque ad pontem Farreum.* Saepius ſic Albertus Aquenſis, Gulielmus Tyrius, & alii. *Truncare* aliquando caput demere, aut medium perſicare indicat. Robertus monachus, lib. I. *Quosdam ſtipiti ligatos ſagittant, quosdam extento collo & nudato gladio appetunt &, utrum uno ictu truncare poſſint, pertentant.* Idem lib. IV. *Ibi maiorem ſtragem pedites egerunt, quam qui equis inſidebant, quoniam ſeriatim, ut falcator prata, uel meſſem detruncabant.* *Membratim* aliquando concidere dici uolunt. Noſter c. XXXIX *Noſtri igitur illos detruncabant, ſicut aliquis detruncat animalia ad macellum.* Et c. XXXVIII. *Noſtrique ſubſecuti perſequebantur eos occidendo & detruncando, usque ad templum Salomonis.* Et c. XVIII. *Tunc uidentes comitem & Boamundum uenientes & conducentes illam gentem, mox coeperunt ſtridere & garrire, reclamare uehementiſſimo clamore, circumcingendo undique noſtros iaculando, ſagittando, uulnerando, & crudeliter detruncando.* Fine cap. XVII. *Et centum capita mortuorum detulerunt ante portam ciuitatis, ubi legati Ammirath Babyloniae caſtra metati fuerant, qui mittebantur ſenioribus.* Hoc ita intelligo, ut cum ludibrio fuerint nomine donatiui, principibus militiae in caſtra tranſmiſſi. Talia notanda ſunt in his

au-

auctoribus, ſine quorum explicatione caligant omnia: utique enim ſi legenda putamus, & intelligenda arbitremur, ut temporibus cunctis ſua perſpiciatur eruditio.

## AD PRIMVM CONDITOREM HISTORIAE PALAESTINAE, VLTERIORES ANIMADVERSIONES.

*Summaria.*

*Stridere & Garrire. Gentes. Spiculare. Mos Turcicae ſepulturae. Atrium. Conciliare. Deuetare. Seruientes. Milites. Deducere ſe. Recolligere. Ingeniare. Praeconiare. Agulani. Salia. Sala. &c. Militare. Conturbare. Graecus ignis. Solarium. Allophyli. Preſſura. Situs. Capitale debitum. Stantarus. Cumula. &c.*

PRimum Paleſtinae hiſtoriae *Gotefridi Bullionii* & ſociorum conditorum illuſtrare, ſuperiore quodam libro aggreſſi ſumus: Scriptorem barbarum, ſed Veridicum, tantæque aeſtimationis, ut ex breui eius Commentariolo L. aliquot ſequentes ſcriptores multorum Librorum ſeriem deduxerint: Tantam rem uidelicet, ut captus erat in Legitimam hiſtoriam redacturi: Perſequemur officium, cum praecipue termino non nimis longe abſiſtamus: ſiquidem non ſpacio ſcripti, ſed barbarie dictionis moleſtiam recenſionis ſimus aeſtimaturi. Inconditum & horrendum Turcorum clamorem *ſtridere & garrire*, *Stridere.*
ob ſonum acutum ſimulque obſcurum celeremque, non ſemel dicit hic autor. Cap. XIIX. Tunc *Garrire.*
uidentes comitem & Boamundum uenientes, & conducentes illam gentem, mox coeperunt ſtridere & garrire ac clamare uehementiſſimo clamore circumcingendo undique noſtros. Eodem. Alii qui remanſerant uiri iam non amplius audebant clamare uel garrire. Cap. XX. Omnes uero pariter ſtridebant in ciuitate. *Stridor* ho- *Stridor.*

ſtilis ſonus, mortis minax. Claudianus, ſtridor uenientis Alani. Pro *garriendi* uerbo, quod rem ſane non adſequitur, *barriendi* uerbum reſtituere malis, ſi tanti ſit iudicium ſcriptoris, male ſermonis Latini uſum diſtinguentis, neque raro ſuum ipſius non capientis. Gallicismus aut

*Gentes.* Italismus eſt, *gentes* dicere, pro hominum copia: Illi qui uiui nequiuerunt tranſire pontem, prae nimia multitudine gentium & caballorum,

*Spiculare.* ibi receperunt aeternum interitum. *Spiculare,* emittere ſpicula: Omnes itaque nos & illos ſeparauit nox; Noxque diuiſit utroſque in praeliando, iaculando, ſpiculando, ſagittando. Notandus mos Turcorum eius temporis, cum mortuis ſepeliendi pecuniam & inſtructum belli. Ait enim: ſummo diluculo exierunt Turci, & collegerunt omnia cadauera, ſimulque illis conſepelierunt pallia, Byzanteos aureos, arcus, ſagittas & alia plurima inſtrumenra, quae nomina-

*Atrium.* re nequimus. *Atrium* mox coemiterium intellige: Audientes noſtri quod humaſſent mortuos ſuos Turci, omnes ſe praeparauerunt & uenerunt feſtinantes ad diabolicum atrium; Et juſſerunt deſepeliri & frangi tumbas eorum, & trahi eos extra ſepulcra. Eſt & hoc Gallicum, & ita uſurpatum BALDERICO CAMERACENSI in Chronico.

*Conciliare.* *Conciliare* ſeſe eſt coniungere, coadunare, quod alii hoc genus dicunt, ut concilium quod uis agmen deſignat. Cap. XIX. Conciliauerunt ſe deniq; noſtri, & una voce concorditer dixerunt. De-

*Deuetare.* *uetare* ſtudioſe uetare, exacte prohibere, ſermone Tancredi: Viam per quam inimici noſtri ſolent frequentius ſæuire, uiriliter illis deuetabo. Cap. XXXIV. Cumque uidiſſet rex Ceſareae, contubernium Francorum tam prope ciuitatem ho-

hoſpitatum, doluit animo & juſſit illis deuetari mercatum, niſi diſcederent a ciuitate. *Seruientes* ſunt ſerui, ſeruitia. Non acquieuit Tancredus, quamquam ſolus erat, tamen perrexit cum ſuis *honeſtiſſimis militibus*, ac ſeruientibus; Et extemplo abſtulit undique uiam & ſemitam Turcis. Aulicos hac uoce intelligi puto. Sic cap. XX. Dein Boamundus juſſit, celeriter ad ſe uocari quemdam ſeruientem ſuum, nomine Malam-coronam, eique praecepit, ut quaſi praeco commoneret Francorum maximam gentem. Cap. XXIX. Conſentit ei Boamundus, quicquid Ammiralius poſtulauit, & continuo miſit ſuos ſeruientes in caſtellum. *Milites* ſpeciatim equites notant, de quo multis ad Gulielmum Britonem, Cap. XX. Ordinata denique ſunt haec omnia, milites tenuerunt plana, & pedites montanea. Cap. XXIIX. Adhuc autem quod nemo ueſtrorum remanebat pedes, ſed erant omnes milites, ſicut & nos ſumus. Cap. XXXIX. Exierunt illi & duxerunt ſecum multos milites & pedones & peruenerunt ad urbem Raimundus Agilaeus; ceciderunt ibi usque ad quindecim milites noſtri, pedites uero uiginti. *Deducere ſe*, Atticiſmo temporum, eſt gerere, oſtendere. Cap XIX. Sic itaque robuſte & proſpere deducebat ſe Tancredus, donec Antiochia eſſet capta. cap. II. Ipſique chriſtiani nequiter deducebant ſe, quia Palatia urbis ſternebant & ardebant. Qualia notamus, ad capiendos generatim hoc genus auctores cum primus idonea; ſcatet enim elegantiis his uniuerſa eorum ſcriptio. Sic *infra* ciuitatem mox *intra* eam notat, ut ſaepius apud Gulielmum Tyrium. *Recolligere* hoſpitio excipere, alibi ad Gulielmum Turonenſem illuſtramus

*Seruientes.*

*Milites honeſtisſimi.*

*Milites.*

*Deducere ſe.*

*Infra.*

*Recolligere.*

*Ingeniare.* mus. *Ingeniare* urbem eſt Polyorceticis machinis impugnare, impetere. Cap. XX. Igitur ſi uobis bonum & honeſtum uidetur, eligat ſe ante alios unus ex nobis, ut, ſi aliquo modo uel ingenio ciuitatem acquirere, uel ingeniare potuerit, uel per ſe uel per alios concordi uoce, ei urbem dono concedamus. Cap. XXXIII. Quod caſtrum ingeniatum & aedificatum erat ſuper quatuor rotas, ſuper quod ſtabant plures milites. Cap. XXXVIII. Tunc ſeniores ordinauerunt, quomodo poſſent ingeniare ciuitatem, ut ad adorandum noſtri ſeruatoris uenirent ſepulcrum.

*Attendere.* *Attendere* conuentionem, mox ualet obſeruare, ratam habere.

*Praeconiare.* *Praeconiare*, per praeconem docere. Ibidem: ut in craſtinum omnem Francorum gentem praeconiare atque ſummonere (ſic ſcribendum) faciat, quod in Saracenorum terram uadat depraedare. Cap. XXIX. Mox mandauit ſuo Ammiralio, qui habebat omnia in cuſtodia, ut, ſi uideret ille, ignem accenſum in capite hoſtis, protinus praeconari faceret, omnem exercitum redire. Cap. XXX. Feceruntque principes praeconari per uniuerſam urbem, ut, ſi forte aliquis egens illic adeſſet, ab eis cum gaudio retineretur.

*Merulae.* *Merulae* ciuitatis, ſunt apices ſiue pinnae murorum aut propugnaculorum. Ibidem: Venerunt illi usque ad ſcalam, quae iam erat erecta & fortiter ligata ad ciuitatis merulas, & adſcenderunt per eam homines ſexaginta. Dictae forte, quod ſingulae tales primae fuerint, ut auis illa nomen accepiſſe perhibetur, quod mera, id eſt ſola, uolet, ut uides apud Iſidorum. Poteſt & Barbara origo uoci huic ineſſe.

*Agulani.* *Agulani* qui fuerint, notandum ex hac pagina xv. auctoris noſtri; Multimodis enim facient ad intel-

tellectum aliorum talium. Agulani, inquit, fuerunt tria millia, qui neque lanceas, ſagittas, neque ulla arma timebant: quia omnes erant coperti ferro, & equi eorum. Ipſique nolebant in bellum ferre arma, niſi ſolos gladios. *Collegium* mox vocat exercitum eodem loco; ut & pag. XX. uelut contubernium, pag. XXV. Conuentionem, pag. XXIX. Quae tanti ſunt ut plurimos autores ſimul illuſtrent. *Patrare*, eſt generare, cap. XXI. Satisfaciant uentribus, impetrent & ſermocinent, per uniuerſam regionem illam, ut omnino dent ſeſe ad petulantiam & luxuriam, multosque filios patrare congaudeant. Notiſſimum uerbi etymon. Quae de heroibus chriſtiani exercitus miſeris Mahumetanis & Paganis fuerit exiſtimatio, quique ſparſi rumores, ex eo facile apparet, quod cap. XXII. fine, ex ore Curbarae refertur Boamundus & Tancredus, an ſint Francorum dii, & an in dies ſingulos aut ſingula prandia deuorent duo millia vaccarum, & quatuor porcorum? Quo figmento apparet, quantopere optimorum principum uirtutem fama extulerit. Mihi tamen ſcriptor huius libri Turcicam religionem minime omnino perſpectam habuiſſe, certis conjecturis exiſtimatur. Sicut cum cap. XXI. multa iis deorum numina credita, affingit. Et cap. XXXIX. Ammiraviſſus inducitur, conteſtans Mahumetum & omnia Deorum Numina; Quae res prorſus contra dogmata & inſaniam Turcorum tendit. *Spolia* res pretioſas quasque denotant. Cap. XXII. Audiens mater eius, quod nullo modo acquieſceret conſiliis ſuis, moeſtiſſima receſſit retrorſum in Allophylos, deferens ſecum cocta ſpolia, quae conducere potuit. Sic, cap. XXIX. Turci autem, qui

*Collegium.* *Patrare.* *Spolia.*

qui ſtabant in parte maris, uidentes, quod non poſſent ſufferre amplius, miſerunt ignem in herbam. At illi cognoſcentes illud ſignum, arripuerunt omnia horribilia ſpolia & fugerunt. Mirifica fugae deſcriptio eſt cap. XXIII. Iſti omnes timore perterriti de heſterno bello, quod durauerat usque ad ueſperam, nocte latenter demiſſi ſunt per murum, fugientes pedibus contra mare, ita, ut neque in manibus neque in pedibus remaneret aliquid, niſi ſolummodo oſſa. Tanta uidelicet fatigatione ſeſe incitabant. Manus autem laeſerant, dum funibus ciuitatis praeſidiis demitterentur. Dilectio barbaris concubitum denotat, cap. XXIV. Ecce in auxilio oportuno niſi uos ſanos & incolumes in ciuitatem: & ecce multam prauam dilectionem operantes cum chriſtianis, & prauis paganis mulieribus, unde immenſus foetor adſcendit in caelum. Tancredi tam decantata hoc bello uirtus maxime apparet ex iuramento, quod conceptis eius uerbis ponit auctor noſter, fine cap. XXIV. Tancredus uero iurauit ac promiſit tali modo; quia, quamdiu ſecum quadraginta milites haberet, non ſolum ex illo bello ſed etiam ex Hieroſolymitano itinere non eſſet receſſurus. Virtus huius iuuenis eſt omnibus his ſcriptoribus decantatiſſima. Cap. XXVI. mendum eſt eluendum: uidens autem uir uenerabilis, Boamundus, quia nullatenus poſſet conducere gentes ſurſum in caſtellum ab bellum: nam qui erant incluſi in domibus, timebant alii fame, alii timore Turcorum: iratus eſt ualde. Scribe-interibant alii fame. Porro & haec correctione indigent: Iuſſitque confeſtim ignem mitti per urbem. Tunc nimia tempeſtas uenti ſubito ſurrexit, ita, ut nemo poſſet regere ſe rectum.

*Fugae deſcriptio.*

*Dilectio.*

ctum. Boamundus itaque, uir ſapiens, contriſtatus eſt ualde, timens pro aliisque eccleſiis. Haec ira durauit ab hora tertia usque in mediam noctem, fueruntque cremata fere duo millia eccleſiarum & domorum. Emacula - timens pro altariis & eccleſiis.-Noua locutio pro aris. Hunc autem domorum & fanorum numerum periiſſe in ea ciuitate, non incredibile eſt firmatque huius totius negotii ex ſcriptor, Guibertus abbas. lib. V. cap. XXI. Ex quo hic etiam legendum- Haec pyra durauit. &c. Cum noſtra infra ſcribat, cap. XXXII. CCCLX. ſolis monaſteriis Antiochiam floruiſſe, uide id caput, & Albertum Aquenſem, lib. III. cap. XXXVIII. aliosque horum ſcriptorum. Commodum haec ſcripſeram, cum ſubit animum noſtrum, hominem reliquiſſe - timens pro ſaliis & eccleſiis. *Sale*, *Sala*, *Saal*, Germanico ſermoni, item, Italo, Gallo, Hiſpano, nunc quoque memorabilius aliquod conclaue, palatii aut aulae partem denotat, qua hic auctor fortaſſe Latinitatem ſuam augere uoluit. Vide doctiſſimi Lindebrogii Gloſſarium, ad Conſtitutiones barbarorum principum. Sceleratam animi deiectionem cum iracundia ſacrilega mox commemorat, cap. XXVII. Eo redacto milite chriſtiano, ut per aliquot dies nemo praeſulum aut ſacerdotum auſus fuerit per exercitum uniuerſum inuocare nomen Chriſti. *Inclinus* pronum cernuum, denotat. Cap. XXVIII. Per omnia cupiunt effici Turci, & Deum ueſtrum, quem uos inclini colitis, abnegare uolunt. &c. Cap. XXIV. Noſtri uero paullatim militabant, ubi ſcilicet maxima eorum uirtus erat, ad tentoria illorum. Intellige aut ſcribendum puta - militando ibant - Lectionem tamen non mutandam ſuadet id, quod

*Salia.* *Sala.* *Inclinus.*

cap.

cap. XXXIX. pariter legitur: Quarta uero feria iidem principes exierunt & militauerunt ad bellum. Eodem cap. militare confligere denotat; *Militare.* Coeperunt noſtri *militare* in nomine domini. Armenianorum & Surianorum (Ita enim ſcribenda haec nomina) ſaepius meminit hic auctor, ut chriſtianorum, etiam intra Antiochiam, ſuntque intelligendi earum gentium negotiatores chriſtiani, exercitui Francorum pabula & cibaria ſubuehentes. Robertus monachus lib. IV. Cumque Armenii & Suriani uidiſſent in tanto diſcrimine famis noſtros eſſe poſitos per nota loca gradiebantur, ſollicite inquirentes, ſi quid inuenirent, quod ad noſtros afferre ualerent. Fuerunt autem negotiatores hi chriſtiani addicti Antiochenis Turcis, quibus miniſtrabant pridem neceſſaria, ſed a Tancredo capti, mutauerunt ſtudia. Chriſtianæ militiae inſeruientes. Idem ſcriptor. lib. V. Ipſa die magnus Armenianorum & Surianorum populus ad ciuitatem ueniebat, & urbanis opima uictualia afferebat: Quos omnes in inſidiis poſitus Tancredus apprehendit, nec tamen eos, quia chriſtiani erant, occidere uoluit; ſed cum ipſis ſancinis ad caſtrum ſuum conduxit, quos tandem tali conditione illaeſos abire permiſit, quia promiſerunr illi in fide chriſtiana, ſe allaturos chriſtianis, pro competenti pretio, neceſſaria, quoadusque caperetur Antiochia, quod illi ſtrenuo impleuerunt. Hos exploratores fuiſſe & eorum inſidioſis commentionibus plurima chriſtianis mala fuiſſe illata, ſcribit Baldricus Dolenſis epi- *Conturbare.* ſcopus, lib. II. eiusdem hiſtoriae. *Conturbandum*, commorandum, intellige. Cap. XXI. Coeperuntque omnes ſimul quaerere, qualiter S. ſepulcri iter ualerent peragere. Dicentes, quoniam

am appropinquauerat eundi terminus, nulla erat hora conturbandum amplius. Nimirum quia tales ſententiae non ſine tricis turbisque effectui dabantur. Sic paullo poſt: Hoc totum laudauit Boamundus & promiſerunt ambo in manibus epiſcoporum, quod nullo modo per ſe uia S. ſepulcri deturbaretur. De Graecis ignibus, quorum meminit cap. XXXIII. alibi notatum eſt, & unde Iſaaci Caſauboni commentarium ad Æneam Tacticum. *Solarium* ſuperius conſignationem turris ſupremam ibidem denotat. Cap. XXXV. ineſt mendum, his uerbis: Tanta fuit paganorum reciſio & ſanguinis effuſio, ut etiam aqua, quae in ciuitate fluebat, uideretur rubere & fluere in ciſternas eorum, unde ualde fuerunt triſtes alii atque dolentes. Qui ſunt illi alii? Nonne eadem gens? Error eſt ex abbreuiatione, quam dicunt, & ſcripſiſſe arbitror noſtrum, - triſtes allophyli. *Allophyli*, gentiles infinitis piorum auctorum in locis. *Properaſſe* dicuntur eodem capite fructus, qui ante tempus ſolitum uiſi matureſcere, nec ſollicitanda ſua ſcriptori lectio, etiam tali. *Placitum* ex conſenſu pactum cape. Cap. XXXVI. *Preſſura*, cap. XXXVII. afflictionem denotat. Cap. XXXIIX. Per *caſtra* intellige turres, ibi legitur: Noſtri ſubſecuti per ſequebantur eos, occidendo & detruncando usque ad templum Salomonis, ibique talis occiſio fuit, ut noſtri eorum pedes usque ad cauillas mitterent. *Cauilli* ſiue *cauillae* ſunt nodi, quibus crura pedibus iunguntur. *Petrus Mauritius Cluniacceus*. Contra iudæos, cap. V. pag. MLXXXVII, nequaquam ultra attingere potuit, quam ad eum nodum, quo crus pedi iungitur, & uulgo cauilla uocatur, Gallis chevilles. Hodie contigiſſe nouimus,

*Solarium.* *Allophyli.* *Properare.* *Placitum.* *Preſſura.* *Caſtra.* *Cauillae.*

uimus, ut mercede conducti certi numeri lapidum fuerint, quibus foſſæ obſeſſarum ciuitatum complerentur. Id uetus eſſe docet iſte auctor, cum ait, cap. XXXVIII. Tunc conſiliati ſunt noſtri, ut implerent foueam, feceruntque praeconari, ut, ſi aliquis in illam foueam portaſſet tres petras, unum haberet denarium. Ibidem legitur: Tandem apprehenderunt noſtri maſculos & foeminas ſat in templo, & occiderunt, quos uoluerunt, & quos uoluerunt, retinuerunt uiuos. Scripſiſſe arbitror - *ſitos* in templo, poſitos nempe, locatos, quomodo ſolent loqui hoc genus auctores. *Bernardus Morlanenſis.* lib. I.

*Situs.*

*Ad mala pes citus, atque oculus ſitus in muliere. &c.*

Studio ſe autem illuc collocauerant miſeri illi, ob ſpem aliquam in ſanctitate loci. *Capitale debitum* dicit orationem, Deo redditam, ibidem in loco ſancto. *Pedones* ſunt pedites, cap. XXXIX. Excommunicare eſt ibidem ſub poena excommunicationis praecipere. *Stantarus* uexillum grandius, uulgato uſu per hunc occidentem *Cumulatus* dicuntur cumuli. Quae omnia tanti non ſunt, ut ſub exemplis doceantur.

*Capitale debitum.* *Pedones.* *Stantarus.* *Cumulatus.*

## AD SCRIPTOREM EVNDEM.

*Summaria.*

*De auctore primo Palaeſtinarum hiſtoriarum. Eius auctoritas. De Roberto, Baldrico, Guiberto, eiusdem hiſtoriae conditoribus. De primo hoc auctore plura. Subtiliter aſtute. Seaphardus Pontus. Honeſtare ſe. Honeſtus equus. &c. Montanea. Eſſe. Eſſentia. Mala res &c. Res thomo. Maladicus. Haec mare. Schemata. Paullo minus. Agulani. Robertus emendatur. Boamundus. Paruus Deus. Capitalis ſententia, Mors. Verba Lis, Farfar. Laus Petri Bullonii. Muri Antiochiae.*

*ziocbiae. Cortinue, Cotidie. Cauillae. Scriptor is uariis locis de nouo emaculatur & illuſtratur.*

PRimum locum inter ſcriptores Palaeſtinarum hiſtoriarum in Bongarſiana collectione, obtinens ſcriptor, a nobis ſuperioribus huius operis Commentariis ita repertus eſt, ut, praeter natiuam horriditatem, pauca in toto eo ſuperſint, quae lectorem morari ualeant. Nos tamen animi gratia nuper libro relecto, (ut eas omnes hiſtorias neſcio quomodo, aliis aliorum traditionibus, de pari quidem aeuo, libentius reuoluere ſolemus) offendimus quisquilias quasdam, non indignas uiſas, quibus unum adhuc caput aſſignaremus, cum prodeſſe & hae notae lectoribus plurimis poſſint. Repetendum uero etiam hoc loco, eum ſcriptorem tantum auctoritatis priſcis temporibus, adeoque prima ſua publicatione, habuiſſe, ut ad eius tradita & uelut lineas quasdam tenues, orſi ſint integras hiſtorias ſuas componere & detexere, magna doctrinae opinione eodem aeuo uel proximo antiſtites, *Robertus* de Monte *monachus*, Abbas *Guibertus*, & epiſcopus *Baldricus*. Iſte enim citra omnem dubitationem ruſticus ille & parum cultus dignusque tantis rebus liber eſt, quem ſui quisque harum præfatione ſe ſecutos autumant. Vixerunt autem omnes eodem tempore. *Robertus* quidem & Baldricus, ut interfuerint concilio Claromontano, in quo ſemina expeditionum Palaeſtinarum ab *Vrbano S.P.* iacta ſunt, ipſiſmet ſibi teſtibus, quique male ideo de hoc libello ſentiunt, quod eiusdem ſynodi penitus non meminerit. *Guibertus* quidem, cum multis pariter fuerit collocutus, qui ex eadem militia domum redie-

*De Roberto.*

*Baldricus.*

*Guibertus.*

rediere, quorum teſtimonia ſaepe iſtius noſtri teſtimoniis admiſcet. Emiſerat autem prius rudi ſermone ſuam hiſtoriam, quam poſtea in uolumina ſeptem deductam, altiore ſtilo (ſecundum captum ſuum, qui poetices proſaeque eloquentiae conſultus, iam inde a teneris annis habitus fuerat, uti ſibi ipſe teſtimonium perhibet) intonare uoluit: Non mali alioquin animi homo, animoque aeuitate ſua prorſus celſior. Hoc animaduerſo, maior erit fides ſummis illis tribus uiris; & huic, minime ignobili, licet nomen ſuum nuſpiam prodiderit, auctoritas. Fuit autem iſte homo Boamundo, prudenti fortique principi, familiaris, & uelut domeſticus. Ex quo cap. V. ait. *Certe tantum timebant fortiſſimam gentem Boamundi, ut nullum noſtrorum ſinerent intrare muros ciuitatis.* Clariusque cap. XI. ſe cum ſuis Boamundi aduentum praeſtolatum ait, domini nimirum ducesque earum copiarum: *Cultores*, inquit, *illius ciuitatis nobis ierunt obuiam, laetantes & deferentes maximum mercatum. Illic habuimus omnem copiam, exſpectando donec ueniret Boamundus: Venerunt itaque noſtri milites.* Adfuit ei principi eques, & equeſtria ſtipendia meruit. Cap. XXIX. *Nos itaque inuocantes Deum uiuum & uerum, equitauimus contra illos, & in nomine Ihesu incepimus bellum.* A Boamundi autem confeſſione, qui occupata Antiochia, comitatus ſaltim ultra ſacros, eo rediit, ibique principatum fixit; cum Raimundo comite prouinciali perrexit, quod ex cap. XXXIV. Perſpicitur: *Illud*, inquit, *caſtrum reddidit ſe comiti Raimundo, fuimusque ibi per quinque dies. Egreſſi inde peruenimus hoſpitari ad quoddam Arabum caſtrum.* Italum hominem, quod & Bongarſio notatum, locu-

locutio doceat, doceat & laus perpetua, etiam in infimo milite, prudentiae, cuius titulum prae caeteris nationibus ea ſibi uindicat, eoque gloriari ſolet. Sunt tamen nonnulla, quae Francum potius exprimunt, etſi Italis deditum. Sic totam militiam non ſemel Francicam uocat, licet & aliquando huic genti deprendam iniquiorem. *Subtiliter*, caute, ſubdole prudenter, intellige: *Urbanus ad ultramontanas partes profectus, coepit ſubtiliter ſermocinari & praedicare. Certe ex inopia uictus & incenſo ſtudio diripiendi orientis potius quam chriſtiano, ſane nec hoc ſecundum ſapientiam. Zelo expeditionem hanc ſuaſam & aſſumtam, ſaepe ipſi eius traditores confitentur.* Sic cap. XIV. *Armenii & Suriani uidentes, quod noſtri penitus uacui rediſſent, conſiliati in unum abibant per montaneas, ſubtiliter inquirentes & ementes frumentum.* Cap. XVII. *Exierunt illi, coeperuntque ſubtiliter inquirere, ubi eſſent acies Turcorum reconditae.* Id eſt, *tecte, occulte.* Nos porro Analecta priſtinae recenſionis hic legemus. Cap. V. *At Boamundus, qui erat in obſidione Malphi Scaphardi pontis, audiens ueniſſe innumerabilem gentem, coepit diligenter inquirere.* Scribendum - *ponti* - Ita enim legit Robertus monachus; pontum pelago exponens. Lib. II. cap. II. *Cum uero ſic incederent, rumor tanti exercitus ad aures cuiusdam illius terrae principis uenit, nomine Boamundi, qui tunc erat in obſidione Malphi, ſuper littus Scaphardi pelagi conſtituti.* *Honeſtare ſe*, & honeſto ornatu accingere eſt comperenter & in laudem id agere. Eodem capite: *Denique reuerſus iterum in terram ſuam Boamundus, diligenter honeſtauit ſe, ad incipiendum ſancti ſepulcri iter.* Sic *honeſtum equum*,

*Subtiliter.*

*Pontus*

*Honeſtare ſe.*

*Honeſtus equus.*

& *honeſtum militem* legas apud Robertum lib. VIII. cap. IV. lib. IV. cap. XII. *Honeſte pugnare* lib. IV. cap. VI. *Honeſtas copias* apud Gulielmum Tyrium lib. XXI. Cap. VIII. *In die autem Aſcenſionis domini coepimus urbem undique inuadere, & aedificare inſtrumenta lignorum, turresque ligneas, quo poſſemus murales turres ſternere.* Scribendum - *Inſtrumenta tignorum.* Cap. XI. *Nos autem, qui remanſimus, exeuntes inde, intrauimus in diabolicam montanam, quae tam erat alta & anguſta, ut nemo noſtrum auderet per ſemitam aliam praeire.* Scribendum-*montaniam*, uel *montaneam.* Quam uocem ex idiotiſmo uſurpat alibi etiam. Cap. II. cap. VII. IX. XI. XII. XVI. XIIX. XX-XXVII. XXXI. XXXI. *Baldricus Dolenſis* lib. III. c. XIX. & cap. XXIV. lib. IV. cap. VII. & X. &c. Cap. XII. *Poſtquam uero fuerunt Turci edocti de noſtra eſſentia, coeperunt paullatim urbe exire, noſtros peregrinos undique coanguſtare, non ſolum ex una parte. Sed undique erant latentes obuiam nobis ad mare & ad montaneam.* Scribendam-*Latenter obuiam nobis* - Id eſt, prius quam animaduerteremus eorum praeſentiam.

*Eſſentia.* *Eſſentia*, ſtatum, conditionem barbare notat. Sic *eſſe noſtrum* modo dixit: *Illi uero ingenioſe inueſtigabant noſtrum eſſe, noſtramq; qualitatem.* Et Robertus lib. IV. c. VIII. *Miſerunt exploratores, qui eorum agmina uiderent & eſſe renunciarent.* Sic & Guibertus abbas. Cap. XIII. *Mortui ſunt ex illis plurimi, noſtrique ceperunt equos eorum & alia ſpolia; alii uero, qui uiui remanſerant, uelociter fugerunt, & in iram perditionis abierunt.* Lege *in uiam perditionis* - De Gulielmo Carpentario ex fuga retracto, cap. XV. *Denique tota nocte Gulielmus, uti mala res, in tenda Boamundi iacuit.*

*Mala*

*Mala res*, nullius pretii, friuolum, noxium quod *Mala res.*
malae rei fruſtum, quod horreant aſpicere homi-
nes, & abominentur. Locutio Romana. In
epitaphio uetere; *Corpore in exiguo res pretioſa*
*fui.* Ita de homine fato functo Appuleius. Lib. I.
*Non obnitimur, nec terrae rem ſuam denegamus.*
Graeca aliaque exempla. Lib. III. horum ad-
uerſariorum. Suſpicabamur olim, Rusticum
noſtrum ſcripſiſſe - *uti maladiens iacuit* - Id eſt *Maladiens.*
malo morbo percitus; quo inclinant membra-
nae, olim Bongarſio uſurpatae, in quibus eſt-*ma-*
*ledenis*-ſicut orae ſui codicis ipſe adnotauit. Cap.
XVI. *Interea inimicus Tettigus, audiens quod ex-*
*ercitus Turcorum uenirent ſuper nos, ait ſe timu-*
*iſſe, arbitransque nos omnes periiſſe, atque in ma-*
*nus inimicorum incidiſſe, fingens omnia falſa, quae*
*aſſidue cis mare poterat, dixit.* Scimus, ut haec
ſupra correcta ſint. Nunc emaculandum tamen
puto - *quae aſſidue ſcemare poterat*; Hoc eſt *ſche-* *Scemare.*
*mate* quodam inducto palliare. Sic enim ſupra
eorundem Graecorum uafra conſilia *ſcemata* ap-
pellauit. Cap. VI. *Repererunt in ſuis conſiliis at-*
*que ingenioſis ſcematibus, quod noſtrorum duces,*
*comites, ſeu omnes maiores imperatori ſacramen-*
*tum facere deberent fideliter.* Neque aliter Gui-
bertus abbas. Lib. IV. in eadem re ſcribens;
*multa mendaciorum coornatione potius, ſeniores*
*Tettigus adoritur.* *Scema* eſt inductio, reprae- *Scema.*
ſentatio. Papinianus Scholiaſtes Lutatius, ad
Lib. III. Thebaid. V. CLXXX. *Dicit, nunquam*
*tantum ſcemam infelicitatis accidiſſe Thebanis.*
Ad V. CCCCVI. Homerus hanc ſcemam in Ne-
ptuni deſcriptione depinxit. Neque bene, qui
*ſcenam* ibi ſubſtituat; cum ueterem probamque
hanc uocem, poſt interpretes Plautinos aliosque,

inſuper ſimilibus aliis bene illuſtrauerit doctisſimus G. I. Voſſius, Tomo ſecundo Rhetoricorum. pag. CCLVIII. cap. XVIII. In uerbis Boamundi. *Alii, qui ſunt remanſuri, muniant ſe undique ad defendendum, ſi forte inimici noſtri & Dei exierint de ciuitate, & in illo loco ſint omnes congregati, in unum licet ubi nos demonſtraremus.* Ex ipſo negotio emaculandum: *illicet ubi nos demonſtrauerimus. Paullo minus* prorſus modicum ſignificat. Cap. XX. *Boamundus, auditis his uerbis, paullo minus ſubridens, protinus receſſit.* Gulielmus Tyrius. Lib. XIIX. cap. XXVI. *Cuius ſchismatis occaſione uniuerſa Latinorum eccleſia, peccatis noſtris exigentibus, paullo minus habuit diuidi, & irreuocabiliter ſeparari.* Item lib. XIX. cap. I. Lib. XXII. cap. XXVIII. Cap. XXI. *Et Agulani fuerunt numero tria millia, qui neque lanceas, neque ſagittas, neque ulla arma timebant, quia omnes erant cooperti ferro, & equi ipſorum. Ipſique nolebant in bellum arma ferre, niſi ſolummodo gladios.* Corruptum hic aliquid cenſeas, ubi legas primum ſcriptorem monachum Robertum. Is enim cum ſua haec faceret, equis tribuit impatientiam lancearum. Lib. VI. cap. IV. *De Agulanis,* inquit, *erant ibi tria millia qui nullam armorum copiam niſi ſolos enſes geſtabant; quia* (ſic legendum) *omnes undique ferro cooperti nulla arma aduerſantia timebant. Equi illorum uexilla & lanceas ferre aſpernabantur, & in eos, qui ferebant, nimia ira accendebantur.* Sed delirauit utique, noua ſcribendi aeſtu ablatus monachus: cum ſimpliciter noſtri autoris uerba de eadem perſequatur *Baldricus*, neque ſecus *Guibertus*: accuratiores ſcriptores, quam ut tale aliquid hic repertum diſſimulare uoluerint. Cap. XXII. Colloquio Curbaranni cum matre: *Cui ille*

*Paullo minus.*

*ille dixit, non ſunt igitur Boamundus & Tancredus Francorum dii, & non liberant eos de inimicis ſuis? Et quod ipſi manducant in unoquoque prandio duo millia uaccas, & quatuor millia porcos? Reſpondit mater, fili cariſſime, Boamundus Tancredus mortales ſunt, ſicut alii omnes.* Ex rumore uulgi haec ſunt petita, alioquin enim Turcica religio tale quid opinari non patitur, quae unum nempe Deum praeciſe conſtituit, indeque tota eius fabula dependet. Iungenda his, quae ſecundum iſtum autorem ſcribit Guibertus abbas, lib. V. cap. XII. hiſtoriae ſuae Palaeſtinae. Rumorem autem iſtum confirmat Ordericus Vitalis, uulgo Turcas Boamundum PRAVVM DEVM appellaſſe ſcribens. Lib X. Hiſtor. Eccleſiaſt. Norman. *Capitalem ſententiam ſuſcipere* huic ſcriptori eſt occidi ab hoſtibus. *Capitalem ſententiam ſuſcipere.* Cap. II. *Illi autem qui uoluerunt, capitalem ſententiam ſuſceperunt.* Cap. XXVI. *Duo ex militibus exierunt de turre uulnerati, tertio tres haſtae detruncatae ſunt in manibus. Illi duo acceperunt capitalem ſententiam.* Cap. XXIX. *Haec uerba credenda ſunt, quia plures ex noſtris uiderunt.* Nihil hic mutandum, uerba enim rem ipſam denotant. Gulielmus Tyrius lib. XX. cap. XXVII. *Rex adhaec, ut ei filiam ſuam uxorem daret, euocauerat. Qui in regnum perueniens, ut ſuper eodem uerbo a domino rege benigne commonitus eſt, oblatas & placitas prius, remouit conditiones.* Lib. XVII. c XXVI. *Conſtantia Antiocheni principis filia, quemdam ſtipendiarium militem ſibi occulte in maritum elegit: noluit autem uerbum publicari, quoad usque domini regis interueniret auctoritas.* Cap. XXII. Vbi Antiochenam urbem deſcribit, manca adhuc & corrupta ſunt quaepiam; ut fabuloſa ta- *Antiochiae deſcriptio.*

ceam, quae utique aliunde ſunt ingeſta, cum praeſens rebus deſcriptis auctor, de ciuitatibus mentiri uoluiſſe, minime ſit credendus. Fluuius *Farfar* nominatur in ſacris etiam litteris, lib. Regum, cap. V. De Antiochiae muris, ut ii atauorum auorumque etiamnum memoria ſuperfuerint, fide doctiſſimi induſtrioſiſſimique hominis, Petri Bellonii. Obſeruat. lib. II. c. CV. Qui in illo falli tamen poteſt, quod palatia aliaque aedificia deſcribens, reliquias Antiochi inibi agnoſcit: Cum chriſtianorum principum Turcarumque tanto poſt tempore constructa, opera multa eſſe uel reparata, ſit credibilius. Quamquam reipſa optime talium aeſtimatori minime contradixero. *Continue* in hoc ſcriptore intelligas, ubi *cotidie* ſcriptum legis. Exemplo ſunt in cap. XXXIV. & cap. XXXVII. *Cauillae* barbara uox eſt, nec mutanda, in cap. XXXIIX. Vbi pedes chriſtianorum in ſanguine paganorum tinctas fuiſſe dicit usque ad *cauillas*. De quo ſupra, *cheuilles* hodie Gallo-Francis, Cauigliae Italis, Cauillas Hiſpanis.

*Farfar.*

*Cauillae.*

## IN PRIMVM
# HISTORIARVM PALÆSTINARVM
## SCRIPTOREM
# INDEX ET GLOSSARIVM.

CAPITA HABET MARGO.


A.

*Accreſcere turres, augere.* 38.
*Acquieſcere, ceſſare.* 19.
*Adhuc, praeterea.* 10.
*Adiutorium dare.* 11.
*Admirati.* 17. *duodecim.* 18.
*multi* 22. *ſingularum ciuitatum.* 34. *lib.* 155 115.
*Adunare ligna.* 11. *fin.*
*Adunatim.* 17.
*Aeſtimantes luctari.* 30.
*Afficere, vexare.* 28.

*Agente Deo.* 17
*Agulani, gens.* 8.21.
*Allophyli* 34. *ex noſtra correctione.*
*Altercatio, lis, pugna.* 4. *fin.*
*Ammiratus, vid. Admiratus.*
*Ammirauiſus Babyloniae,* 38.39. *Ammiratus eſt.* 36. *urbis unius* 34.35
*Animalia, pecora,* 2.5.34. *lib.* 159. *c.* 13
*Antiochiae deſcriptio* 32
*Anxiens.* 6. *ad lib.* 12. *Brutonis* 5. 178
*Apoſtolicus* 1. *Turcorum Papa* 21. *bis ineptiſſime.*
*Appliciti ſunt, appulerunt* 1.3.
*Apprehendere caſtrum.* 2.5
*Appreciare.* 20
*Aqua care uendita.* 37
*Arbaliſtae.* 8
*Ardere, incendere.* 1.2.10
*Aſini comeſti.* 23.26
*Aſſentire.* 4
*Attendam, ſeruabo.* 16.20
*Attigerit, unde ueniat.* 19
*Atrium, coemeterium.* 18
*Auferre ſe hinc.* 10
*Azimitae gens.* 21

B.

*Baiulare, ferre, portare.* 13
*Bellum, pugna, conflictus.* 2.4.9. *fin. acies* 17.18.21.23. *bellum amittere* 29. *& fin.* 34.38.
*Biscoctus panis.* 39. *fin.*
*Bona uictualia.* 34.39. *fin.*
*Bonitas magna.* 21
*Boues pro equis habiti.* 10
*Bulliens ira.* 6.4
*Burgus urbis.* 3. *bis, extra urbem.* 6
*Byzantei.* 6. 60. *Byzanteis emtus enſis. &c.* 39

C.

*Canum uſus pro equis.* 10
*Capitalis ſententia, mors.* 2.26. 28
*Capitale debitum, adoratio ad S. ſepulcrum.* 38. *fin.*
*Caput militiae* 5. *Syriae.* 11
*Caſale quoddam.* 20
*Caſtrum ligneum.* 33.38
*Cauillae pedum* 38
*Cauſſa, res.* 22
*Caute, ſecure.* 6.20
*Chriſtus per aliquot dies non inuocatus.* 27
*Coacti, compreſſi.* 28
*Coarctare, diſtinere, non ſinere.* 12
*Collegium, exercitus.* 21. *ter.* 28
*Comitabatur nobiſcum, nos.* 34
*Comparare, rapere.* 2. *fin. Robertus lib. . cap.* 7. *Sed eſt emere. Vt Baldricus lib.* 1. *cap.* 11. *reddit, in eadem hiſtoria.*
*Compendia montium.* 9
*Compotus.* 31. *non noui bene.*
*Conciliare ſe.* 19
*Concordari cum aliquo.* 2.5.34. 35.36
*Conducere populum, regere.* 30.39
*Confortare.* 2. *& alibi.*
*Coquaſſare, cingere.* 18. *Anxiare. Auguſtin. Tomo* 2. *pag.* 111 *f.*
*Conſtabilis.* 17
*Conſilium de uiro.* 30. *Claudiani pacis conſilium.*
*Conſiliati ſunt, deciderunt &c.* 36
*Conſtringere, cingere.* 18
*Continuit, ſubiecit.* 31. *tenet.* 33
*Contriſtare.* 10
*Contubernium, caſtra.* 34. *Vid. Collegium.*
*Conturbandum, manendum.* 31
*Conueniens ciuitas.* 32

*Conuenientia* τά. *Res utiles.* 10
*Conuentio, exercitus.* 19. *aut.* 39
*Corda, neruus in arcu.* 10
*Corporalia alimenta.* 34. *ſic ſaepiſſime ad differentiam iumentulium.*
*Craſtina die, ſequente.* 21. 33. & *ſaepe.*
*Cumula, cumuli.* 39. *fin. bis.*
*Curſores, exploratores.* 12. *Vid. Praecurſores.*
*Curti, nomen gentis.* 21
*Cuſtodire urbem.* 11. *hoſtem.* 13. *obſeruare.*

D.

*Deducere ſe nequiter* 12. *robuſte.* 19. *habere, gerere, continere.*
*Deliberare, liberare.* 26. *fin.*
*Denego, recuſo.* 10. *noue.*
*Deſepelire.* 18
*Detruncare.* 17. 18. 38. 39. *ubi docetur, quid ſibi uelit.*
*Deuetare.* 19. 34
*Dextra & fides.* 15
*Diabolicus ſonus.* 19. *Montanea, uide atrium.* 18
*Diffamata militia.* 22. *celebris.*
*Digitos frangere in luctu.* 27
*Dilectio, concubitus.* 24
*Diſſeparare ſe.* 35
*Diuerſa gens, collectitia.* 2
*Doctus, prudens, probus, fortis.* 5. 10. *fin.* 11. *init.* 17. *eruditiores Robert. mon. lib.* 3. *c.* 3.

E.

*Equi Agulanorum.* 9. 21. *Vid. Rob. monach.*
*Equinus ſanguis potatus.* 2
*Equitare contra urbem.* 35. & *alibi.*
*Eſſe noſtrum, ſtatum. Eſſe optime.* 11. *lib.* 158. *c.* 14.
*Eſſentia noſtra, ſtatus.* 12
*Etenim abundat.* 29. 34. *Vt igitur, quippe. &c.*
*Euerti pauore.* 22
*Ex qua, qua.* 25
*Excommunicare, interdicere, & uice uerſa.* 39
*Excommunicati, Turcae Pagani.* 9. 2
*Execrata montania.* 11. *alibi de Turcis.*
*Exerta ira.* 22
*Exorta unde eſſet, aduenisſet.* 9
*Expeditio, caſtra exercitus.* 35
*Expendium.* 14
*Exploratores.* 16
*Expugnare Turcos, uincere.* 11

F.

*Facere ut eis nil poſſent, tam fortes.* 11
*Fallacium, ludibrium.* 9
*Famulatus, obſequium.* 4
*Feneſtrae murorum.* 18
*Ferire ſe manibus prae triſtitia.*
*Feritas ignis.* 26. (2, 27
*Fidelitatem facere.* 3. *in ea eſſe* 21. *intrare eam.* 21
*Fiducialiter, ſecure.* 3
*Fiducia imperatoris, amor.* 5. *fiduciam facere.* 6. *bis. aliud uides ab hominio. Nempe iurare de uita & honore, facere.* 28
*Effoeminatae gentes.* 28
*Foret, ſit.* 22
*Fortitudinem dare.* 13
*Foueae plenae frumento.* 12, 13
*Franci & Turci ſoli natura milites.* 9
*Fuga mira, manibus ad oſſa laeſis.* 23
*Fugit.* 27. *non eſt error typographi.*

G.

*Garrire & ſtridere.* 9. 18. *more canum ad terrendum hoſtem. Robertus mon. lib.* 4. *c.* 8.

*Gaudenter* 34. 37

*Gens, populus, milites, exercitus.* 2. 3. 4 5. 7. 8. 9. 13. 17. 18. *Homines, pedites.* 18

*Graecus ignis.* 33

*Gratis, ultro.* 11. *bis.*

H.

*Habita, quae habentur.* 22

*Hami ad hoſtes trahendos.* 31

*Herba, pabulum.* 8. 19 29. *Caroli calui capitula.* 11 0 25

*Hermenii. bis.* 11. 29 *uid. pag.* 52. 41

*Hominium.* 6. 21

*Honeſte, egregie.* 17. *honeſtare caſtellum* 34. *honeſtare ſe, ornanare.* 4. *honeſtiſſimus epiſcopus* 9. *miles.* 9. 19. 27

*Honorabilia ſpolia.* 29

*Honor iuratus cum uita,* 6

*Hoſpitata eſt porta cincta.* 8. *caſtrametari.* 17. *locari.* 19

*Hoſtis exercitus.* 3. *ſuam hoſtim.* 14. 15. *Hoſte tota, exercitu.* 15. *ſic* 34. *Vide Caroli calui. capit.* 5. *lib.* 151. *cap.* 4.

I.

*Iacere, dormire.* 17. 24

*Iactare foras, expellere.* 34

*Igitur, abundat.* 6. 10. 39

*Ignis iratus.* 26

*Imbres telorum.* 17. *pluuiae.* 18

*Imprudens, timidus. Vide prudenter.*

*Impulerunt ſe, claſſe fugientes.* 39. *Robertus lib.* 9. *cap.* 11. *ſub finem.*

*Impuniti, indemnes.* 8

*Incipere caſtrum.* 19

*Inciſae ſemitae.* 19. *bis.*

*Inclini.* 28

*Incredula, incredibilia.* 22

*Infamia, homo infamis.* 15

*Infantes, poſteri.* 28

*Infra, intra.* 19. 20. 24. 25

*Ingeniare urbem.* 20. 38. *lib.* 159. *c* 13. *Ingeniatum caſtrum.* 33. *Gul. Brit. lib.* 7. *v.* 158.

*Ingenioſe, doloſe.* 12

*Ingenioſi bellorum.* 22. *ingenioſisſimi.* 9

*Inſidiari aliquem.* 2

*Intus intrare.* 10

*Ira ignis* 26

*Iuſtitia terrae.* 5. *bis.*

L.

*Lacrymae gaudii.* 38. *Vid. ad Albertum Aquenſem.*

*Languida ciuitas, male munita.* 39

*Laudare, decernere.* 31. *bis.*

*a Leone comparatio.* 17

*Letholdus miles expugnator Hieroſol.* 38

*Liberare,* befreyen. 36. *vid. deliberare.*

*Linguae uexilli, laciniae.* 17

*Lombardi & Longobardi.* 2. *ter. differunt.*

*Loris laxatis, habenis.* 10

*Luctari, pugnare.* 9

M.

*Maiores noſtri, procuratores* 6. *bis.* 8. *ciuitatis.* 10. 13. 18. *Turcorum.* 18. *noſtri.* 24. 28. 30

*ut Mala res, iacuit uir ignauus.* 15

*Mandare, mittere.* 2. *fin.* 5. 7. 8. 24. 34

*Manere, habitare.* 2

*Manibus plaudere, mulierum.* 18

*Manus Tartarea.* 1
*Manibus epiſcoporum iniurare.* 31. *Robertus monachus, lib.* 8. *cap.* 1.
*Martyriſare.* 2.18
*Mercatum, forum.* 2.3.4.5. *conueniunt.* 5
*Merſi in unam domum.* 20
*Merulae, pinnae murorum.* 20. *Italice Merli auctor tredecim noctium fabuloſarum, pag.* 56. 9. *Dictionarium uetus Italico-Gallicum. Merlo de muraglia. Cerueau de muraille.*
*Militabant, praecedebant.* 29. *Conſligabant.* 39
*Milites, equites.* 9. *bis.* 13.20.30. 39
*Mirificus rex.* 2. *miles* 10. *fin.*
*Miſſi.* 5
*Mons Piſterius. Vid. Rob. mon.*
*Montanea, montana, montagne* 2.7.8.9.11.12.16.18.20.27. 29.31.34.
*Mortalis ſententia.* 20. *pugna* 21
*Mortua occiſa.* 8.11.17.23.27.37
*Motio expeditio.* 1. *emoti.* 2. *male. uulg. remoti ſunt. cap* 34.
*Multones animalia.* 10. *Legendum mutones. Nam arietes grandes agnoſcit Robertus lib.* 3. *cap.* 8. *in fine.*

N.

*Neceſſitas, ſumma inopia.* 16
*Nimis, bene* 17. *abundat.* 11
*Nocere aliquem.* 10.23
*Nocumenta.* 8
*Notarius* 21. *inepte de Turca.*
*Noua belli.* 39
*Nouembrius.* 33

O.

*Oppreſſio, pro fame.* 33
*Oſtendere, ſimulare.* 12
*Oſtenſio Chriſti ſignum ab eo, monitus ſpecialis. Immo dicit ſignum intigne, ut Robertus, lib.* 2. *cap.* 1. *in re eadem,*

P.

*Paleae, pabulum.* 3
*Papilio.* 16.
*Parentes, cognati.* 21
*Pares.* 31
*Patibulum crucis.* 38
*Patrare filios.* 21
*Patriae regiones.* 1.16
*Paullo minus, minutam quid.* 20. *vid. Gul. Tyrium.*
*Pauperes, miſeri.* 37
*Pedites praecedunt, equites ſequuntur.* 39
*Pedones, pedites.* 39
*Pes caſtri.* 2
*Pigritari.* 1
*Pinzinaci, genus militum imperatoris Conſtantinopolitani.* 4
*Placitum, concluſo.* 36
*Platea, arca campus.* 12. *Robertus init. hiſtor.*
*Plenitudo, campi uberes.* 4
*Pluuiae telorum.* 18
*Pomum aureum in haſta*, Knopf. 39
*Pondus hoſtium.* 9.23.26
*Portare, ducere.* 25
*Potens miles.* 2
*Praeconare.* 29.30.38. *lib.* 1.56. *c.* 13
*Praeconiare.* 20
*de Praedata animalia.* 5
*Praecurſores belli.* 39
*Praeliare.* 2
*ante Praeſentiam tuam.* 20
*Praeſtringere, cingere.* 16
*Preſſura.* 27

Pro-

*Proceſſio circa oppidum capiendum.* 38
*Proficui.* 19. *proficuum tuum.* 21
*Prohibere, rigare.* 19
*Proiectus in flumen.* 4
*Propter denarios, pro illis.* 31
*Prudentes, fortes.* 3. *uid. Marg. Prudenter, fortiter.* 4. *fin. milites prudentes.* 8. 9. 13. 14. 17. (*de Turcis.* 18.) *imprudentia contra.* 22. *prudenter, fortiter.* 2 . 23 *imprudens, timidus.* 27
*Publicani, nomen gentis.* 9. 21. 34
*Pudentes, audaces.* 9
*Pugillus, pugnus, manus.* 2
*Pugillo claudi agmen, paruum.* 39
*Pulſare nuntiis.* 20
*Purpurati, moneta.* 14
*Putare, ſperare.* 29. 23. 39.
*Pyrae occiſorum, cumuli, ſtrues.* 29

## Q.

*Qualitas.* 12
*Quippe abundat.* 26
*Quotidie, continue.* 10. 14. 22. 31.

## R.

*Recederunt, Receſſerunt.* 19
*Recognoſcere Chriſtum, colere.* 30
*Recolligam, recipiam.* 20. *ad lib.* 12. *Gal Brit. fin.*
*Recuperati, cibo refecti.* 11. 17
*Reddita urbs, dedita.* 9. 10. *ſub fin.* 34
*Regere ſe rectum.* 26
*Reverti in ſe.* 27
*Robuſte ſe deducere, fortiter gerere.* 19. *inuadere.* 33
*Roga, imperatori dandum aut datum.* 33 *donatiua dicit Robertus eadem hiſtoria, lib.* 2. *cap.* 6.
*Rumor, ſtrepitus.* 18. 20. *Auſonius Moſella.*

## S.

*Sacramentum iurare.* 24
*Sagittare.* 2. 9. 12
*Sagittarii praecedunt in pugna.* 39
*in Sanguine ire usque ad &c.* 38
*Sanguine tinctus amnis.* 18. 35
*Sat maſculos.* 38. *Vox mendoſa.*
*Scala.* 20. *ſaepius.*
*Scemare.* 16
*Scire aliquem, Germaniſmus.* 10
*Sacus prope.* 34
*Sciri, forcae frumentaneae.* 12. 33
*Semondre, Gallicum.* 20
*Seneſchallus, epiſcopi uexillifer.* 14
*Senior, princeps.* 1. 3. *dominus in colloquio familiari.* 4. 9 11. *vid. maiores.* 18. *Turcarum.* 17. *epiſcopi &c.* 19. *ſeniores noſtri.* 12
*Sepeliendi ratio apud Turcos.* 18
*S. ſepulcri uirtute, mire & abſurde.* 11. 32
*Seruientes.* 19. 20 29
*Seu, ſiue, pro &* 18. 20
*ad Signum mittere, in ſcopum figere.* 11
*Sitis magnae deſcriptio.* 11
*Solarium ſuperius.* 33. *conclaue, ſolium Gal. Tyrius, Albertus Aquenſis, alii.*
*Spiculando.* 9. 18. *cum lanceis.* 20 23
*Spolia, res pretioſae.* 22. 29
*Standartus.* 19
*Staret, eſſet.* 7
*Stimulus.* 21
*Stipendium, edulia.* 10
*Stola martyrii.* 8
*Stridere & garrire.* 9. 18. 20. *lib.* 154. *c.* 6.
*Subtiliter, caute, doloſe.* 1. 14. 17

*Suffer-*

*Sufferre, abſolute.* 29
*Superare caſtrum, capere.* 34

T.

*Tenda, tentorium.* 15. *Vnde Meurſii gloſſarium & cordae aduerſaria.*
*Tenere, robuſte.* 19
*Tenor.* 20. 21
*Tercenta.* 32
*Terra, locus, ſtatio.* 20
*Tota, una dies.* 9
*Tradere, prodere.* 15
*Triſtitia poenalis.* 22
*Tuba, uenatoris cornu.* 33
*Tumbae.* 18
*Turcae & Franci natura milites.* 9
*Turpitudo, pudor.* 15
*Turres ſuffoſſae & ſubfultae.* 8

V.

*Vbertas, copia.* 35
*Venditi a chriſtianis Turcae.* 33
*Venator cum tuba.* 33
*Ventribus ſatisfacere.* 21
*Verba, res.* 29
*Vetus, ſenex.* 10
*Virtus, copia.* 17. *bis. habere uirtutem.* 18. 29. 39
*Vitam & honorem iurare.* 6
*Vno corde, unaque mente.* 12. 18
*Vtilia, ſupellex.* 10. *corporibus.* 12

# NVM. II.

AD

# ROBERTI MONACHI HISTORIARVM PALAESTINARVM LIBROS IX.

## ANIMADVERSIONES ET GLOSSARIA.

*Summaria.*

*De Scriptoribus aeui ſequioris. Robertus monachus, inque eum notae. Inurbanus ſermo. Itinerarium Hieroſolymitanum. Vrbanus ſermo. Petronius illuſtratur. Vrbana frons. Villanus. Vrbicae facetiae. Monachiſmi ueterum caecae obedientiae exemplum. De auctoribus rerum Palaeſtinarum. Guibertus abbas notatur. Litteralia. Carmen. Scriptio. Oratio. Oramen. Scholaſticiſſimus Sidonius. Orare. Oramen. Aldhelmus explicatur. Cantamen. Cruciamen & alia talia. Notatius. Ruſticari. Pedeſtris ſermo. Equitare ſermonem. Academici. Academiarum quarundam uetuſtas. Laus*

Iaco-

*Iacobi Middendorpii. De Maccabaeorum libris. Barbariſmi in Roberto. De Sidonio. Diuinus. De antiquiſſimis litteris quaeſtio. Hieroſolymipetae. Romipetae. Compaginare. Compagia. Compagiari. Robertus monachus emendatur. &c.*

Nullo fuco nulliſque coloribus eruditio uel mediocris conſtare poteſt, ſine cognitione perpetua omnis æui ſcriptorum. Manca eſt, quae neſcit, quid reiiciendum, quid laudandum, etiam in ſequioribus temporibus, ueniat, lectio. Adde notitiam tot neceſſariarum hiſtoriarum, concionum, patrinarum tractationum &c. quas omnes aliunde diſcere non poſſis, iam a mille retro annis. Iuuamus nos ergo merito illius ſtudioſos, ſalebras componendo, eradicando obſtacula, iuuentuti ad eum graſſanti obiecta; nec moramur polyloquidoros, magnicrepos ſciolos. Robertum inter hos monachum placet in partes, capere qui primam Hieroſolymitanã expeditionem, Commentarium ruſticum anonymi auctoris, iam a nobis recenſitum, ſecutus, deſcripſit. Editionem pede preſſo ſequemur Bongarſianam; quam enim dedit Ioannes Piſtorius, nihili ideo cenſenda eſt, quod auctorem corrigit, ubi ex ſuo is aeuo loquitur, inducitque futiles melioris Latinitatis loquelas, quas talibus intruſas, merito horremus. Prologo ait Roberti eloquentia: *Vniuerſos, qui hanc hiſtoriam legerint ſiue legi audiuerint & auditam intellexerint, deprecor; Vt, cum in ea aliquid inurbani compoſitum inuenerint, concedant ueniam, quia hanc ſcribere compulſus fui per obedientiam.* Inurbanus ſermo eſt non ad Grammaticae regulas compoſitus, quem alii dicunt ruſticum, ſane etiam melioribus ſeculis non ignotum; ut uel unum itinerarium Hieroſoly- *Inurbanus ſermo.* *Itinerarium Hiero-*

*ſolymitanum.* ſolymitanum, a ſummo uiro Petro Pithaeo editum, docet. Cui libello ſi Conſtantini magni plena fides abeſſet, adſcriberemus forte aeuum Roberto noſtro non multum antiquius. Idem eſt iudicium de chorographo eiusdem cenſus, quem a Iacobo Gothofredo nuper publicatum habemus. Huic opponitur *ſermo urbanus*, qualem eruditiſſime in omnibus diſciplinis, ſi Guiberto abbati credimus, Pontifici eius nominis adſcribit idem hic Robertus noſter. lib. I. cap. I. *Haec & id genus plurima, ubi papa Vrbanus urbano ſermone perorauit, omnium affectus in unum conciliauit.* Cum ea vox alioquin dicacem acutumque hominem deſignet. Petronius: *Complosit illa tenerius manus &; ô, inquit, hominem acutum, & urbanitatis ueruulae fontem!* Ita nunc obtinet ſcribi in Petronio. Fuerunt, qui maluerunt, *uernulae frontem*, addicentibus priſcis nonnullis libris. Nec adeo inepte, ſic enim legitur *urbana frons* apud Horatium, Lib. I Ep. IX.

*Vrbanus ſermo.*

*Petronius illuſtratur.*

*urbana frons.*

*Sic ego maioris fugiens opprobria culpae,*
*Frontis ad urbanae deſcendi praemia.*

*Villanus.* Cui eidem *inurbanus* hominem prorſus inficetum denotat, ut *uillanus* in hodiernis idiotiſmis Hiſpanorum; Italorum; Gallorum;

*Nouit inurbanum lepido ſeponere dicto.*

*Vrbicae facetiae.* *Vrbica facetias*, lepidas, ſcitas, legimus apud Scholiaſten priſcum. Iuuenalis Sat. IX. *Salibus, id eſt, faceliis urbicis abundas. Id eſt urbanus.* Id eſt qui ſolebat in conuiuiis iocis omnes fatigare. Emacula-*facetiis abundas urbicis, ita es urbanus.* Id eſt qui ſolebas - Apud nos manu, excitatus explanator. *Salibus, facetiis, quae ſunt condimenta urbanitatis.* Caeterum in aliis Roberti libris non apparet iocula-hanc-quae & melius

lius abeſſe nobis uidetur. *Obedientiam*, ex inſtituto monachiſmi ſui, caecum parendi ſtudium intelligit; quod excuſet ueluti *fatum* aliquod, etiam *fatui* operis. Notae ueterum in talibus bonae mentes, quae quorſum tandem; ſuperſtitionibus omnia occupantibus, ſint adactae; nemo noſcit, neque attinet hic diſputari. Exemplum eſt in vita vetere Frodoberti, antiquitatum Trecenſeum monumentis iniuncta, ubi *circinum monachus afferre iuſſus, dimidium molarum lapidem, collo impoſitum, genua aegra trahens, apportat.* Sed & hunc ſimplicitate ſuperuenit, idque ſanioribus etiam temporibus; Mutius quidam, qui, ad praeceptum ſenioris, filium paruulum in praefluentem amnem manibus ſuis proiicere uolebat, adnotante Ioanne Caſſiano Lib. IV. Inſtitut. cap. XXVII. *Aſtutior* aliquis fraudem talibus latuiſſe exputet, certe uterque horum per iſta ad ſummum loci ſui regimen peruenit. Sed tempora fuerunt, aeuo certe Caſſiani, adhuc minime auari aut ambitioſi cleri. Sequitur in Roberto: *Quidam enim abbas; (nomine N.) literarum ſcientia & morum probitate praeditus, oſtendit mihi unam hiſtoriam, ſecundum hanc materiam. Sed ei admodum diſplicebat, partim quod initium ſuum, quod in claro montis concilio conſtitutum fuit, non habebat: partim quod ſeries tam pulcrae materiae inculta iacebat, & litteralium compoſitio dictionum incondite uacillabat.* Abbatis huius uocabulum, *Bernardus* nimirum, aſſeruit e priſcis membranis Jac. Bongarſius. Veteres libri duo uerba, uirgulis hic incluſa, non habent. Dubium tamen non eſt, intelligi eum auctorem, qui in collectione Bongarſiana primus comparet, cumque nos interpolatum habere ab aliquo ſapiente mo-

*Monachiſmi ueterum caecae obedientiae exemplum.*

monacho puto, cum tam plane abſurdi ſtili nunc non ſit, quam faciunt Robertus, Baldricus, Guibertus, qui tres eius narrationis filum preſſo pede ſequuntur. Eſt ſolum unum quinquennium, quod iſti explicant, reliqua ab aliis petenda ſunt, præcipue Alberto Aquenſe & Guilielmo Tyrio. Affuerunt autem duo priores concilio Claromontenſi, ut Robertus hac praefatione, & Baldricus lib.I. cap.IV. teſtantur qui lib.II. idem deſcribens ambigue loquitur, ut affuiſſe tamen hominem, miri alioquin oris, non putem. *Erat*, inquit. lib.II. cap.II. *ibi ſpectare; notabatur quanta modeſtia tolerabat*, & alia talia; quibus praeſentiam ſuam uenditare uidebatur. Cap. uero V. Nulla ſe opera, neque ſcripto neque auditu, clamat, potuiſſe comparari nomen Padienſis epiſcopi. Quod quo pacto ignorare potuiſſent, ſi, tantae praeſumtionis homo conuentui illi interfuiſſet? Ignorauit uero ea cauſſa, quoniam auctor ille primus facta & dicta ſummi antiſtitis plura recenſens, nomen tamen nunquam memorat, ut uel hinc colligas, quam ſtricte inde dependeat. Subdit deinde Guibertus, poſtea ſe nomen Ademari didiciſſe ex iis, qui adfuerant expeditioni, Lib.II. cap.XIV. quorum & narrationes miſcuit. Porro *litteralia* penes monachum noſtrum eloquentiam ſcholaſticam, quam tunc nocabant, iudicant. Vt in prologo Roberti noſtri: *Hic enim non fuit humanum, ſed diuinum opus. Et ideo literali compaginatione commendari debet, tam praeſentium quam futurorum notitiae.* Guibertus lib.II.cap III de Vrbano papa. *Oratorum ſuperexundare copias, ac ſermonum, quorumcunque facetias ſuperequitare luculentia literali putabatur.* Sequitur in Roberto: *Ego uero, quia*

*Abbas Guibertus.*

*Litteralia.*

*quia notarium alium non habui, niſi me, & dictaui & ſcripſi ſic, quod continuatim paruit & menti manus, & manui penna, & pennae pagina.* Et *fidem ſatis praeſtare poteſt leuitas carminis & minime falerata compoſitio dictionis.* Inepta toti rei eſt uox *carminis*, minimeque de interſperſis atque margini aſſutis uerſiculis loquitur Robertus; ſed de tota conceptione ſtili, & oratione operis uniuerſi: cui mox dictionis ſeu uerborum conſiderationem addit: Nihil uerius, quam ſcripſiſſe hominem-*leuitas oraminis*- Id enim uerbi indicat leuem compoſitionem, minime grauem, minime rhethoricam & ſcholaſticam. Quod poſtremum honoris tum erat uocabulum, ſicuti ſummi tituli nomine Sidonium *ſcholaſticiſſimum omnium praeſulum* uocat Guibertus abbas. *Orare* idem eſt quod *loqui, dicere, ſcribere;* Vnde *oramen* Roberto, ſicuti a *fando famen*, quod plurimi talium uſurpant. Paullinus Benedictus, Lib. I. uitae Martini: *Carmen.* *Scholaſticiſſimus Sidonius.* *Orare, Oramen.*

*Ergo licet fandi uiros ſublimia uincant*
*Geſta; nec orandi moduli ſe laudibus aequent,*
*Aggrediar.* - - -

Philoxenus Gloſſario. *Orat.* λέγει: Cicero initio orat. poſt reditum in ſenatu: *Quod tam diuinum atque incredibile genus orationis, quo quiſquam poſſit neſtra in nos uniuerſa promerita, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando.* Roberto aetate par Guibertus: *Proſtatu plane caſuum ſermo cooptari debet orantium.* Ipſam hanc uocem legere memini, ſed in tanto nugarum populo locus nunc non ſuccurrit. Praeter quod penes *Aldhelmum*, libro de uitiis, ſub finem-*pretium libri pendant oramine crebro.* Multa hoc genus certatim finxerunt priſci, ſemipriſci, Grammatici & proinde uulgo ignorabia. Prudentius multus in his, apud quem *cantamen*, *Aldhelmus explicatur.* *cantamen.*

*cruciamen* , *creamen* , *figmen* , *incitamen*, *irritamen*, *litamen*, *palpamen* , *purgamen*, *peciamen*, *ructamen*, *ſpeculamen* , *ſpurcamen*, *uegetamen*, *ululamen*, ex ſubnotatione Victoris Giſelini, qui alia omiſit tamen, ut *ſputamen* quod eſt in *Apotheoſi - humectam ſacro ſputamine terram* *Fragmen* in hymno exſequiali & alibi, item apud Apondum. *Iuuamen* Fulgentio de praedeſt. Vocamen Arnobio & Fulberto, *Roſamen* Marcello Empirico, aliis alia. De quibus praelibare aliquid debeat, qui Apuleianum indicem noſtris curis praeripere laborauit. *Notarius* ſimpliciter ſcribam, ſcriptorem, librarium, notat, ut ſaepius apud B. Hieronymum. *Ruſticari* mox inconcinne atque barbare, iuxta corruptam uulgi loquelam ſcribere, eſt: *Si cui Academicorum ſtudiis innutrito diſplicet haec noſtra editio, ob hoc forſan, quod pedeſtri ſermone incedentes plus iuſto in eo ruſticauerimus, notificare ei uolumus, quod apud nos probabilius eſt abſcondita ruſticando elucidare, quam aperta philoſophando obnubilare:* ſententia eſt Hieronymi, ut pene & ſermo, Epiſt. II. *Multo melius eſt e duobus imperfectis, ruſticitatem habere ſanctam, quam peccatricem eloquentiam.* Idem ad Damaſum: *Multo melius eſt uera ruſtice, quam falſa diſerte proferre.* Plura alibi. Et uide notata doctiſſimo Bignonio ad Marculfi monachi formulas. *Pedeſtris* ſermo, humilis. *Vt equitare ſermonem Vrbani papae*, ſublimem nempe, dixit Guibertus, uerbis modo propoſitis. *Academicos* intellige diſertos, ſcholaſticis ſublimiores, qui in amplioribus palaeſtris diu verſati eſſent eloquentiae & philoſophiae. Regnabant iam tum in academiis, licet raris, ſophiſtae, turgidis uerbis & tricantibus ſyllogiſmis

*Notarius.* *Ruſticari.* *Pedeſtris ſermo.* *Equitare ſermonem.* *Academici.*

bonis litteris premendis dediti, quos notat & hic monachus non malae mentis, neque abſurdus ſtudiorum. Academiarum ſane, quas nunc uocamus, meminiſſe Robertus potuit. *Pariſienſis*, quam annales Francorum notant ex Romana anno DCCXCI. a Carolo magno inſtitutam. *Cantabrigienſis*, quam anno DCXXX. a Sigiberto Angliae regi conſtitutam, adnotat ex ueteribus Polydorus Virgilius Lib. V. Hiſtor. Oxoniens. Aluredo, anno DCCCXIV, eadem notatore. *Coppenhagienſis*, ſiue *Hafnienſis*, in Dania, quam colligas ab Hunoldo rege anno DCCCXXV. erectam, ex Saxone Grammatico, quamquam is ſcriptor popularium ſuorum negotia plerumque aequo antiquiora facere ſatagat. *Bononienſis*; fundatae, ut Volateranus aliique ſupputant, a Theodoſio magno, propter annum CCCXLVIII. quam reſtaurauerit Carolus magnus: *Patauinae*, eidem iſti anno DCCXCI. conditae, *Romanae*, quam ex Athenarum reliquiis conflatam uolunt, annum circiter DCC. Quae tamen tradita, paucis exceptis, parum liquida ſunt, nosque animi gratia huc tranſtulimus, ex non inscitis duobus libellis Iacobi Middendorpii de academiis, proditis Coloniae Agrippinae anno MDLXVII. Quae apud Robertum ſequuntur, ducta ſunt ex peroratione libri poſterioris, qui nunc ordo eorum obtinet, Macabaeorum. Ruſticum bona fide eſt quod ſequitur. *Nos uero plebeio inceſſu ſic uolumus progredi ſermonem noſtrum, ut quis, cum audierit, ſperet idem, & ſi fortaſſis idem tentauerit eſſe, longe ſeparetur ab idem:* Dicendum enim erat ad Grammaticum imperium-ab *eodem*-Pari barbarismo aut ſoloeciſmo, initio Lib. II. *Interea dum haec aguntur, de ro-*

*Academiarum quarundam uetuſtas.*

*Laus Iacobi Middendorpii.*

*De Macabeorum libris.*

*Barbariſmi in Roberto.*

*remotis occidentalium partibus*, *excitauit dominus comites duos*, *quibus unum nomen*, *una conſanguinitas*, *iidem & armis & animis*, *etiam gloria conſulatus compares.* Sic enim diſerte ibi ueteres membranae, nec audimus mutantes. In propoſitis autem uerbis ſcribendum: - *Et ſi fortaſſis idem ſperauerit ex ſe: Gloriatio* eſt de faſtu monachico, qualis faſtuoſi illius Guiberti, initio. lib. 5. *Qui, ut aliquid ſupra omnes ſuos eſſet*, *etiam obſcuritatem ſe affectaſſe iactat.* *Admirator homo* ingens & inconſultus Sidonii, qui magnitudine ingenii ſeculi ſui uitia adeo auxit, ut nullius deinceps labor indidem ſe extricare potuerit. Praefationi prologum ſubiicit Robertus, ne quid ſcilicet pompae ſcenicae deeſſet. In eo legitur: *Inter omnes hiſtoriographos noui & ueteris teſtamenti Moſes ſanctus obtinet principatum*, *qui diuino ſpiritu prophetiae Hebraicis litteris*, *quarum ipſe auctor exiſtit*, *mundi deſcripſit exordium.* Non ſollicitemus ex nobis hanc ſcripturam. Melior tamen prorſus, quae in membranis Bongarſianis - *diuinus ſpiritu prophetiae*. Id eſt praeteritorum futurorumque iuxta gnarus. *Afflati* enim caelitus, quaeque norunt ex ſe non habentes, *diuini* nuncupantur. Petronius de anu, quam ſcire putabat domicilium ſuum peregrinus: *Diuinam ego putabam.* Iuuenalis in finem Sat. VI. *Exta & candiduli diuina tomacula porci.* Id eſt *fatidica*, *unde futura coniicebantur.* Scriptor Queroli: *Ea quae a patrono didicerat*, *Queroli ſecreta & familiaria*, *quaſi diuinus loquitur.* Philargyrius, ſiue, Latino nomine, Pilargurus, ſpreto illo odioſo uocabulo, in librum III. Georgic. *Mali homines aut ad medicos confugiunt.* Et ſic aeuo etiam ſequiore.

*de Sidonio.*

*Diuinus.*

Ful-

Fulbertus in pœnitentiis laicorum, *ſi quis diuinos conſulit, tres annos praeniteat.* *Moſen* autem Hebraicos litteras inueniſſe, cum Iſidoro ſuo credidit Orig. lib. I. cap. III. Sed quibus de ſcripſerunt, de quibus ſcripſit Ioſephus lib. I. cap. III. Qui ſcientiarum ſundamenta diu ante legislatorem, duabus columnis, altera ab igne, altera ab aqua, tutis inſcripſerunt? Sed haec alterius loci reique ſunt. Vide Bernardi a Mallinkroth nuperum tractatum de litteris, cap. II. Subiicit Robertus: *Sed quid poſt creationem mundi mirabilius factum eſt, praeter ſalutiferae crucis myſterium, quam quod modernis temporibus actum eſt in hoc itinere noſtrorum Hierosolymipetarum.* Noti *Romipetae*, ad quorum appellationem hanc ſuam uocem compoſuit Robertus. Vide ad Gulielmi Britonis Philippeidem argumento libri octaui. Ducunt eodem membranae. *Compaginationem* litterarum, uerbis modo productis, conſcriptionem libri uocat, affectatione fatua, quales eruditionem faciebant eo tempore. *Compaginari* eſt arctiſſime compingi. Rudolphus ardentius, Sermon. LV. In Euangelia: *Oſtendunt ſe eccleſiae membris non compaginari unione caritatis.* Anaſtaſius bibliothecarius, translatione Ioannis Damaſceni de Balaam & Ioſaphat. *Vetera nequitiae opera abiicientes, compaginemur Deo, & initium purioris conuentionis facimus.* Continuator Mathaei Pariſii in Henrico. III. *Doleo, nouit dominus, quod per omnia nequit caritas noſtra compaginari.* A coniunctis paginis dici patet. Suberit tamen doctior conſideratio, ſi ſciamus, *compagia* dici capita oſſium inter ſe compacta, de quo Iſidorus lib. XI. cap. I. *Capita, compagia*

*De antiquisſimis litteris quaeſtio.*

*Hieroſolymipetae. Romipetae.*

*Compaginare.*

*Compagia.*

*gia ſunt oſſium, dicta, eo quod ſibi compacta neruis, glutino uelut quodam, cohaereant.* Vnde ſuſpicor, multis ſcriptorum locis, ubi nunc *compaginari* legitur, *compagiari* olim fuiſſe ſcriptum. Ponam ultima uerba prologi illius Robertiani, bis emaculanda: *Nam quis regum aut principum poſſit ſubigere tot ciuitates, natura, arte, ſeu ingenio humano praemunitas, niſi Francorum beata gens, cuius eſt dominus Deus eius, populus quam elegit ſibi in haereditatem? Ingerat ergo nobis Dei ſapientia, quod ad laudem nominis ſui proferamus. Et ſciant, qui haec legerint ſiue audierint, quod nihil friuoli, nihil mendacii, nihil nugarum, niſi quod uerum eſt, narrabimus.* Ex membranis ſcribe: - *ciuitates natura, arte ſeu humano ingenio* Deinde - *nugarum nil niſi quod.* Haec nobis moram fecerunt, prologum & epiſtolam Roberti legentibus; qualem ne aliis pariter faciant, cauendum hac capite ſumus arbitrati.

*Compagiari. Robertus monachus emendatur.*

*Summaria.*

*Platea, area, planities. Roberti monachi hiſtoriae palaeſtinae liber primus recenſetur. Manzena gens, Manzer. Cor ſuum diligere. Viſcerum extractio, immane ſupplicium. Clauſura. Hieruſalem umbilicus terrae. Terra redimita, non redemta. Ancillari, in ſeruitutem redigi. Manu imponere ſilentium. Praeconari, Clangor tubae, pro omni ſubito tumultu. Multitudus. Summa abſtinentia. Miles & monachus opponuntur. Animus. Zelus monachicus. Plumbo templa contecta, tam in oriente quam in occidente. Daniae templa pariter contecta. Emendatur non ſemel etiam ex MS. codice Robertus.*

*Platea.*

PLatea ſcriptoribus ſequiorum aetatum aream notat. Robertus monachus, hiſtor. palaeſtin. lib. I. cap. I. Ordinatis in concilio rebus eccleſiaſticis, exiuit dominus papa in qua-

quadam ſpatioſae latitudinis platea, quia non potuit illos capere cuiuslibet aedificii clauſura. Auctor primus eorundem bellorum. Exibant quidam alii de ciuitate, & deſcendebant in quandam portam, & ſagittabant nos ita, ut ſagittae eorum caderent in domini Boamundi plateam, & una mulier occubuit ictu ſagittae. Hoc eſt in aream, in qua erant extenta Boamundi tentoria. Deſignatur eadem uoce aliquando uia publica. Dietmarus, chronici Mersburg. lib. I. cap. I. Non longe a praedicto amne in pago Chutizi dicto Arnus, epiſcopus ſanctae Wirceburgenſis eccleſiae nonus, cum ab expeditione Boiemorum reuerſus, iuxta plateam in parte ſeptentrionali, fixo ſuper unum collam tentorio, miſſam caneret, &c. In Roberti autem uerbis ſcribendum ex membranis ueteribus, - Exciuit eos dominus papa in quandam ſpatioſae latitudinis plateam. In oratione mox Vrbani pontificis. Gens maledicta, extranea gens, prorſus a Deo aliena. Generatio ſcilicet, quae non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. In membranis ſcriptum eſt uerius - gens maledicta, manzera gens, quae non dilexit cor ſuum. Utrumque genuinum eſt. *Manzera gens* ſpuria, ut in Deuteronomio, cap. XXIII. Non ingredietur manſer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam domini, usque in decimam generationem. Sedulius lib. V. de mirab. diuinis - - - *acetum*

*Area. planities.*

*Manzera gens.*

*Manzeribus populis, in deteriora uolutis,*
*Conueniens liquor ille fuit.* - - -

Papias. *Manzer*, filius ſcorti. Manzerinus, adulterinus. Petrus Moſenſis ſermone. LXII. Illi ſedent in terra aliena, qui proprio commodo ſuo laborant, ſeruientes uoluptati, uel uacan- *Manzer.*

ces ualetudini. Qui agros agris, domus domibus continuant, opes opibus cumulant, non ſibi ſed nepotibus, quos educarerunt uel, quod deterius eſt, manzeribus ſuis, quos de concubinis ſuſceperunt. In membranis Sedulii & Roberti noſtri, mamzeribus, repetita littera *m*, diſerte ſcribitur. *Cor ſuum diligere* dicit eos, qui recte ſapientia ſua utuntur, & ſecundum normam, diuinitus praeſcriptam, uota ſua regunt. De qua locutione pluribus libris inſequentibus. Immane ſupplicium eſt, quod mox deſcribit Robertus ſermone pontificis Extractio nimirum uiſcerum ab capite umbilici, & ſic flagellatio: Quos eis, inquit, placet, turpi occubitu mulctare: umbilicum iis perforant, caput uitaliorum abſtrahunt, ad ſtipitem ligant, & ſic flagellando circumducunt, quoad usque extractis uiſceribus ſolo proſtrati corruunt. Sequitur: Regnum Graecorum tam ab eis emutilatum eſt, & ſuis uſibus emancipatum, quod transmeari non poteſt itinere duorum menſium. Tantum his uerbis ait detractum imperio Graecanico, quantum duorum menſium ſpatio tranſiri non poſſit. Facilis eſt impediti ſermonis correctio: Regni Graecorum tantum ab iis - Sic fuerit clara res. Attamen & ex ſcripto codice apparet, Robertum ſcripſiſſe, ſicut eſt editum. Mendum eſt in iſtis: Quibus igitur ad hoc ulciſcendum, ad hoc eripiendum, labor incumbit, niſi uobis, quibus prae ceteris gentibus contulit dominus inſigne decus armorum, magnitudinem animorum, agilitatem corporum, uirtutem humiliandi, uerticem capilli uobis reſiſtentium? In manuſcripto libro eſt - uerticem populi uobis reſiſtentium? Malim aliud quid ſcitius legere. *Clauſura* notat *ambitum:*

*Cor ſuum diligere.*

*Viſcerum extractio immane ſupplicium.*

*Clauſura.*

*bitum:* non uos protrahat ulla poſſeſſio, ulla rei familiaris ſollicitudo, quoniam terra haec, quam inhabitatis, clauſura maris undique & iugis montium circumdata, ueſtra numeroſitate coanguſtatur. Supra: Non poterat illos capere cuiuslibet aedificii clauſura. Idem lib. VI. Caſtrum, cui nomen erat Archas, quod, licet haberet nomen caſtri, tamen egregiis urbibus poterat aequiparari, & loci poſitione & clauſura murorum, & eminentia turrium. Ibidem: Hieruſalem umbilicus eſt terrarum, terra caeteris fructifera. Rem pro ſeria ſcribit B. Hieronymus, lib. II. in Ezechielem. Hieruſalem in medio mundi ſitam, hic idem propheta teſtatur, umbilicum terrae eam eſſe demonſtrans. Et Pſalmiſta. Natiuitatem exprimens domini, ueritas, inquit, de terra orta eſt. Ac deinceps paſſionem, Operatus, inquit, ſalutem in medio terrae. A partibus enim orientis cingitur plaga, quae appellatur Aſia. A partibus occidentis ea, quae appellatur Europa. A meridie & Auſtro Libya & Africa. A ſeptemtrione Scythis, Armenia atque Perſide, & cunctis Ponti nationibus. In medio igitur gentium poſita eſt. Sequitur in Roberto de eadem terrae paleſtina: Hanc redemtor humani generis ſuo illuſtrauit aduentu, decorauit conuerſatione, ſacrauit paſſione, morte redemit, ſepultura inſigniuit. Apage, procul apage ſceleratam uocis impietatem. Terram: ne ſua morte redemit filius Dei? Quid poſſit blaterari abſurdius? Et facilis tamen ſit connexio, ſi ſcribatur - morte redimiuit - Id eſt coronauit, conſecrauit, ornauit, commentauit: Infinita hoc genus encomia horſum attrahi poſſint, ſi panegyricum aliquem terrae ſanctae componeremus.

*Hieruſalem umbilicus terrae.*

*Terra redimita non redemta.*

*Ancillari in ſeruitu-tem redigi.* mus. *Ancillari* in ſeruitutem redigi, ibidem: Haec igitur ciuitas regalis, in orbis medio poſita, nunc a ſuis hoſtibus captiua tenetur, & ab ignorantibus Deum ritu gentium ancillatur. Idem Robertus, libro nono cap. 6. Gratias igitur Deo ſaluatori & liberatori ſuorum, qui toties eam deſtrui & ancillari permiſit, totiesque deſtructam & ancillatam mirabili potentia liberauit. Continuator Bedae, lib. II. cap. XIII. unus erat codex totius artis conſcius, quem nullo modo elicere poterat: ardebat contra Gerbertus, librum quoquo modo ancillari. Cum *manu ſilentium impo-nere.* mox-manu ſilentium indixiſſe-ait pontificem, locum ex actibus apoſtolorum non unum innuit, quos copioſius alibi illuſtramus. Deinde deſunt duo uerba, ex membranis ueteribus reproducenda: Et non praecipimus aut ſuademus, ut ſenes & imbecilles, aut armorum uſui minime idonei, hoc iter arripiant: nec mulieres ſine coniugibus ſuis aut fratribus, aut legitimis teſtimoniis ullatenus proficiſcantur. Inepta res eſt ſolis mulieribus teſtimonia applicari, cum utique magis eis opus habuerint uiri, de tam uariis gentibus & uitae generibus collecti. Egregie itaque ſententiae conſulunt membranae noſtrae, ſcribendo-aut aliqui ſine legitimis teſtimoniis proficiſcantur. Poſtinde: Et ut cunctis clareſceret fidelibus, quod haec uia a Deo, non ab homine ſit conſtituta; ſicut a multis poſtea comperimus ipſo die, quo haec facta & dicta ſunt: fama praeconans tantae conſtitutionis totum commouit orbem. Ita ut etiam in maritimis oceani inſulis diuulgatum eſſet, Hieroſolymitanum iter ſic in concilio ſtabilitum fuiſſe. In aliis libris legitur-fama praeco & nuntius tantae con-

conſtitutionis - Id quod palam ſpernimus: eſt enim oriundum e gloſſemate ſupra uocem- praeconans, quam noſter codex fideliter repraeſentat. *Praeconari.* Scribendum uero mox ex eodem; - fama praeconans ſanctae conſtitutionis - Quam lectionem mox auctor ipſe agnoſcit, cum ait: Hinc diuulgatum eſt ubique terrarum illud concilium uenerabile, & ad aures regum & principum peruenit concilii conſtitutum honorabile. Praeconandi uerbo ſaepius utitur auctor primus hiſtoriae palaeſtinae, a Iacobo Bangarſio editus. Robertus noſter, lib. IX. cap. VII. Rex ut audiuit, patriarcham conuocari praecepit, & ab eo conſilium accepit, ut per totam ciuitatem praeconaretur, quo in craſtinum omnes ſummo mane ad eccleſiam conuenirent. cap. XII. Cum uero ante portas urbis uenirent, ab his qui remanſerant, cum diuinis laudibus, non iam a terrenis montibus, ſed a coeleſtibus, praeconantur. Quilibet *ſubitus tumultus*, animos mortalium repente conſternans, *tubae clangori* comparatur. Sic hoc loco Robertus: Gloria prouenit inde chriſtianis, gentilibus autem Perſis & Arabiae cultoribus moeror & trepidatio. His coeleſtis tuba adeo percrepuit, quod ubique gens omnis infeſta nomini chriſtiano intremuit. Non ſemel ſic ſacrae litterae. Petronius in horroribus bellum ciuile Caeſarianum praecedentibus; *Clangor tubae pro omni ſubito tumultu.*

*Armorum ſtrepitu coelum ferit, & tuba Martem*
*Sideribus tremefacta ciet - -*

Sic incendiis Veſuuii montis creſcentibus, tubae ſonum interauditum prodit Dio Caſtius. Ouidius. Metamorph. XV.

*Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes*
*Terribileſque tubas, auditaque cornua caelo.*

Papi-

Papinius Thebaide, n. v. CCLXI.

- *Eque adytis ſimul exaudita remotis,*
*Nondum auſas firmare gradum tuba terruit ingens,*

Claudianus. Lib.II. in Eutropium. - *quid dudum inſlare moraris*
*Tartaream, Bellona, tubam? Quid ſtringere falcem*
*Qua populos a ſtirpe metis?* - -

Sequentibus legimus apud Robertum noſtrum: Vniuerſi uero elegerunt Podienſem epiſcopum, aſſerentem, eum rebus diuinis & humanis ualde eſſe idoneum & utraque ſcientia peritiſſimum, ſuisque in actionibus multiuidum. Ita libri Bongarſiani, ita & ſcriptor noſter. At Ioannes Piſtorius edidit - in actionibus munitiſſimum - quod vero illi alteri peſſime ſubſtituerunt scioli.

*Multiuidus.* *Multiuidus*, prudentem, oculatum animi hominem deſignat. Lib.III.c.IV. Tunc Boamundus, ut uir multiuidus, & Normannus comes, ut miles animoſus, ut uiderunt, animos quorundam titubare, praecipiunt milites omnes deſcendere. Nec ibi optimam pro auctore uocem intactam potuerunt relinquere, quin multifida eam commutarent. Sequitur, cap.IV. Erat in illis diebus quidam, qui eremita exſtiterat, nomine Petrus; qui apud eos, qui terrena ſapiunt, magni aeſtimabatur, & ſuper ipſos praeſules & abbates apice religionis efferebatur: eo quod nec carne ueſceretur, ſed tamen uino aliiſque cibis omni-

*Summa abſtinentia.* bus fruebatur, & *ſummam abſtinentiam* in delitiis quaerebat. Non dicunt haec ultima uerba id, quod uoluit Robertus. Bene ergo membranae priſcae, quibus ducibus hic etiam ſuam recipiet lectionem - ſummam abſtinentiam - quod ſane pul-

pulere dictum. Eſt uero Robertus noſter iniquior iſti Petro, quem alii ſcriptores multis modis extollunt. De Gothofredo Bullionio, qui poſt rex fuit Hieroſolymitanus: Gothefridus dux erat Teutonicus; uultu elegans, ſtatura procerus, dulcis eloquio, moribus egregius, & in tantum lenis, ut magis in ſe monachum quam militem figuraret. Opponitur hic militi monachus, propter ſimplicem quandam probitatem, quae clauſtralium hominum ſemper eſſe debebat, eratque olim, profeſſio. Sulpitius ſeuerus in uita Martini: Frugalitatem in eo laudare non erat neceſſe, qua ita uſus eſt, ut iam illo tempore non miles ſed monachus putaretur. Sic monachi animo regius contraponitur, apud Guilielmum Neubrigenſem, lib. I. cap. XXXI. de Ludeuico & Alienora, regibus Francorum: Cum rex ab oriente una cum coniuge, non ſine infecti negotii dedecore, ad propria fuiſſet reuerſus, amore priſtino inter eos paullatim refrigeſcente, cauſſæ quoque diſſidii ſuccreſcere coeperunt, illa maxime moribus regiis offenſa & cauſſante, ſe monacho, non regi nupſiſſe. *Animus* notat uirtutem, audaciam. Ibidem. Hic tamen cum hoſtem ſentiebat adeſſe, & imminere praelium, tunc auduci mente concipiebat animum & quaſi leo frendens, ad nullius pauebat occurſum. Victorinus.

*Miles & monachus opponuntur.*

*Animus.*

*- Languentem pone timorem, ſume animos.*

Claudianus in Conſ. Honorii - - *nouitas audere priori.*

*Suadebat, animumque dabant exempla ſequenti.*

Ingens faſtus apparet in hoc genere ſcriptorum, cum incidit mentio uel parum ab iis in rebus religionis diſſentientium. Sic omnes ſubditos

Grae-

Graeco imperio chriſtianitate circumſcribit Robertus iſte, cum ait eodem quarto capite. Petrus cum ſuis Conſtantinopolim venit, quibus imperator licentiam introeundi ciuitatem numquam praebuit. Quia uirtutem Chriſtianae militiae, & maxime Francorum, ſuſpectam ſemper habuit. Ergo monachus iſte imperatorum Graecum pro chriſtiano non habebat, neque erat ſub eo chriſtiana ulla militia? Porro: Idem tamen mercatum iis habere concedebat, quod & in ciuitate erat. Sunt pene ipſa verba primi auctoris, qui ſic loquitur: Petro & ſuis imperator dari iuſſerat mercatum, ſicut erat in ciuitate. Eodem nempe pretio. Dubito an Robertus ſatis eum intellexerit, quem κατὰ πόδα exſcribebat. Vel ſcripſit-quod uenum ciuitati erat. *Plumbeis tegulis* contegi olim ſolita templa nouimus ex hiſtoricis, & antiquiſſimorum fanorum ipſo conſpectu. De Graecanicis noſter Robertus hoc loco: eccleſias & urbis palatia deſtruebant, & quae in eis erant auferentes, plumbum, quo tegebantur, abſtrahebant & Graecis vendebant. Auctor primus. Chriſtiani nequiter deducebant ſe, quia palatia urbis ſternebant & ardebant, & auferebant plumbum, quo eccleſiae erant coopertae, & uendebant Graecis. Baldericus lib. I. cap. IX. indiſciplinate uiuentes-in res alienas rapaciter inuolabant, & plumbum, de quo eccleſiae coopertae fuerant, abſportabant & uendebant, nec non & palatia deſtruebant, & in omnibus ſe nequiter agebant. Ita de orientalium fanulis: Occidentalium teſtes ſunt ipſi oculi. Daniam quondam ipſa ruſticorum fana ſic cooperta habuiſſe, ſcribit in regni eius deſcriptione Joannes Coldingenſis. Cap. V. De dira ſiti, qua mul-

*Zelus monachicus.*

*Plumbo templa contecta tum in oriente quam in occidente.*

*Daniae templa pariter contecta.*

multi interierunt. Quidam urinam ſuam in uaſe, aut in manibus ſuis mingebant &, quod dictu mirabile, abſorbebant. Scribe-miſerabile-cum codice manuſcripto. Auctor primus: alii mingebant in pugillo alterius & bibebant. Cur autem alterius ? Scribe; alternis, retinentes nimirum altera manu penem, ne uel illius humoris ſcilicet aliquid periret. Baldericus, lib. I, cap. IX. Dictum eſt, quod nimis turpe eſt, quodquidam in manibus ſuis micturiebant, & bibebant. De Rigenaldo, qui ſe Turcis tradidit, exclamat Robertus noſter: Heu, heu, meticuloſus miles non ab Auſtro ſed ab Aquilone progreſſus; quam eneruiter & effaeminate pro caeleſti rege & regno dimicauit. Qui nec dum uel leui ſtipula tactus martyrium ſubire perhorruit; et fidei chriſtianae profeſſionem, ſanus, eques & armatus, abdicauit. Scribendum ex VC. uel leui ſcintilla tactus - Non exſpectaſſe, ait, uel ſcintillam doloris hominem, nedum ut ſuſtinuerit flammam martyrii.

*Emendatus non ſemel etiam ex MS. codice Robertus.*

Et haec ad primum librum huius narratoris, cuius capitum initia, quae fecerimus, aſſignanda ſunt, ut commodius his notis lectores uti poſſint. Cap. I. Anno. In editione Bengarſiana pag. xxxi. Cap. II. Haec & genus - pag. xxxii. - Cap. III. His ita, pag. xxxii. Cap. IV. Erat in illis. pag. xxxii. Cap. V. Tribus igitur pag. xxxiii. Cap. VI. Quosdam ad pag. xxxiv. - Cap. VII. Tunc primum pag. xxxiv. Et ſic ſequentibus capitibus diſtinctiones noſtras ad reliquos libros enotabimus.

*Summaria.*

*Conſulatus. Conſul. Conſules. Prouincia, Regna. Conſul Flandriae. Conſulares uiri. Comit, Conſules claſſis.*

*ſis. Deliberare. Deliberatio. Nutritii, Nutritores & alumni. Nutrimenta facere. Pontus Scafurdus. Iocari, Ioci, Torneamenta. Damnari uoto. Retrogradus. Prior. Roberti mon. liber primus de bellis Palaeſtinis, cum luce plurium aliorum ſcriptorum illuſtratur, aſſeritur, emendatur.*

*Conſulatus, conſul.* CONSULATUS dignitatem, principatum, ducatum, deſignat. Conſul, comitem, ducem, principem, ſcriptoribus non optimorum temporum: A conſilio nempe ſimul & auctoritate; & quia legerant in Romanis rebus, praecipuos duces belli & reipublicae pacificae praeſides hoc titulo cenſeri. Robertus monachus, lib. II. hiſtor. Palaeſtinae. A parte Aquilonis excitauit dominus comites duos, quibus unum nomen, una conſanguinitas, aequa poteſtas, iidem (ſic legendum) & armis & animis, etiam gloria conſulatus compares. Normannus ſcilicet & Flandrenſis comes. Idem Cap. VII. eiusdem libri: Boamundus, ut conſpicatus eſt, tot duces, tot optimates obuiam ſibi occurrere: In caelum manus erigens &, ortis prae gaudio lacrymis, fleuit uberrime. Hoc eſt, proceres potentes, dignitate, conſilio, gloria, nobiles. Eidem ſunt proximi regibus uel magnates, conſiliarii, comites. Idem, lib. IV. cap. XII. Vt nos diſtinximus eum ſcriptorem. Quas admiraldos uocant, reges ſunt, qui prouinciis regionum praeſunt. *Prouincia* quidem eſt, quae unum habet metropolitanum, duodecim conſules, & unum regem. In quo loco ſcribendum: qui prouinciis regnorum - *regna* enim non regiones loquitur. Eſt enim regnum, quod uni regi ſubiectum eſt. Sulpitius Seuerus, lib. I. ſacrae hiſtoriae: Id modo adnotandum curauimus, XX. & IX. regna im-

*Prouincia.*

*Regna.*

imperio Hebraeorum ſubiecta. Hoc eſt tales prouincias, quibus ſingulis reges, dignitate ſalua, praeeſſe poterant & ante praefuerant. Ita porro *conſulem Flandriae* comitem Robertum appellat idem monachus Robertus, lib. VIII. cap. IX. Ita *conſules populi* praeſidum & rectorum omne genus. Baldricus archiepiſcopus lib. III. cap. XXVII. Dum unusquisque, quod ſuum eſt, quaerit ac omnuni prouidentia tepeſcit, priuatae principum ſimultates populos peſſundant, populi ad communem pernitiem deſolantur, ubi conſules ſeipſos non conſolantur. Vbi ſcribendum exiſtimo-ſibi ipſis non conſciliantur, - *Conſulares* uiri non quidem principes aut comites; ſed pari fere potentia & exiſtimatione. Idem lib. II. cap. VIII. Ad hoc directi ſunt conſulares uiri, diſciplinae militaris non ignari, uicecomes de Caſtellone, Guilielmus de monte Piſlerio &c. cum militibus multis. Idem conſules iungit palatinis, & regiis tyrannis. lib. I. cap. VIII. Nec tantummodo populares citramontanos homines is rumor exciuit, ſed palatinos conſules, & regios tyrannos cieuit. Vbi uno protelo iungendi ſunt - *palatini conſules* - Hoc enim ad oſtentandam doctrinam pro *comitibus palatinis* dixit. Vox cieuit non eſt mutanda, ea enim eruditionem prae ſe fert, neque noſtrum eſt homini inuidere ſuam gloriam. *Conſules claſſis* ei ſunt praefecti, duces. Pulchericus Carnotenſis, cap. XLV. Peracta ſolennitate paſchali, rex fecit conuentionem cum conſulibus claſſis gentis Ianuenſis. Deliberatio, liberatio, eſt reſtitutio in priſtinam libertatem. Idem Robertus noſter, lib. II. cap. I. Vir iſte, (Reimandus comes Tholoſanus) cum praediues eſſet, omnia ſua uendidit, &

*Conſul Flandriae.* *Conſules.* *Conſulares.* *Conſules claſſis.* *Deliberatio*

& uiam deliberationis S. ſepulcri arripuit. Auctor hiſtoriae primae Palaeſtinae, cap. XXVI. Iſtas & multas anguſtias paſſi ſumus pro Chriſti nomine, & deliberatione ſancti ſepulcri. Robertus noſter, lib. V. cap. VI. Noſtra omnium una ſit intentio, S. ſepulcri deliberatio. Cui alioquin deliberare ualet, ſecundum Gallicismum hodiernum, tradere lib. V. cap. III. Quod illo temporis interuallo apud ſe tractarent, qua lege, qua conditione, ſe & ciuitatem chriſtianis deliberarent. lib. VI. cap. V. Si praeuales Francos ab urbe eliminare, mihique eorum ceruices caeſas deliberare, tibi tradam caſtellum. Gauterius cancellarius, cap. X. bell. Antioch. Burſo diuini terraris iaculo ſauciatus ſeipſum, cum quibus potuit, fuga deliberat. Subdit Robertus noſter: Nunc filii Dei & filiae Hieruſalem tendunt ab extremis terrae. Auſter & Aquilo nutritos ſuos non audent prohibere. Emacula - Nutritios ſuos - Eſaias propheta, cap. XLIX. Et erunt reges nutritii tui, & reginae nutrices tuae. Vbi tamen nutritores non alumnos denotant, ut aliis fere omnibus ſcripturae Latinae locis. Nutrire talibus auctoribus eſt proferre. Henricus Altisſiod. lib. I. v. cxcr.

*Deliberare.*

*Nutritii nutritores & alumni.*

*Et te grandiloquos uellem nutriſſe poetas,*
*Qui tibi multiflua poſſent garrire Camoena.*

Ita nutrimenta facere in capitulis Caroli eſt animalium educandorum, ſiue ſufficiendi pecoris curam habere, ut recte expoſitum doctiſſimo Firmando. Porro: Hi ad bellum unanimiter incedunt, non ut fugiant, ſed ut aut moriantur, aut uincant. Vincere uero diuini eſt praeconii ſubſidium. Scribe-uincere uero diuini eſſe praeconium ſubſidii. cap. II. Rumor tanti exercitus

*Nutrimenta facere.*

ad aures cuiusdam illius terrae principis peruenit, nomine Boamundi, qui tum erat in obſidione Malphi, ſuper littus Scafardi pelagi conſtituti. Primus auctor harum hiſtoriarum pontem Scafard uocat. Bellipotens Boamundus, qui erat in obſidione Malphi, Scaphardi pontis, audiens ueniſſe innumerabilem exercitum. Quem ex Roberto noſtro corrigendum arbitramus - *Scafardi Ponti.* - Certe dubio procul ſic in eo legit Robertus noſter. Sequens inconcinnior repetitio uoculae quia-eſt ex ſtilo Roberti; nec puto bene in ſua editione aliquid mutaſſe Ioannem Piſtorium. Iocari dicebantur, qui ludicra quaecunque, etiam armorum, exercerent, & iocando uelut alter in alterum haſtas uibrarent: ibidem: Cum uero per campos diſcurrendo, bellico ſe uſui exercerent, & iocando alter in alterum haſtas uibrarent, omnes una clamabant, dicentes: DEVS VVLT, DEVS VVLT. Inde enatum hodiernum Gallicum-iouer - Et ioci ſunt *Torneamenta*, exercitia equeſtria armorum. Paulus Langebardus, lib. V. c. XXXIX. Hiſtor. Ad urbem, uaſtiſſimam ſiluam, profectus eſt, ibique ſe iocis & uenationibus exercere coepit. Hoc eſt haſtiludiis. Otho Friſingenſis lib. I. de geſtis Friderici, cap. XXV. Norici, & maxime comites & nobiles, uelut tirocinium celebraturi, in praedicti comitis caſtra ſe recipiunt. Strenuiſſimus adoleſcens ſuperueniens, Noricos, ante murum ſtantes ipſumque armatos expectantes, non ut iocando, ſed ut rem ſeriam agendo, uiriliter aggreſſus. Male autem Robertus uoculam Gallicam LE, omiſit; niſi ſi hac putes eſſe librariorum inſipientium facinus. Clamor enim, unum omnium conſenſum in rem praeſentem manifeſtans, fuit: DIEV LE VEVLT-

*Pontus Scafardus.*

*Iocari, ioci.*

*Ioci Torneamenta.*

Deus id vult. Quod princeps auctor harum hiſtoriarum, p.III. ſemi latinius proponit. DEVS LE VOLT. Nimirum ut homo Italus, autItalo-Francus, ut alibi obſeruatum eſt. In margine Roberti, de more ſcriptoris, uerſus eſt Hexameter Rythmicus. Sed tali uoto clammatur pectore toto. De Boamundo modo ibidem ſcriptum fuit - Militiae pondus non reſpuit hoc Boamundus. Vnde clarum, cum geminetur media littera, Robertum ſcripſiſſe - uoto damnatur - eleganti latinoque uſu uerbi, quem nemo neſcit. Sequitur eodem ſecundo capite: Qui ſtatim eadem deuotione ſuccenſus, duo pretioſa pallia iuſſit afferri, & ex iis, corrigiatim inciſis, praecepit cruces fieri. Ex uno pallio duo concinnauit Robertus: Sic enim primus auctor, quem tota narratione exprimit Robertus, quique rei a Boamundo geſtae ipſe affuit: mox ſancto commotus ſpiritu, iuſſit pretioſiſſimum pallium, quod apud ſe habebat, incidi, totumque ſtatim in cruces expendit.

*Damnari.*

*Retrogradus.* Retrograda animi inopia in uerbis eſt ignauia, terga periculis uertens: in omnibus uenturis temporibus debet adſcribi, tam nobis quam liberis noſtris, retrograda animi inopia, ſi nobis abſentibus agitur haec diuina militia.

*Retrograde* Retrograde eſt a tergo, apud Gunterium cancellarium, cap. XXVI. Rex inde mane profectus, ſe ipſum praeceſſurum, ut primum hoſtes inueniat, diſponens curauit: comitemque cumprouincialibus, retrograde cuſtoditurum, ſubſequi imperauit. Id eſt partes poſtremas. Et ita Guibertus abbas, lib. IV. cap. IV. Diſpertiuntur itaque ſe per duarum acierum turmas, alteram a noſtrorum frontibus praemittentes, altera retrograda, omnem eorum exercitum ambire molientes. Eidem retrogradi

*Retrogradus.*

di ſunt, qui ab exercitu deſciuerant & fugerant. lib. VII. cap. XLII. Retrogradis, inquit, nolite credere, qui nos inedia fatiſcere celebrant, ſcriptis meis potius credite. Retrogradi, rebelles, aduerſarii omnes officii ſui. Radulphus Ardentius, Homilia. CIX. In euang. & epiſt. Multi ſunt hodie, qui ad finem uocati ſunt (legendum ad fidem, ut paullo ante locutus eſt) nec per eam digne ambulant, dum bene operando non proficiunt, ſed magis retrogradi ſunt &, cum Deum ore confiteantur, factis negant. *Prior* notat primum, cap. IV. Dux Gothofredus, prior omnium principum Francorum, Conſtantinopolim uenit. Explicat uerſus pro argumento capitis margini adſcriptus. Dux quoque regalem primus peruenit ad urbem - Guilielmus Tyrius lib. XV. cap. XIII. Interea reſignato pallio alind ei ſumtum, de corpore ſancti Petri more ſollemni, per priorem diaconorum traditur. Et abſolute priores ſunt capita rerum. Albertus Aquenſis, lib. II. cap. XXXIX. Boamundus ſtrage hac grauiſſima attonitus, caeterique priores, arma reparant. Priores alicuius etiam ſunt praeceſſores, deceſſores, Anaſtaſius bibliothecarius, pontifice LXXXIX. Hic ordinauit Felicem, archiepiſcopum Rauennatem, qui ſecundum priorum ſuorum ſolitas in ſcrinio cautelas noluit facere. *Prior*, prima, apud Martianum Capellam lib. VI. Pandeam gentem faeminae tenent, cui prior regina, Herculis filia. *Prior.*

## AD LIB. II. CAPVT III. IV. V. VI.

*Summaria.*

*Praedux. Praeductor. &c. Clientes. Stipendia. Stipendiaria mercatio. Error Roberti de Tancredo. Quietare. Dietare. Confugere. Ioan Piſtorius. non ſemel ne-*

*notatur. Staus ſol. Famulatus. Extranei cibi. Incrementa. Excrementa. De oſculis principum & heroum. De comite Tholoſano, & imperatore Graeco, ſententia noſtra. Notatur denuo I. Piſtorius. Robertus monachus lib. II. Illuſtratur & corrigitur.*

*Praedux* PRaedux eſt ducum dux, omnium primus, aliquid incipiens aut Inſtituens. Robertus monachus Rhemenſis, in hiſtoria palaeſtina lib. II. cap. III. argumento: *Hic fieri praedux ſpreuit tamen Appuliae dux* - - Bartolphus de Nangeio Hiſtor. Palaeſtin. cap. IV. *Artemonibus ita nauium ſubleuatis, clangente tuba, Deo praeduce atque gubernatore, quarto die iuxta Dyrrhachium* *Praeductor.* *proſperis uelis applicuerunt.* *Praeductorem* uocat Albertus Aquenſis lib. V. cap. XLI. *Usque Tyrum, quam nunc Sur uocant, cum praeductore ſuo deſcenderunt, caſtris illuc per agrorum planitiem ad hoſpitandum collocatis.* Anaſtaſius bibliothecarius in collectaneis ad hiſtoriam eccleſiaſticam: *Et ipſa quoque ſi uita comes fuerit, transferre, Deo praeduce, non recuſabo.* Henricus Altiſſiodor. lib. III.

*Hinc mare conſcendunt, uſi ſed praeduce Chriſto,*
*Fidentesque, ſibi ceſſura pericula cuncta.*

*Clientes.* *Clientes* ſunt miniſtri ſequioris aeui ſcriptoribus. Idem Robertus lib. II. cap. IV. *Per aliquot dies mittere coepit clientes ſuos, ad comparanda neceſ-* *Stipendia.* *ſaria, dux Gothefridus.* *Stipendia* ſunt omnia rei praeſenti neceſſaria. cap. V. *Dum haec itaque aguntur, ut diximus, proſpero ſucceſſu, Boamundus Appulienſis, paratis ſuis ſtipendiis, tanto itineri congruentibus, mare intrauit.* Bartolphus peregrinus de Nangeio. cap. XXXIII. *Eo patriarcha formato, iumentis reſarcinatis, & ſtipendiis praeopportune munitis, ambo duces in fi-*

*fines Syriae peruenerunt.* Idem, cap. XLVII. *Deinde nauibus & iumentis ſtipendio ſarcinatis, iter arripiunt.* Ita Albertus Aquenſis lib. VIII. cap. XXXII. libr. IX. cap. XLIV. Guibertus abbas lib. V. cap. XXIV. lib. VI. cap. XV. lib. VII. cap. XXVI. Gauterius cancellarius, cap. XXX. Fulcherius Carnot. cap. XV. cap. IX. Apud *quem ſtipendiaria mercatio*, cap. XXXIII. cap. XXXVII *Stipendiaria mercatio.* Eadem uoce *Delicias* intelligit Sax. Grammaticus praefat. hiſtoriae Danorum. *Itaque*, inquit, *eum genere litteris, ingenioque niteas, & plebem foecundiſſimis doctrinae ſtipendiis regas; maximum tibi gregis amorem conciliaſti.* Eidem *ſtipendium refugium*, ſiue aſylum, denotat. lib. II. cap. XIX. *Vnicum ſalutis ſtipendium in aeris abiectione repoſitum, nec fugae ſubſidium, niſi rerum damno, carpendum.* Errat eodem capite idem Robertus *Error Roberti de Tancredo.* monachus, Tancredum nepotem Boamundi uocans, cum frater eius uterinus fuerit. Ibidem: *Deinde deſcendentes in uallem Andronopolis, ibi tam diu quietauerunt, quousque omnes transfretauerunt.* *Quietare* eſt diutius quieſcere, ſecure quietem inſtituere. *Quietare.* lib. VIII. c. VIII. *Ibi inuenerunt hortos, plenos oleribus & fabis aliisque leguminibus, iam ad praecocitatem maturantibus. Ibi quietauerunt tribus diebus.* *Dietare*, diem *Dietare.* ducere; Ibidem: *Caſtoriam peruenerunt & ibi ſollemnitatem dominicae natiuitatis celebrauerunt, & per dies plurimos dietauerunt.* Sic lib. III. cap. IX. *Noſtri uero, laudantes dominum, ſine obſtaculo ciuitatem intrauerunt, & per dies quatuor ibi dietauerunt.* lib. VIII. cap. VI. *Dietauit in illa ciuitate exercitus Francorum per menſem unum & dies quatuor.* *Confugere*, eſt fugere, effugere. *Confugere.* Ibidem: *Omnes a facie eorum confugiebant, aeſti-*

*ſtimantes,noſtros aduenisse cauſſa praedandi.* Male Ioannes Piſtorius, qui & hoc & alia plura hoc genus, non intellecta mutauit. Sic libro VI,cap.V. *Tali conditione recepit cuſtodiam, ut, ſi Franci uincerentur,cuſtodiret. Si uincerent, & ipſe, ſicut & alii, relicto caſtro, confugeret.* Ibidem: *Denique ad flumen Bardarum uenientes, plures ipſo die tranſierunt.* Alii legunt *Sole uetante*-Ioannes Piſtorius. *Lege retardante*-*Stantem ſolem* opponit occidenti aut occaſo. Eodem ſexto capite, de Graeco imperatore irato: *Tandem ſimulauit animum & , quaſi de eius aduentu gratulabundus eſſet, miſit obuiam Boamundo, qui eum gratanter acciperent.* Scribendum eſt - *tandem ſimulauit amicum. Poſtea: compertum uero noſtri habebant, quod non agebat hoc de aliquo famulatu amicitiae, ſed ſecreta cordis ſimulatione.* Ioannes Piſtorius correxit - *ex ſtudio amicitiae.* Non aſſentimur tantae audaciae. Scribendum putamus: *quod non agebat hoc de aliquo ſtimulatu amicitiae. Famulatus* alioquin *obſequium* notat. Sic lib. IV. cap. XII. *Laudandus & enſis, quod in ſua integritate perſeuerans, uibranti dexterae ſui famulatus impendit obſequium. Extranei cibi* mox ſunt, qui aliunde inuehuntur, & inutiles, caeteris collatis: *Tancredus quia extranei ibi erant cibi, quos ſibi oportebat emere, eduxit eos ſeorſim in uallem, ſatis omnibus bonis uberrimam& corporalibus incrementis ſatis opimam.* Ita *extraneos* dicit *allophylos*, minime numerandos cum caeteris, quorum res tractabantur. lib. I. cap. I. *Incrementa* ſunt auctiones. Id dicit,corporibus nutriendos aptos cibos ibi adfuiſſe. Ita *excrementa* auctus uocant tales auctores. Saxo Grammaticus, praefa-

*Ioan. Piſtorius non ſemel notatur.*

*Sol ſtans.*

*Famulatus.*

*Extranei cibi.*

*Incrementa, excrementa.*

fatione de prouinciarum Danicarum ſitu: *A cuius complexu fluminis Eidari interriuatione diſcreta, cura aliquanto longitudinis excremento in Norici freti littus excurrit.* *Incrementum* augmen. Idem ſcriptor lib. I. cap. 15. Vt nos diſtinximus: *Quindecim annos natus, inuſitato corporis incremento perfectiſſimum humani roboris ſpecimen praeferebat.* *Incrementum* uteri grauidatio Apuleio, lib. V. metamorph. uocula *Satis* abundat, uti ſaepe alias. *Oſculatio* eo tempore inter heroas frequens celebratur. Supra cap. IV. noſter Robertus: *Flere prae gaudio potuit, qui Hugonem magnum & ducem Gothifredum inuicem complexuri & oſculari conſpexit.* Cap. VII. *Boamundus, oſculatis pluribus, ui tandem loqui potuit.* Vbi *patiendi ui* poſitum eſt, ut penes Baldricum lib. III. cap. XV. *Laetabundus ad lanceam fit concurſus, & tota deuotione deoſculabatur.* *Oſculum* pedis commemorat Raimundus Agilaeus, cap. XXVIII. Qui, ſummae deuotionis loco, mucronem lanceae oſculatum, quae patefacta dicebatur diuinitus, ſcribit. cap. XXVII. Apud Albertum Aquenſem *oſculum cultus* ſignum eſt lib. II cap. IV. *Pacis* lib. eodem cap. XVII. & XIIX. *gaudii*, eodem libro cap. IX. *amicitiae*, lib. II. cap. XVI. *honoris* ibidem. *Oſcula oculorum* & colli celebrantur eidem lib. V. cap. XLIV. *capitis & manuum*, lib. X. cap. LI. *mutua ducum oſcula* lib. VI. cap. LII. *colli dilectionis*, lib. VI. cap. LII. lib. VII. c. VII. & VIII. *oſculum pedum & pannorum* eſt apud Fulcherium Carnotenſem, cap. XIII. *pacis*, apud eundem, cap. XXIV. *In excipiendo aliquo*, cap. LII. *Oſculo* excipitur lignum crucis, apud Gauterium cancellarium. cap. IX. & cap. XIIX. *Per oſculum* fie-

*Oſcula principum & heroum.*

*Deoſculari paſſiue.*

ſiebat adoptatio, Guibertus abbas, lib. III. c. XIII. *Oſculum* ſalutantis eſt apud Bartolfum peregrinum de Nangeio, cap. XXII. *Oſculum terrae ſanctae*, apud Liſiardum cap. III. Hiſtoriae palaeſtinae. Quibus poſterioribns duobus primi nos nomina ſua ex ſcriptis ſchedis dedimus. A Bongarſio enim ſine titulis ſunt editi. Elegans ſententia eſt eodem ſeptimo capite, quam tamen ſuperfluis uerbis monachus noſter deturpauit. *Mens fraude plena ſemper anxiatur, & eſt ſollicita; & quod machinatur, alteri pertimeſcit, ſibi ſemper machinari.* Sequitur: *Requiſiuit imperator a noſtris, ut ſibi principes exercitus facerent hominium, id eſt ſecuritatem pacis, & ipſe conduceret eis deſertas regiones, quas ingreſſuri erant, forum rerum uenalium. &c.* Dubito, an illa uerba -*ſecuritatem pacis*- ſint Roberti: ſi ſunt, putem nonnulla excidiſſe. Plus enim in *hominio* uel minimi cenſus, quam hic proponitur. Vel certe, ipſa *hominii* mentio a ſciolo aliquo intruſa putetur, quod & uerius puto. Rem ipſam latius narrat auctor primus, quem, ut libuit, & expreſſit & neglexit Robertus. Ubi ſacramentum iuraſſe omnes regi Conſtantinopolitano, poſt multas conſultationes, affirmat. Haec ſcripſeram, cum uideo, nulla mutatione aut dubitatione opus eſſe, ex ſequentibus. Addit enim: *Fecerunt hoc ei cum ſacramento hominum, tali conditione.* *Maſculus* uero & eximius animus Raimundi, comitis Tholoſani, eminet ſequentibus, quem tota hac expeditione prae caeteris multis eum heroem tenuiſſe conſtat. Licet alibi auaritia fuerit tranſuerſus raptus, modo fides cônſtet iis, quae tradit in rebus eius Albertus Aqueuſis, ſcriptorum palaeſtinarum expeditionum

*De comite Tholoſano.*

num fere optimus. Si uero unicum hoc, quod Robertus ſubiicit, eius conſilium principes caeteri ſecuti fuiſſent, forte ad hoc usque tempus, ſecundum tamen Dei uoluntatem, arma chriſtiana in oriente dominarentur aut florerent. *Requiſitus* compellatum denotat Cap. VIII. *Comes uero S. Aegidii cum requiſitus fuiſſet de hominio, id nullatenus facere uoluit, ſed, ſi ei crederetur, tota ciuitas, cum ſuis habitatoribus & ipſo imperatore, deſtrueretur.* Sic lib. VIII. cap. I. *Boamundus requiſitus idem laudauit, & uterque in manibus epiſcoporum promiſit.* De ipſo Raimundi comitis conſilio, quod Robertus noſter poſtea reiicit, ſentio id, quod iam dixi: nec illius ratio ullius contra momenti eſt. Dum enim Graeciae imperio, Subdoliſque imperatoris promiſſis decepti, pepercerunt & crediderunt Latini, ut uocabantur principes, ſuam militiam, ſequi ipſos maximam partem aerumnis immanibus & exitialibus inuoluerunt, tandemque perdiderunt prorſus. Nec poterant ignorare, licet belli potentes magis quam ſapientipotentes, ſecundum Ennium principes, hunc exitum, extantibus exemplis fraudum & manifeſtis & recentibus, hunc exitum. Itaque pernitiem inſidiantium optima ratione praeuertere, & in capita ipſorum conuertere poterant: Re non adeo difficili, ut oſtenderunt paullo poſt ſecuta tempora, multo minoribus copiis capta Conſtantinopoli, imperioque in Balduinum Flandrum translato. Porro in *hominio* tandem perſuaſi comitis Raimondi, uerba rei competentia, & tantum non neceſſaria, perperam omiſit editione ſua Ioannes Piſtorius. Ut & in imperatoris iuramento duo *iniuriandi* uerba peſſime ibidem omittuntur. Monendi

*Requiſitus.*

*De imperatore Graeco.*

*Notatur Io. Piſtorius*

nendi itaque ſunt lectores, ſpreta illa editione, Bongarſianam amplectantur, ſi integrum hunc ſcriptorem legere uelint. Barbari ſunt duo uerſus Roberti noſtri, ſed omnino de illa uulpe imperatoris Graeci, ueriſſimi.

*Robertus monachus corrigitur.*

*Hoc quod rex iurat non longo tempore durat,*
*Iurat & abiurat, qui de ſe non bene curat.*

In qua re ſane conſonant omnes ſcriptores horum bellorum. Soli fidem in Alexio commendant, Anna ipſius filia, & Albertus Aquenſis. Qua de re pluribus alibi.

## AD FINEM LIBRI II. ET LIBRVM III.

*Summaria.*

*Angaria. Angariare. Stipulare, Stipulari. Semicinctia. Fabulae de Conſtantini uiſionibus. Diffugium. Vomeres. Protelare. Mercatum. Toxicare. Superſtitio cruciatorum. Scriptores fabuloſi. Reddere ſe. Magnus comitatus. Eruditus. Doctus. Eruditum ingenium. Animam ex corpore extrahere. Praenimius. Hebetudo mentis. Hebetatas.*

QVae ad finem usque libri ſecundi apud hiſtoriae palaeſtinae conditorem, Robertum monachum, ſupra notabamus, flagitare atque expoſcere uidentur, ne inibi ſequentium curam omittamus. Sic ergo ſcribere pergit bonus ille ſermocinator. Cap. VIII. *Pro huiusmodi angaria facta fuit haec hominii pactio. Sed in mente imperatoris ſemper manſit fraudulenta factio. Et bene competeret hominii rata conciliatio, ſi quod imperatorem foret integrae fidei aſſertio. Sed quicquid ſtipulauit, totum cum uerbo exinaniuit, maluitque periurii noxam incurrere, quam gentem Francorum a ſuis finibus non elongare.* Sic iſta leguntur in editione Bongarſiana. Bono iudi-

cio,

cio, & e bonis libris, propagata. Ioannis Piſtorii editio, quam, Bongarſiana poſteriorem, Reuberianae collationi ſcriptorum Germanicorum Weſſeliani iunxerunt, multa hic mutat, ſed quae palam contra genium temporum faciunt: itaque rationem eius minime habendam putamus. Quod ſi eo modo omnes inferiorum temporum ſcriptores deformarentur, uileſceret neceſſario omnis eorum cognitio. Et quid fieri poſſit iniquius, quam cogi nos ad legendum aliena pro legitimis, recentia pro ueteribus, ſuppoſititia pro ingenuis? Iniuria ſumma affectis manibus optimorum hominum, qui nobis labore & induſtria ſua in uentura ſecula utile aliquid tramittere uoluerunt. Illi autem confidentiſſimi mutatores nullum plane uſum habent horum ſtili, qui in ſuo genere omnia potius quam abſurdi ſunt, ideoque uix dimidiam partem uerae in iis mentis habent perſpectam. *Angaria* neceſſitatem denotat, exactam & coactam rei gerendae neceſſitatem. Baldericus archiepiſcopus lib. I. cap. II. *Confluentes ad ſancti ſepulcri eccleſiam chriſtianos, multimodis gentilibus angariis affligebant.* Idem lib. II. cap. XIII. *Quem probroſis Boamundus & condignis caſtigauit angariis.* Hoc eſt moleſtis & rebus & uerbis; Ibidem cap. XXIV. *Tentet ergo unusquisque, an pecunia, an amicitia, an minis, a quibuslibet ciuitatem hanc ſibi uindicare praeualebit angariis.* *Angariare*, torquere, moleſtia quem afficere. Idem lib. IV. cap. XIII. *Quoties enim illi mali iudices, Herodis & Pilati complices, fratribus ueſtris illudunt uel angariant, totiens Chriſtum crucifigunt.* Guibertus abbas, lib. VII. c. XXXV. *Vt in ipſo expeditionis itinere nullis eum, ſuneſtus exactor, compellare auderet angariis.*

*Angaria.*

*Angariare.*

*riis*. Petrus Bleſenſis, epiſtola. CL. Gulielmus Tyrius lib. I. cap. V. libro IV. cap. XVIII. libro VII. cap. XXII. Nota ſunt haec, ſed nobis placet, hos autores ex ipſorum aetate notiores & illuſtratiores facere. *Factio*, dolum, inſidias denotat. Malorum conſenſum, inter bonos *amicitiam*, inter malos *Factionem*, agnoſcit Nonius. Vtimur tamen non inſcite & in meliorem partem. Ut chriſtiana factio eſt apud Tertullianum in Apologetico. Voculas duas - *cum uerbo* - peſſime extriuit Piſtorius. Senſus enim eſt *memoriam omnem ipſorum etiam uerborum aboleuiſſe imperatorem Graecum*. Ut nimirum dicimus - *cum puluiſculo tollere*. Tò *ſtipulauit* peſſime etiam idem in *iurauit* detorſit. Symmachus lib. I. epiſt. V. *Sponſionem ſtipulat affectio, nec enim patiar decipi, quos opto complecti. Stipulari*, ui patiendi, ex Liuio & Suetonio notat Priſcianus, libro VI. Sequitur, cap. IX. *Anus quaedam, ueſte diſſipata & quaſi ſemicinctiis circumſepta, ueniebat ad eum, & ſuae opis flagitabat ſubſidium*. Inſcitiſſime hic etiam *ſemicinctia* corrupit modo notata Ioannis Piſtoris editio, cum eorum mentionem tamen ſcripturae debeat Robertus noſter, actuum apoſtolicorum, cap. XIX. De his notamus plura alibi, & docent dicenda uiri doctiſſimi ad Petronium. Fabulam de Conſtantini hac uiſione uide apud Sozomenum. lib. II. hiſtor. eccleſ. cap. II. Aliam de *Aquila lapides* apportante, & Euphrata eunucho uaticinante, recenſet G. Cedrenus. *Magnus auei* prodigium id confeciſſe, memorat Conſtantinus Manaſſes, ut augeatur res uelut innominatarum oſtento. Portentoſius Michael Glycas: *cum Calchedonem Conſtantinus ampliorem reddere conſtitu-*

*Factio.* *Stipulare.* *Stipulari.* *Semicinctia.* *Fabulae de Conſtantini uiſionibus.*

*ſtituiſſet*, *aquilas rapta fabris inſtrumenta trans fretum*, *usque Byzantium*, *deportaſſe* ſcribit, initio libri IV. Si exſtaret uel unus eorum auctorum, quos Conſtantino in urbe aedificanda adfuiſſe & res omnes eius accurate in litteras miſiſſe, auctor eſt Georgius Codinus, tenebroſa tantae urbis nunc conſtitutio, in clara luce uerſaretur. Subiicit Robertus: *Niſi enim talis condita fuiſſet ciuitas, orientalis chriſtianitas, ubi diffugium habuiſſet?* Hoc eſt *confugium*, *aſylum*, *refugium.* lib. III. cap. V. *Tanta quippe erat Turcorum inſtantia, & unus ita impellebat alium, quod nusquam erat cuiquam pro ullo commodo, diffugium.* Scitius ea uox alibi *effuſam fugam* deſignat, ut Alberto Aquenſi, lib. II. cap. XLIII. *In hoc conflictu belli, Turcorumque diffugio, nonnulli chriſtianorum militum ſagittis uulnerati perierunt, Turcorum. III. millia ceciderunt.* *Diffugium militiae*, deſertio eius, & fruſtratio ſacramenti militaris eſt apud Guibertum abbatem lib. III. cap. XII. libro III. cap. I. *Praemiſit quatuor millia hominum, cum ſecuribus ac uomeribus aliisque ferramentis, aptandae uiae conuenientibus.* *Vomeres* dicti, ut uolunt Varro & Iſidorus, quod egerant terram uelut uomitu. Quod ineptum eſt, etiam repugnante ſyllaba. Inſulſiſſime in duabus ueteribus Papiae editionibus legitur. *Vomis uel uomer*, *Deus eſt aratri*, cum *dens* legendum uel pueri uideant. Robertus pro acuto firmoque ferreo inſtrumento quouis habuit: occaſione hauſta ex ſcriptura ſacra, lib. I. regum. c. XIII. Ubi uomeres pariter iunguntur ſecuribus. Forte autem -*aperiundae uiae*- ſcripſit Robertus. Id enim ſolum poſtulabant, ut transire poſſent. Auctor primus, cap. VII. *Quae uia fuit aperta, per*

*Diffugium.*

*Diffugium militia.*

*Vomeres.*

*per anguſtam & nimis immenſam montaneam.* Mox. *Sicque ſuo tractu pertranſiit omnis multitudo.* Forte legendum - *uno tractu* - Sed idem ſenſus fit etiam in illo, *ſeriatim* nempe, ut loquitur Petrus Bleſenſis Epiſt. CLIII. *Tractu ſuo*, ut poterant ſcilicet tot impedimentis impediti. *Protelare* his ſcriptoribus eſt producere, extrahere. Ibidem: *Sed ultra modum protelari uidebatur illa promiſſio; quia antequam perueniret, apud illos, qui pauperiores erant, uerſabatur famis maxima cruciatio.* Sic lib. V. cap. I. libro VII. cap. XII. Baldricus, lib. III. cap. XXV. libro IV. cap. XII. &c. *Mercatum*, tertio genere, *forum* rerum uenalium; *Antequam mercatum adduceretur, uendebatur XX. aut XXX. denariis unus panis.* libr. VIII. cap. XII. *Miſitque omni exercitui mercatum laudabile, quod omnino priuauit illos ab neceſſitate. Siquidem* uocula, abundat ſaepius, in hoc genere ſcriptorum. Ut hoc loco, lib. VII. cap. XI. lib. VIII. cap. X. lib. IX. cap. VI. Baldricus lib. I. cap. III. cap. VIII. libro III. cap. XI. Et alii. *Toxicatae ſagittae* ueneno mortifero imbutae. Cap. II. *Turcae toxicatas ſagittas mittebant. Toxicare*, ueneno inficere. Petrus Bleſenſis, Epiſt XX. Ibidem: *noſtri uero, pro uita mori non dubitantes, alias circa muros machinas erigunt, quibus infra ſe illos, qui in muris erant, deſpiciunt. Pro uita* intellige pro emolumento chriſtianae rei. Tam fatuae perſuaſionis tunc erant etiam incliti illi Heroes, ut crederent, expeditione hac, poſtpoſito ſanguine filii Dei, omnique ſalutis ratione, ſe mereri citra controuerſiam uitam aeternam. Tam diu etiam craſtiſſima haec nubes tantorum hominum oculis offuſa fuit, ut ante duo iſta ſecula adhuc palam

*Protelare.*

*Mercatum.*

*Toxicare.*

*Superſtitio cruciatorum.*

lam praedicaretur & crederetur, *ipſum iter* ad loca Hieroſolymitana, *ſalutem aeternam* conferre poſſe. Quae craſſiſſima inſcitia multis praeclaris uiris, ſatis quod agerent domi habentibus, & ad ſplendidam uitam parata omnia poſſidentibus, exitio fuit, qua de re diſputatum alibi. Tam ineptis etiam fabulis ipſam hanc peregrinationem adulterarunt, ut incredibile fere ſit, *Scriptores fabuloſi.* homines integris ſenſibus, tantis deliriis ſcribendis legendisque horas impendere potuiſſe. Vide uel doctoris equitisque Angli, Ioannis de *Monteuilla* libellos, miraberis patientiam lectorum, & audaciam ſcriptorum, ſub unico eo exemplo. *Reddere ſe, rendre* Gallicanum, eſt permittere ſe *Reddere ſe.* uoluntati uictoris. Ibidem: *Iamque ut ſe uictum reddere parabat hoſtis, ſexaginta millia Turcorum eminus aduenire conſpexit.* Sic lib. III. cap. XI. *Quod uidentes Armenii, terrae illius habitatores, gauiſi ſunt; quia uidelicet a chriſtianis tam uiriliter & Turci & publicani ſunt occiſi, continuoque cum ſua terra reddiderunt ſe illis.* lib. VII. cap. XI. Baldricus, lib. I. cap. XXIV. Raimundus Agilaeus, cap. VII. & cap. XXXVII. Albertus Aquenſis. lib. III. cap. LVI. lib. XI. cap. III. Fulcherius Carnotenſis cap. XCVIII. Bartolfus de Nangeio. cap. XII. &c. *Magnus comitatus* in- *Magnus comitatus.* gentem militum multitudinem notat. cap. II. *Noſtri uero obſidebant illam portam magno comitatu, Podienſis epiſcopus & comes S. Aegidii.* Sic Albertus Aquenſis lib. I. c. XX. *Et uere Solymannus, cum omni comitatu ſuo intolerabili, eandem ſiluam ex fronte altera intrauerat.* Idem lib. III. cap. XXI. *Balduinus, adſumtis ducentis ſociis, & omni ciuitatis pedeſtri & equeſtri comitatu, caſtrum Samuſat eſt aggreſſus.* Eruditiores dicit *Eruditiores.* pru-

*prudentiores.* Cap. III. Sic *Turci diſpoſuerunt; ſed Dei conſilio, noſtri eruditiores, hanc definitionem aliter mutauerunt.* Similiter *doctum* capias apud auctorem primum. Cap. V. *Ibi doctus Boamundus optime concordatus eſt cum duobus Corpalatiis.* Mox: *Ibi doctus Boamundus totam gentem ſuam dimiſit.* Cap. X. *Tandem nequiuit uir fortis diu luctari cum Balduino, doctiſſimo comite.* Cap. XI. cap. XVII. *Sic bello doctus,* Alberto Aquenſi lib. II. c. XXIII. *Doctus in equis,* lib. III. cap. LXIV. *Eruditum ingenium,* ſagax, perſpicax, Saxoni Grammatico lib. IV. cap. VII. *Doctus aſtutia,* apud eundem Albertum, lib. V. cap. XXXV. *Doctus praelio* lib. VIII. c. XV. &c.

**Doctus.** *Eruditum ingenium.*

Putidum eſt & ſermone & prouerbio, quod eodem III. capite dicit: *Paratiores de Turcorum corporibus extrahere animas, quam quisquam famelicus eundi ad nuptias.* *Praenimius* eſt inſigniter excellens. Ibidem: *Vt uiderunt tot armorum praenimium ſplendorem, terga uerterunt.* *Hebetudo* mentis ſummum moerorem notat, qualis mentes ipſas ſolet obtundere. Ibidem: *intus erat moeror & mentis hebetudo, extra gaudium & exſultatio.* Sic lib I. cap. III. *Illis incutitur pauor & mentis hebetudo.* lib. IV. cap. VI. *Mirandum & cum admiratione dolendum, quod in talem ac tantum uirum talis hebetudo mentis inceſſerit, quod tam turpiter a caſtris receſſerit.* Ita Albertus Aquenſis lib. IV. cap XXVIII. lib VI. cap. XX. *Sic hebetatum* ſe diuturno carcere, hoc eſt acumen ſibi ingenii attritum, dicit Gauterius cancellarius cap. XII. Neque aliter abbas Guibertus, Lib. III. c. IX. & X. lib. V. cap. XII.

*Animam ex corpore extrahere.* *Praenimius.* *Hebetudo mentis.* *Hebetatus.*

AD

## AD LIBRVM IV.

*Summaria.*

*Pudor. Verecundia. Verecundari. Honeſte. Honeſtae copiae &c. Ieiunium. Diſterminare. Decredere. Tenere ſacramentum. Immiſſurae, Repedari. Feſtiuum tempus. Reuerberatio. Falcator. Duelli deſcriptio. Incredibilia. Ianua. Machameria. Machumis.*

PVdor confuſionem animi ſaepe notat, ob rem indigniter geſtam. Sic apud Petronium commodus nebulo quispiam dicit - maledic illum uerſibus, ut habeat pudorem. Id eſt - reminiſcatur, ſe male feciſſe - *Verecundiae* eundem ſenſum dant ſequiorum temporum auctores. Robertus monachus palaeſtinae hiſtoriae lib. IV. cap. VI. ex noſtra diſtinctione, cuius capita gloſſario ſiue indici infra ſubiiciemus, ubi a Tancredo retrahuntur Petrus Eremita & Gulielmus Carpentarius : Non dicendum eſt, ſi paſſus eſt uerecundiam, qui nullo fugante inierat fugam. Ita Baldricus lib. I. cap. VII. eiusdem hiſtoriae. Verecundabantur qui remanebant, & iam coram gloriabantur, qui peregrinatum ire diſponebant. Fulcherius Carnotenſis, cap. XLVIII. Aderat ibi crux dominica, inimicis Chriſti contraria, contra quam pompa eorum praeualere nequit. Sed ne ſi praeſentia eius uerecundi effecti, non ſolum nos inuadere ceſſauerunt, ſed & pauore caelitus percuſſi, omnes in fugam celerem ſuam uertērunt ſententiam. Apud quem timorem etiam notat, Cap. LXXXVII. Noſtri, tamquam ad certamen bellicum uerecundari ſimulantes, aſtute nec fugere diſpoſuerunt, nec pugnare cum eis praeſumſerunt. *Honeſte* intellige uiriliter, fortiter. Robertus noſter ibidem : quia iam cum iis in retroactis honeſte pugnauerat, pacem obtinuit.

*Pudor.* *Verecundia.* *Verecundari.* *Honeſte.*

*Heneſtae copiae.* Ita *Honeſtae copiae* fortes ſunt apud Gulielmum Tyrium, Lib. XXI. cap. III. *Honeſtas* tam peditum quam equitum *copias* deferens, deſcendit in Aegyptum. Sic honeſtus miles apud eundem hunc Robertum, lib. VIII. cap. IV. *Honeſtus eques*, lib. IV. cap. XII. Honeſta galea, Albertus Aquenſis lib. V. cap. II. Honeſtae formae egregiae eidem, libro II. cap. XXXIX. libro V. cap. V. *Ieiunium* famem notat: Diſterminare, perdere in his eiusdem Roberti uerbis, lib. IV. cap. VII. Hanc famis aſperitatem, ut ſuos probaret, euenire permiſit Deus. Nam & ſuos premebat ieiunio, & uicinas nationes diſterminabat gladio. Prius pariter legitur apud Albertum Aquenſem lib. III. cap. VI. Graui afflicti ieiunio, neceſſariorumque penuria, tandem in montis cacumine conſtiterunt. De altero uide notas ad Gulielmum Britonem lib. VII. v. XXXVIII. *Decredere* eſt diffidere. Ibidem: Et ſi adhuc mihi decreditis, iurabo, quod citius ad uos redibo. Vide notas ad eundem Gulielmi eiusdem uerſum. *Tenere ſacramentum* Germaniſmus mox eſt: Ipſe autem nec ſacramentum tenuit, nec uerborum ſponſionem impleuit. Dictum ſupra, *Eſſe* ſtatum, conditionem, deſignare, lib. eodem cap. VIII. Miſerunt exploratores, qui illorum agmina uiderent, & eſſe eorum renunciarent. Ita optimi libri. Male Ioannis Piſtorii editio, inſerens uoculam. Similiter loquitur auctor primus, cap. XII. Nec abſimilis locutio apud Saxonem Grammaticum lib. V. cap. XXXI. Eſſe ſeptenis nauibus. Gauterius cancellarius, cap. XIV. miſſis exploratoribus, quaſi uolatilium uenditoribus eſſe, noſtrum, quocunque modo ſe haberet, referebant. Idem cap. XXXI. Prouide, ut ille qui ſaepe hoſtium

*Ieiunium.* *Diſterminare.* *Decredere.* *Tenere ſacramentum.* *Eſſe.*

um eſſe & bellum expertus f .erit, cum archi-epiſcopo Caeſarienſi diſpoſuit. Ita eſſe hominis apud Bernardum epiſt. XCII. Praemiſi praeſentes exploratores, qui eſſe rei (accuſati) indagarent ſagaciter & referrent fideliter. *Immiſſurae* immiſſarum ſagittarum iactus. Robertus ibidem: Sed haec noſtri irridebant & protecti clypeis, loricis, galeis, eorum immiſſuras uilipendebant. *Immiſſurae*

*Repedantur*, reuertuntur. Ibidem; Hoſtes pauent & conturbantur, uerſisque retro habenis equorum, ad pontem ferreum quam celerrime repedantur. Sic optimi libri; & peſſime Piſtorius, qui ſuo ingenio ſcribere non ſiuit Robertum. Non dubito, ſtudio ſic ſcripſiſſe Robertum, cum alii id genus auctores, ipſi a Iacobo Bongarſio coniuncti, repedandi uerbo ſaepe utantur. Iuuencum potiſſimum, chriſtianum poetam, ſecuti, in cuius pluribus locis turpiter etiam hoc uerbum corruperunt, ut indicanr peruereres & optimae membranae, quae penes nos ſunt. *Repedari.*

*Feſtiuum tempus*, bon tempo quod hodie Italis in ore eſt. Hiſpani dicunt - un gaudeamus, ut in Lazarillo de Tormes. Cap. IX. Tunc geminata laetitia uictoriae feſtiuum tempus fecit & eos, qui moerore egeſtatis pene conſumti erant, refecit. *Feſtiuum tempus.*

*Reuerberatio*, repulſio. Cap. X. Quoadusque illos, qui equites erant, absque ulla certaminis reuerberatione, in montanea fugauerunt. Ibidem locus corrigendus eſt, inſerta uoce: illi uero, nequaquam perterriti, in ſua confidentes multitudine, ad pugnam congrediuntur. Sed noſtris toto corde, tota uirtute confidentibus, in breui ſuperantur. Scripſit procul dubio Robertus - toto corde Deo, tota uirtute confidentibus. Eodem capite X. Fas non erat deſi- *Reuerberatio.*

gnat-erat impoſſibile; Sed ualde impediuit difficultas itineris anguſti, quia nec fugere uſquam poterant, nec conuerti. Reuerti uero fas non erat, quia hoſtis urgebat. Horatius-fit leuius patientia quicquid corrigere eſt nefas-Claudianus. lib. I. in Rufinum. v. xxcvii-*Falcator* eſt, qui falce deſecat. Eodem cap. x. In maiorem ſtragem pedites egerunt, quam qui equis inſidebant. Quoniam ſeriatim, ut falcator prata uel meſſem, detruncabant. Acutum eſt pro hoc ſcriptore, quod ſequitur. Inter uiuos mortui ſtabant, quia ſuffulti denſitate uiuorum cadere non poterant, & calamitas eos tanta oppreſſerat, quod alter alterum in mortem opprimebat. In *deſcriptione duelli*, ſiquidem ſic appellare uelis Gothofredi ducis cum fortisſimo Turcarum Admiraldo, ſic ait monachus noſter: Cum unus ex eis audacior, & mole corporis praeſtantior & uiribus, ut alter Golias, robuſtior, uideret ducem ſic immiſericorditer ſaeuientem; ſanguineis calcaribus equum urget aduerſus illum &, mucrone in altum ſublato, totum ſuper uerticem ducis transuerberat ſcutum. Et niſi ictui umbonem dux expandiſſet, & ſe in alteram partem inclinaſſet, mortis debitum perſoluiſſet. Sed Deus militem ſuum cuſtodiuit, eumque ſcuto ſuae defenſionis muniuit. In ueteri codice, non ſuper uerticem ſed ſuper lacertum, ſcriptum offendimus, quam & ueram lectionem arbitror. Si enim ſcutum ſupra galeatum uerticem heros chriſtianus eleuaſſet, utique caeteras corporis partes nudas pagano furenti obieciſſet. Albertus Aquenſis, lib. III. cap. LXV. Eadem narrans, hauſta ab iis qui uiderant, de ictu hoc Turcae nihil; ſolum cum ſcribit arcu Gothofredo fuiſſe moleſtum, pro-

*Falcator.*

*Duelli deſcriptio.*

propteréaque ab eo caeſum. Pariter Gulielmus Tyrius lib. v. cap. vi. Ultra nihil, quam loricatum hominem, proteruius duci inſtantem, medium ab eo gladio diſſectum. Sequitur penes Robertum: Dux ira ſuccenſus uehemente, parat rependere uicem, eiusque tali modo amputat ceruicem: Enſem eleuat, eumque a ſiniſtra parte ſcapularum, tante uirtute intorſit, quod pect9 medium diſiunxit, ſpinam & uitalia interrupit & ſic lubricus enſis ſuper crus dextrum integer exiuit. Sicque caput integrum cum dextra parte corporis immerſit gurgiti; partemque, quae equo praeſidebat, remiſit ciuitati. Ad quod horrendum ſpectaculum, omnes qui in ciuitate erant confluunt, & uidentes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt. &c. Sane ictus ictuum ab omni memoria maximus, modo ita res ſit geſta, quam aliter tamen alii narrant Vetus codex initio huius commatis melius: Enſem eleuatum dux a ſiniſtra parte &c. *Incredibilis* autem omnino res, partem hominis diſciſſi urbem reuectam. Aliquo modo credibilis exibit, ſi ueteris eiusdem codicis ſcripturam attendemus - partemque, quae equo ligata ſedebat - Innuit, ſic hominem fune aliquo aut catena, uel & uncino, equo ſuo fuiſſe alligatum. Quale aliquid alio etiam loco lectum meminimus. Ibi - & uidentes ſic - admirati ſunt - Spatiolum eſt in membranis, ut unam aut alteram uoculam excidiſſe prae ſe codex uetus ferre uideatur. Scribas, cum uolentibus nobis - ſine fine admirati ſunt - Porro, cap. xii. Sicut uentus turbinis arboris annoſae conſtringit brachia, ſic inciſa cadebant morientium membra. Melior & uera lectio in MS. confringit. Longe enim intendit occiſorum nu-

*Incredibilia.*

F 4 merum

merum Robertus, quinque millia deſignans; cum Albertus Aquenſis Mille quingentos tantum ponat, dicto loco. *Ianuae* poſtea notant Antiochiae urbis portas, ut ſaepius iſti ſcriptori. Uti lib. v. cap. III. lib. VIII. cap. VIII libr. IX. cap. IV. cap. X. & c. XI. *Machumeriam* appellat coemiterium Mahumetanorum. *Machumis* enim Machumetes eſt, quam ruſticam uocem male in fine huius libri quarti Roberto noſtro ademit Ioan. Piſtorius. Cum nempe Latine efferre id barbarum nomen ſic affectet, neque ſolo hoc loco. Vide ſis lib. IV. cap. XII. lib. V. cap. V. lib. VI. c. V. lib. VII. c. VII.

*Ianua.* *Machumeria.* *Machumis.*

## AD LIBRVM V.

*Summaria.*

*Praeconare. Praeambulus. Applaudere. Diurnare. Cauſſae conſilii. Deliberare. Gens aduerſa. Ianuae ciuitatis. Animalia. Planctus uiduae indecorus. De ſe. Redargutus.*

IN ſcriptoribus mediorum temporum multa leguntur ſecundum idiotiſmum cuiusque ex iis latinitatem corrupentia, quae malo tamen prorſus exemplo, aliis ſuppoſitis, nunc eximuntur. Sic apud Robertum monachum lib. V. expeditionis Palaeſtinae, cap. I. Vbi auctor ſcripſerat - *Praeambulus quidam uenit, qui nuncios principis Babyloniae in craſtinum praeconabatur aduenire.* Ioannes Piſtorius paſſim uocem *praeconabatur* - ſecundum ſuum ingenium mutauit in *praedicabat.* Ita enim idem Robertus *praeconantem famam* ſcripſit. lib. I. cap. III. Quod & ipſum iniuria mutatur. Et ſic enim ſaepius idem alibi. Vt lib. IX. cap. VII. & XII. aliique ipſi compares ſcriptores. Vti auctor primus Borgarſianorum, cap. XXIX, XXX, XXXVIII, aliique,

*Praeconare.*

que. *Praeambulus* deſignat praecurſorem, ut apud Baldricum, hiſtoriae eiusdem lib. IV. cap. IV. & VII. Guibertum abbatem. lib. V. cap. IX. &c. Scribit porro eodem primo libri quinti capite Robertus: *Iam uero quae uobis applaudunt, ſuper his nobis aperite; quae uero uobis diſplicent, in communi edicite. Applaudunt eſt - arrident.* Male omnino mutatum eſt ab eodem Piſtorio, in - *ſententia ſit* - Quaſi non ad ſui, ſed ad Ciceroniani ſeculi uſum, ſcribere neceſſe habuerit bonus iſta Robertus. Similia ſunt, eodem capite - *diurnare* - Quod eſt Gallicum - *ſeiourner* - *Et ſi per menſem ad ſepulcrum uobis diurnare placuerit, bonorum copia uobis non deerit. Cauſſas conſilii & prudentiae* - choſes du conſeil- &c. cap. III. Inducias quaeſiuerunt, dicentes, quod illo temporis interuallo apud ſe tractarent, qua lege, qua conditione, ſe & ciuitatem chriſtianis deliberarent. *Deliurer, rendre*, Gallicum. Qualia qui omnia mutare uelit, auctorem penitus euiratum faciat. Hi enim eius, pro tempore ſuo, nerui ſunt. *Gens aduerſa*, hoſtilis. Niſi tamen & hic idiotismus quidam latet, quod ſane puto. lib. V, cap. II. *Terra autem gentis illorum non eſt, licet diu poſſederint; quia noſtrorum a priscis temporibus fuit; eisque propter malitiam iniuſtitiamque ſuam ueſtra gens aduerſa, abſtulit.* libro VIII. cap. II. *Quae gens aduerſa, ut noſtros eminus aſpexit, quia, ad comparationem ſui, pauci eſſe uidebantur, deſpexit.* cap. III. *Ianua ciuitatis* portam notat. Sic lib. VIII. cap. VIII. Vt adnotatum eſt ſuperioribus libris. *Animalia* ibidem ſunt pecora, armenta, boues - &c. Ita Gulielmus Tyrius lib. VII. cap. XXV. aliique infiniti. Auctor primus, cap. II. cap. V. cap. XXXIV. Ro-

*Praeambulus.* *Applaudere.* *Diurnare.* *Cauſſae conſilii.* *Deliberare.* *Gens aduerſa.* *Ianua ciuitatis.* *Animalia.*

bertus noſter, lib. VIII. cap. VII. & IX & XIII. &c. cap. IV. De uidua Walonis, uirum perfide interemtum plangente: *oblita faeminei pudoris, ſe in terram uolutabat, & genas unguibus ſecans, aureos crines disrumpebat. Occurrunt aliae matronae, qui de ſe illi talia facere prohibent, & pia cuſtodia obſeruant. De ſe* ſuo exemplo. Putandum eſt, has matronas, pariter uiduas, uirisque eadem ſorte fraudatas fuiſſe, quae nimium & indecorum luctum ſuo exemplo interdixerint bonae iſti mulieri. Laſciuius autem egregius hic monachus de ſpecioſa hac faemina loquitur, quam fere decebat, titillans animum laſciuientibus dictis, cum operis exactio illi omnibus modis eſſet prohibita. *Redargui* argumentis conuicti: *Quod ſi* (caſtra talia) *inueniuntur, redarguti in conſpectu tuo a mendacio erubeſcemus.* Paullo ante Mahonium Roberti perperam iterato in Mahometem mutauit Ioannes Piſtorius. Idem nomen conſceleratiſſimum perperam in *Bahumeti* uocabulum ter quaterque legitur commutatum, penes Raimundum Agilaeum cap. L. & LXXIII. Mahomum habes & apud Guibertum abbatem lib. I. cap. VII. & cap. VIII. lib. V. cap. X. Mathemates uitioſe legitur in Gauterio cancellario, cap. XL. & ante alibi. Fuit autem nomen idem uulgo etiam aliis datum, ut puero cuidam apud Albertum Aquenſem lib. V. cap. XXIV. & cap. XXXII. *Ingenium* ſignificat *ſtrategema.* cap. VI. *Si Deus alicui hanc ciuitatem per aliquod ingenium dare uellet, dicite, an ueſtra auctoritas eam ei concederet?* Ita *ingeniare* urbem, apud auctorem primum. Sed opus non eſt repeti ea, quae ubertim dicta ſunt, ad Gulielmum Britonem lib. VII. V. CLVIII. *Ambitio*, deſiderium, eodem capite: *Nul-*

*Planctus uiduae indecorus.*

*De ſe.*

*Redargutus.*

*Ingenium.*

*Ingeniare.*

*Ambitio.*

*Nullum noſtrorum propter ambitionem urbis Antiochiae de terra ſua exiuit.* Sic *ambitioſus* rerum alterius, earum uehementur cupidus.lib.VI. cap.V. *Tum Corbaban ſubridens ait: gens eſt praeſumtuoſa, & alterius iuris nimis ambitioſa.* De Fulcherio Carnotenſi milite, quod mox memorat Robertus, neſcio an de Capellano illo Baldevvino, cuius commentarium harum rerum etiam habemus, ſit capiendum. Ipſe quidem ſe captae Antiochiae affuiſſe, cumque primis occupatoribus, indicat cap. IX. ut liber a Iac. Bongarſio eſt diſtinctus. Sed talia ille non iactat, qualia commentatur hic Robertus. Quid uero de ſe alioquin auctor ille poſteris tradat, uidere potes, noſtrae diſtinctionis capitibus V. XXV. XXXI. XXXVIII. XXXIX. XLII. LV. LXI. XCI. *Retardare*, reſilire, mutare propoſitum, deſignat lib V. cap.VIII. *Interea Fulcherius, qui cum iuuenibus LX. armatis adſcenderat, duos fratres Pyrrhi interemerat: quod licet Pyrrhus non ignoraret; tamen a promiſſo fidei pacto non retardauit. Cometa* genere faemineo, ſeu ſecundo mox legitur. Quod mutandum non eſt, licet exemplum nunc non ſuppetat. Porro lib. VI. cap.I. *Si quid ex fide per fidem promittitis, absque ulla contradictione perficite.* Geminatio uocis fidei, chriſtianae religionis conſiderationem infert. *Si quid*, inquit, *ſecundum fidem chriſtianam, aut ad eam ſpectans, promittitis, omni alia re neglecta, ſeruandum eſſe ſciatis.* Inuaſores Antiochiae Turcos dicit mox, quia paucis ante annis habitatores ueteres ii eiecerant, ſeque illorum loco in poſſeſſionem immiſerant. Vnde notata ad Albertum Aquenſem. *Sopiebantur* mox *dormiebant* ualet, *innoteſcerent*, notum facerent. Nec mutanda eſt lectio.

*Ambitioſus.*

*Retardare.*

*Cometa generis foemin.*

*Sopiri.*

lectio, cap.II. eiusdem libri ſexti: ſed illi, reſumtis uiribus, turri ſatis eminentiores, ſagittas & ſpicula, inſtar grandinis, deſuper immittunt, ita ut noſtris minime licuerit, contra eos pugnare, ſed ſe clypeis cooperire & armis defendere cogebantur. Inepta lectio. Quomodo enim ſe armis defendere dicantur, qui, repugnare non potuiſſe, modo ſunt perhibiti? Emacula - ſed ſe clypeis cooperire & muris defendere cogebantur. - Veritatem emendationis docent etiam

*Diuortium.* uerba ſequentia. *Diuortium* ſtatim poſtea eſt ſpatium diſcedendi; quomodo loquuntur etiam alii hoc genus auctores. Sequentia obſcura ſunt, ſenſum tamen hunc habent, cadauera caeſorum in uiuos procidentia animam non paucis eorum eliſiſſe. Leges tamen melius - in corpore mortem apparabat. Extinctus nimirum mortem inferebat ſuperſtiti, cadendo

*Sagittari.* in ipſum ſtantem deſuper ex muro. *Sagittari*, ſagitta feriri. cap III. *Boamundus grauiter ſagittatus eſt.* Sic lib.I. cap.I. lib. III. cap. IX. lib. IV. cap. XI. lib. VII. cap. VII. lib. VIII. cap.III. &c. Baldricus Dolenſis, lib. I. cap. X. Ibidem de heroe unico: *Ille ut uidit, ſe ſolum eſſe derelictum, tamen in ſe animum gerens inuictum, ut urſus inter moloſſos coepit ſe utrinque defendere.* Bona lectio. Piſtorius edidit - coepit ſe, ut ut potuit, defendere. Magis placet illud. *Tormentum ſuis interfactoribus fuit, qui inſtar lapidis e tormento ſe in eos cum omnibus armis proiecit.*

*Caro.* *Caro* mox omnem hominem notat, locutione ſcripturae: *Non eſt lingua carnis, quae ſatis ualeat enarrare, quod Francorum manus ibi ualuit peſſundare.* - Non inſcita ſententia eſt, quae ſequi-

*Gnome.* tur; *Citius acquiſita [illegible]leſcunt, diu deſiderata carius*

*us ampleƈtimur.* Cui ſimilis apud Petronium. *Nolo, quod cupio, ſtatim tenere: nec uiƈtoria mi placet parata.* Item Proſperum Aquitanum in epigrammatis. *Gratior eſt fructus, quam ſpes productior edit. Vltro obiectorum uilius eſt pretium.* Eadem ſententia Philodemi epigrammatum poetae in uerſibus nondum editis; - ȣ γὰρ ἕτοιμα

βȣ́λομαι, ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.

*Lis* bellum notat eodem cap. III. *Nox interueniens litem diremit.* Vnde ad Gulielmum Britonem, lib. VIII. v. XXXIV. Eodem lib. VI. cap. IV. De Agulanis, *erant ibi millia, qui nullam armorum copiam, niſi ſolos enſes, geſtabant. Agulani* ſunt Cataphracti, Guibertus abbas, lib. V. cap. VIII. retinens eadem iſta Roberti uerba. *Agulani neque gladios, aut ſagittas, nulla penitus arma formidant, quia omni ex parte; tam ipſi quam equi eorum, ferro adoperiuntur.* Vide & Baldericum lib. III. cap. I. *Curtorum* gentis apud eoſdem ſcriptores ibidem exſtat mentio. Hauſerunt omnes omnia ex primo auctore Bongarſiano cap. XXI. pag. XV. Vbi nihil tale de equis Agulanorum, quale hic tradit Robertus; itaque huius uerba mendoſa eſſe, non fruſtra ſuſpicamur: quamuis eam lectionem retinemus, tamen omnia ipſius exemplaria. *Luxuriari* eſt quocunque modo laſciuire - *Lanceas & gladios in altum eiicebant, & in manibus recipiebant ludentes & luxuriantes. Sic luxuriae enormes*, omne genus efferarum petulantiarum, apud Guibertum abbatem lib. II. cap. X. Eodem capite *fures* ſunt milites, qui in inſidiis latuerant ibidem: *Cumque noſtri tranſirent inſidiarum locum, fures de cauernis ſuis exierunt, eoſque a tergo inuaſerunt.* Cap.

Lis. Agulani. Curti. Luxuriari. Luxuriae enormes. Fures.

V.

V. *Senſadolus autem, filius regis Antiochiae, nuper defuncti, ierat ad Corbanan, ſupplexque ad pedes eius corruit, rogans, uti ſuis miſereretur, & contra Francos adiuuaret, qui patrem eius occiderant, & de incluta urbe exheredauerant.* Scribe - & ſe incluta urbe exheredauerant. Ipſum nempe Senſadolum. Porro ſtatim: *Non habebat refugium, niſi in ſolo urbis oppido, quoniam iam tota ciuitas Francorum ſubiacebat imperio.* Loquitur de caſtello Antiochiae, paullo ante deſcripto; & ita illi reſpondet Corbahan: *caſtellum, quod adhuc habes, redde in manum meam - Itaque eiecto oppido*, ſcribendum hic - in ſolo urbis praeſidio - *ſuſcipere regnum* ab aliquo, eſt in feudum inſtar uaſalli ab eo recipere, eumque eo nominé dominum agnoſcere *Pannoſa* gens mox pauperem & deſpicabilem notat: - *Vt uideas & agnoſcas, quibus armis illa pannoſa gens conetur nos & fines noſtros depraedari.* - Iuuenalis Sat. X. - *pannoſus uacuis aedibus ulubris.* - Gloſſarium uetus - *Pannoſus, mendicus, ſpretus* Philoxenus & Cyrillus Gloſſarii τρίβωνον eodem ſenſu interpretantur. Omnia autem Roberti iſta ſunt hauſta ex auctore praecedenti. Prouerbium non eſt ineptum, ſi rectis uerbis concipiatur, quod ſequitur eodem quinto capite: *Rumores, quos de Francis audieratis, non ſunt illius generis, cuius audiſtis, quia nec luxus tantus efficitur, quantus & clamor, qui eum ſubſequitur.* Scribendum uero - quantus eſt clamor - Abuſio, deceptionem, errorem, denotat.

*Suſcipere regnum ab aliquo.*

*Pannoſa gens.*

*Abuſio.*

CAP. VI. *Haec Corbanam locutus, in ſuperbia & abuſione, quae ei conuerſa ſunt in ignominiam & confuſionem.* Id eſt, illuſione ſui ipſius & Dei, nempe peccato. Guibertus abbas, lib. VII. cap. XLIII. uulgaris diſtinctionis: *At is, digna ſibi admo-*

*modum animi affirmatione, tantae nefas abuſionis abiiciens, penitus uel audire perhorruit.* In eodem capite ſermone matris ad filium Corbahan: *Si legiſſes ſcripta omnium prophetarum & antiquorum ſapientum, profecto non ignorares; quia ipſe eſt omnipotens & Deus deorum omnium.* Excidit aliquid, quod indicat, Deum chriſtianorum eum Deum eſſe, qui ſit ſuper omnes. Itaque legendum - quia ipſorum Deus eſt omnipotens & Deus deorum omnium. *Exterminare* eſt extra terminos detinere, aditu prohibere in his: *Non eſt, qui poſſit chriſtianam gentem auertere, nec eſt qui eam ualeat amplius exterminare.* Raro uſu tali apud alios auctores. Ita mox & in reſponſione Corbahani capienda haec uox. Inibi legitur. *Dic mihi mater: Hugo Francorum Vexillarius, & Apulienſis Boamundus, & gladiator Gotofredus, ſunt ipſi Dei eorum? Nonne-ſicut & nos, aluntur corporali cibo? Nonne eorum caro, ſicut & noſtra, poteſt incidi ferro?* Hugonem magnum dicit, regis Francorum fratrem, quem praecipuum ex omnibus chriſtianis nominauit pagina praecedente. Gotofredum *Gladiatorem*, ob immanes ictus, quos gladio confecit, quorum fama longe lateque uolabat. Et eſt conuitium *latronem* ualens. Vt apud Baldricum Dolanum. lib. I. cap. XIV. *nequaquam peregrinos ſed gladiatores & tyrannos.* Mitigat autem his uerbis, Corbahano affictis, fabularum immanitatem Robertus, quae de principibus Francorum alioquin ferebantur. Boamundum nimirum ex iis & Tancredum Deos eſſe, & comedere in ſingula prandia duo uaccarum, & quatuor porcorum millia, ſicut recenſet auctor primus collectionis Bongarſianae, cap. XXII. pag. XVII. Colloquio pariter

*Exterminare.*

matri

matri & Corbahano affiĉto, unde ſua de more Robertus exſcribit. CAP, VII. *Ruinae mundi* ſunt defectus ſiderum & oſtenta, per ſpatia caeli oblata. Ibidem: *Cum aſtrologis ſiderum curſus, ſeptem ſcilicet planetas, & duodecim ſigna ſapienter contemplata ſum, & quicquid* phyſicaculari *poteſt cum aruſpicibus extis & armis pecudum, cum ſortilegis ſortes temperauit & omnia in unum concordant.* Scribendum-*phyſiculari.* Et peſſime omnino Iohannes Piſtorius, qui omnia immutauit, legendo - phyſica ſpeculatione intelligi poteſt. Vuſus autem eſt uerbo Appulei, & Martiani Capellae; Illius haec ſunt in libro de Deo Socratis: *Eorum de numero praediti curant ſingula, proinde ut eſt eorum cuique tributa prouincia, uel ſomniis conformandis, uel extis phyſiculandis, uel praepetibus gubernandis, uel fulminibus iaculandis.* Apud Capellam legitur - *Haec aruſpicio exta phyſiculant, quaedam admonentia.* Item. *Phyſiculatis extorum profiſciis.* Ita eo loco ueteres editiones & ſcripta exemplaria, nec neceſſarium uidetur, mutare quippiam, ut uoluit olim Ioſ. Scaliger, commentario in appendicem Maronianum; quanquam reuocauit is fere ſuam ſententiam. In adſcriptis porro Roberti ueteris ſcribendum eſt - *exſtis & aruinis pecudum.* Deinde ſortes *temtaui*, uel ueteri more - *temptaui* - ſcribendum autumamus. Et eam ſcripturam nunc uideo promulgaſſe etiam Piſtorium. *Famem* mox omni hoſte crudeliorem dicit, qua de re uide notata ad librum primum beati Auguſtini, de ciuitate Dei, commentario ſexageſimo noſtrorum aduerſariorum. Mox: *Et frondes arborum, & radices raporum ſylueſtrium; haec omnia coquebantur.* Nihil certius, quam ſcribendum - *& ueprium*

*Ruinae mundi.*

*Phyſiculari.*

*Famis crudelis.*

*prium ſilueſtrium* - I. Piſtorius edidit abſurdi-*ua-porum*. Dicas errorem eſſe typographicum, & *edendum fuiſſe* - *raporum*. Haud dubio tamen uera eſt noſtra emendatio. *Diſſipator ſubſtantiae* eſt homo prodigus. *Diſſipare ſubſtantiam* - ſuas prodigere facultates, ueteris nouique teſtamenti locutio eſt, CAP. VIII. Sequitur: *Aliqui de noſtris militibus immoderate preterriti, fuga in ipſa nocte elapſi ſunt. Qui iſti*, uel eorum ſaltim principes, fuerint, indicat auctor primus Bongarſianorum, ſupra in eius collectione, pag. XVII. Quod manus ſuas *decoriauiſſe* eos dicit Robertus: - *fuga in ipſa nocte elapſi ſunt, funibus ad propugnacula ligatis, quibus manus ſuas omnino decoriauerunt* - ex eodem auctore ductum eſt. Nocte, inquit, *latenter demiſſa ſunt per murum, fugientes pedibus contra mare, ita ut neque in manibus neque in pedibus remaneret aliquid, niſi ſolummodo oſſa*. Potentatus, ditio, poſſeſſio tyrannis. Mox. *Illi autem dolentes in mare ſe miſerunt, & Turcarum ſe potentiis ſubtraxerunt*. Vnde multis aduerſar. lib. VII. cap. XXIV. Sequenti nono capite, eoque ultimo libri huius ſexti, perperam quaedam mutata ſunt editione Ioannis Piſtorii. De Stephano Carnotenſi, comite fugitiuo ab exercitu chriſtiano, inibidem legitur, uerbis Widonis militis, quam fratrem Boamundi uocat auctor primus, cap. XXVII. *O Deus! ſi, iſte nugaciſſimus & fugitiuus comes quod attulit*, uerum eſt, quid amplius erit de uia ſepulcri tui? Nugax hominem puſillanimem notat, & forti opponitur. Ita mox infra: *Imperator conſilio eius noluit aſſenſum praebere, uerbis fugacis fugitiuique comitis nimium credulus, ſed retro deſtinauit abire*. Ita ueri cordatoque homini opponitur a Marco

*Piſtorius notatus.*

*Diſſipator. ſubſtantiae.*

*Decoriare manus.*

*Potentatus.*

*Nugax.*

Caelio lib. VIII. Famil. Ciceron. Epiſt. XV. *Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. (Pompeium) uidiſti; qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commouit? Ecquem autem Caeſare noſtro acriorem in rebus gerendis aut legiſti aut uidiſti?* Quo loco uocem *Pompeium* uirgulis merito incluſimus, utpote duobus priſcis libris abſentem, & minime neceſſariam omnino, cum Cnaei nomine ſimpliciter ſaepiſſime Pompeius intelligatur. Et ſunt alioquin illae Caeliolae epiſtolae mendis adhuc inquinatiſſimae. In fine libri: Sic igitur noſtri omni humano ſolatio deſtituti ſunt, & per XX. *fere dies cum hoſtibus & fame, cum gladio & penuria, indeſinenter decertauerunt.* Non ſolent hi auctores rebus geſtis ſuorum aliquid demere, ſed addere potius, quae poſſunt. Itaque XXX. *dies* ſcribendum arbitror. Exceſſit enim haec chriſtianorum intra Antiochiam afflictio numerum hic deſignatum. Viginti enim & ſex dies præciſe deſignat auctor primus, qui ipſemet rei geſtae interfuit. cap. XXVI. pag. XIX. Et Baldricus archiepiſcopus ipſos XXXVI. lib. III. cap. XII. Ipſe noſter diem unum adiicit, tres ſeptimanus nominans, lib. VIII. c. II. Quem tamen & ipſum locum ad hanc notationem corrigendum arbitramur.

## AD LIBRVM VII.

Hactenus ex aduerſariorum commentariis inibi adnotata deſcripſimus. Nunc, finitis commodum iis notis, auctorem preſſo pede ad ſuam ſeriem ſequemur.

CAP. I.

CAP. I.

IAm *ciuibus Antiochenis.*) Vides Robertum iſtum ſcripſiſſe, rebus Antiochiae adhuc ſub chriſtianorum imperio florentibus.

*Vitae diffiderent, omniaque mortem intentarent.)* Sic ſcribendum. Et nota eſt imitatio poetae, Aeneide. I. Peſſime uero editio Ioannes Piſtorii, quae Bongarſianis marginibus aſſcripta argumenta, uerſibus conſcripta, adiicere ſuis neglexit.

*Vt cuidam ſacerdoti ſuo appareret.*) Optima lectio, quam & membranae nobis collatae agnoſcunt. Male idem Piſtorius - quaedam ſac. ſuo aperiret.

*Suae ſanctae caſtae genitricis dormiret.)* Scribe *caſte dormiret* - Male iterum Piſtorius, uocem *caſtae* penitus omittens.

*Cui paſtoratum ouium ſuarum dedit ipſe dominus.)* Suo nimirum loco. Et ſic membranae. Male iterum Piſtorius-*primatum ouium ſuarum* - Cum non *ouium* ſed *paſtorum principem* B. Petrum loquatur Robertus. Et ſane conſonat noſtra ſcriptura ipſis ſaluatoris uerbis- *Paſce oues meas* &c.

*Sordidari.*) Contaminari. Cyprianus lib. de unitate eccleſiae, cap. IX.

*Decreditis.*) Sic ſupra lib. IV. cap. VII. *Si adhuc mihi decreditis, iurabo, quod citius ad uos redibo.* Contra *accredere* ſignificat apud Gunterium cancellarium, cap. XXXIV. *Decertere. Recredere.*

CAP. II.

*Iuraret.)* Iuramenti ſupra ſanctorum euangeliorum codicem exempla plurima ſunt in media antiquitate, & ubertim ea alibi adnotata ſunt. Iſthic ſaltim indicabimus, quandoque ta e iuramentum praeſtitum, codice eo capiti applicito. Gobelinus, Perſona in Coſmodromio, anno

DCC XCIX *Carolus Leonem papam coram omnibus ſecum, euangelio capiti ſuo applicato, de criminibus ſibi obiectis pleniſſime purgantem, in ſedem ſuam reſtituit. Et iurabatur etiam ſuper toto bibliorum uolumine, cuius medio euangelia inſeri ſolebant.* Menander protector in excerptis legationum: quo loco & ceremoniae deſcribuntur. *Tum quaeſiuit ex ipſis, quid eſſet, quod ſanctum, quod religioſum ducerent, per quod iurantes, ſi fallerent, ſe Dei iram minime euitaturos crederent. Qui in Singidone urbe ſummam ſacrorum poteſtatem habebat, ſtatim ſancta biblia, quae in medio continebant ſacroſancta euangelia, protulit. Et ille quidem, occultans ea, quae mente uoluebat, multo cum tremore, & magna cum reuerentia prae ſe ferens ea ſuſcipere, procedit e cathedra, tum alacri & promto animo in genua prouolutus, iuro,* inquit, *ſecundum proferentem, in uerba, quae habentur in ſacris Dei cartis, me in nullo eorum, quae probata ſunt, mentiri & fallere.* Vide alia in commentario ad Papinium, lib. V. Thebaidos, v. CCC XXIX.

*Bone uir.* *Bone uir*) titulus hominis ignoti. Auſonius ad lectorem.

*Adſcripſi, ut noſſes, bone uir, quicunque fuiſſem.*

Pluribus alibi.

De lancea *dominica* legendi & componendi ſunt autores caeteri. Res noſtro animo, perpenſis circumſtantiis, omnino fabuloſa uidetur.

CAP. III.

*Vaticinari.* *Vaticinari coeperunt.*) Coniectura rem perpendere.

*Ad praelium concitabant.*) Continuis ſuis incurſionibus, Turcos dicit.

*Placuit ſenioribus.*) chriſtianorum.

*Potuit extrahere.*) domibus Antiochiae occupatis.

*In*

CAP. IV.

*In ſe ipſam reuerſa eſt flamma.)* Ab eodem uento exſtincta, a quo fuerat concitata. Etiam naturam ignis tangendo admodum bene locutus eſt.

*Superbae continentiae.)* Gallica locutio. Orgeuilleuſe contenance. Continentia habitum, geſtum, ſtatum denotat. *Continentia*

*Temulenta audacia,)* temeraria, uelut ebria, ita inconſulta. Sic temulenta multitudo. Infra lib. VIII. cap. II.

*Eosque omnes iniuria affectos.)* Melius membranae - *incolasque omnes* - -

*Ratiocinaremur)* argumentis contenderemus, diſputaremus. *Ratiocinari*

*Eſſe debet.)* Scribendum - *eſſe debeant* - De terris enim loquitur.

*Voluptuoſa uoluntas.)* *Voluntas* omnia ex ſubitu citra rationem agendi. *Voluptuoſas*

*Determinata pugna.)* Certis terminis circumſcripta. Hoc eſt pari pugnantium numero definita. Hanc enim ſententiam eſſe, indicant alii ſcriptores. Vt Albertus Aquenſis lib. IV. cap. XLV. Qui uiginti tirones nominat. *Determinare.*

CAP. V.

*Sermonis mediator.)* Heluinum dicit, per quem, Turcicae linguae peritum, loquutum intelligas Petrum eremitam. Vide auctorem primum. *Sermonis mediator.*

*De omnibus equites faciemus.)* Omnes equeſtri dignitate decorabimus. Eſt locutio Germaniſmum referens. Res eſt apud auctorem primum, cap. XXIIX.

*Heluinus.)* Ita uocant hunc hominem membranae etiam, & auctor primus cap. XXVIII. *Herlevvinum* editio Joannis Piſtorii &c.

*In proximo eſt noſtra ſalus.*) Pariter loquimur in ſinuis, ubi Caliſtone defuncto ſe praecipitans Melibaea, parentes ſuos extremum alloquitur.

- - *Mihi adeſt mea proxima finis,*
*Proxima noſtra quies, tuus eſt dolor. Hora petitum*
*Solamen nobis dabit ultima, ſed tibi planctus.*

*Perſona.* *Nullius perſonae homines.*) Nullius reſpectus, nec dignitatis. Pulcra locutio. Sic uir ſapiens & *perſonatus* tali opponitur. cap. XV.

*Procesſionare.* *Proceſſionando.*) Proceſſiones ſollemnes ſacras frequentando. Auctor primus. cap. XXIX. *Tandem triduanis expletis ieiuniis & procesſionibus celebratis, ab una eccleſia in aliam de peccatis ſuis confeſſi ſunt & abſoluti. &c.* Eius ipſa pene uerba exprimunt & iſte & alii ſequentes auctoros.

CAP. VI.

*Aquitanicum quemdam.*) Mirum unde hauſta ſit haec hiſtoria. Nec enim apud primum auctorem eius ueſtigium exſtat. *Puto fictam* in inuidiam odiumque comitis Raimundi, cuius populares etiam alibi in his hiſtoriis leuitatis notantur.

CAP. VII.

*Bellum* *Francorum gentis erat bellum.*) Victoria; ex locutione affectata ſcripturae. Sed commodius legas - quia Francorum gentis erat uictoria, ſibi uero bellum ceſſerat in contrarium. I. Piſtorius totum hoc alterum commation omiſit. Ego Robertum ſcripſiſſe puto, ſicut hic nos adſcripſimus.

*Quoniam tracta ſagitta.*) Hoc eſt ſagittis emiſſis, nec illico fugientibus hoſtibus, fugiunt Turci. Elegans locutio. Peſſime uero I. Piſtorius, qui edidit inſcitiſſima mutatione; Et

*nos*

*nos bene noſtis ipſorum praelia, quoniam caſtra eorum plus in fuga quam in pugna confidunt.* Male ſit malignis his correctoribus. Non dubito, plura talia in eius editione commiſſa eſſe, quae omnia equidem perſequi non uacat. *Trahere*, peculiare ſagittantis uerbum, ut mox. Ita *tirer* hodie Gallis. Intelligit id, quod infra lib. VIII. cap. III. pronunciat *poſtquam gladiis agitur pugna, inutilis eſt & arcus & ſagitta. Tractis ſagittis* fugere uolunt Turcae. Infra lib. VIII. cap. XI. *Trahere, ſagittas emittere* Lib. IX. cap. X.

*Hoc priuilegium.*) Gerendi nimirum uexilli uniuerſalis. Ia uexillarius Francorum uocatus eſt ſupra libro ſexto, capite ſexto. Poteſt & nomen *magni* alludere.

*Partem diuiſam.*) Hoc eſt ab aliis ſeparatam. Vt in Virgilio.

\- - *toto diuiſos orbe Britannos.*) Id eſt a continenti ſeparata.

*Quaeſiuit in bello bellum.*) Acute. Voluit confligere cum hoſte, ſed illo retrocedente non potuit. Ouidius - *inque epulis epulas quaerit* - Plura ad Papinium, & alibi. *Ferreus* hoſtis contumax, cadere neſcius. Ferreus Hercules apud Lucianum, pro imaginibus: *ἀλλὰ πῶς ἐκήνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν γλαῦκον; οὐδὲ πολυδεύκεις βίαν φήσας ἀναταίνασθαι ἄν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας, οὐδὲ σιδάρεον Αλκμάνας τέκας. Ferrea foemina, ferreus exercitus*, alibi ſunt notata. *Ferreus.*

*Dicto citius.*) ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. Vnde Commentaria ad Claudianum.

*Dux ducum Gothofredus.*) Vt rex regum Agamemnon. De quo alibi ad Velleium Paterculum. Ita mox. In uerſibus margini appictis:

*Currit in auxilium Boamundo belliger Hugo:*
*Quem ſequitur iuuenis Gotofridus, clarus in armis.*

inepte uocat iuuenem, nec puto ſanam eſſe ſcripturam. Fuit enim his rebus incidentibus pene quinquagenarius Gothofredus. Sic *ducem ducum & militem militum* uocat lib. 8. c. X. Item libro IX. cap. III.

CAP. VIII.

*Et bene dicebat, ut illic currerent Gothefridus & Hugo.*) Haec ſcriptura eſt etiam membranarum. Scribendum tamen - *ut illic curarent Gothefridus Hugo.*

*Erat enim unus ab altero, quaſi alter idem, unam habentes in ſe amicitiam.*) Contaminata & haec uerba. Scribe - *erat enim unus ad alterum, quaſi alter idem, unum habentes in ſe amici animam.* Plurimi ſcriptores ſic de uera amicitia loquuntur. Vid comment. ad Papinium, lib. X. v. DCCXXII.

*Animam commendare.* *Animam commendauit.*) Id eſt *tradidit.* Vide ad Albertum Aquenſem.

*Blemenſis Gulielmus.*) In Piſtorii codicibus *Guilerinus Benienſis* nuncupatur hic heros. Ei, nobis uolentibus, hac in parte aſſentiuntur membranae. Gulielmum Blenenſem, alias Benenſem, agnoſcit in catalogo Bongarſius.

*Hoſtes ſupereminens.*) Scribe-ſuperimminens.

*Taediare.* *Poterat taediare.*) Id eſt languorem inducere. Non mutanda ſcriptura. Peſſime edidit I. Piſtorius: - & tam longi certaminis prolixitas fatigabat noſtros. Hoc eſt egregie corrigendis auctoribus praeeſſe, ſcilicet! Tertullianus aduerſus Iudaeos, cap. XI. *Dabit tibi Deus cor taedians, & tabeſcentem animum, & oculos deficientes.* Locus ſcripturae eſt in cap. XXIIX. Deuteronomii, ubi *cor pauidum* habet uulgata uerſio. *Nu-*

*Numerabilis exercitus.*) Conſpicuus, numerari de longo ualens. Multa de uſu huius uocis non uulgari in ſecunda Claudiani recenſione ad IV. Conſ. Hon. Complentur autem hic, quae praedixit cap. VII. *Ademarus epiſcopus Padienſis.* Licet & prophetiam & eius expletionem figmentis adſcribere forte ſit ſatius. *Numerabilis.*

CAP. IX.

*Vt etiam nec ſua bona.*) Melior ordo verborum in membrana: Ita ut etiam ad ſua bona, quae reliquerant, nec reſpicere auderent.

*Digna morte peremtus.*) militari, ut miles, quem aegrotum ſuper ſtrato exſpirare, indignum erat glorioſa ipſius ſenectute.

CAP, X.

*Centum millia equitum.*) Manuſcripta membrana - ferme centum mill. equ.

*Quia nulli in tam breui tempore.*) Scribendum cum eodem. uet. libro-nullibi.

*Contemplatio uultus illius.*) Notandus omnino locus, & addendus reliquis ſummi ſuo ſeculo antiſtitis commendationibus. Similia de grauibus uiris, ad populum uerba facientibus, apud Virgilium aliosque.

*De noſtris uexillis.*) Signum deditionis & tutelae. Vide notata ad Albertum Aquenſem, pariter his diebus recenſitum. Infra lib. VIII. cap. X.

CAP. XI.

*Ille uicino pede legationi ambulauit.*) Affectata locutio, indicans, Boamundum legationem Admiraldi ueſtigio ſecutum eſſe. *Corrupit* pro lubitu I. Piſtorius, & repoſuit. *Ille feſtino pede ambulauit* - Inconſulta audacia.

*Quod cum de caſtelli.*) Dele uocem - quod.

*Qui eam incaptiuauerant.*) Ita & membra- *Incaptiuare.*

G 5 nae,

nae. Quare male iterum Piſtorius correxit, qui *eam in captiuitate tenuerant.* Quatuordecim annos Turcos Antiochiam tenuiſſe, ad Albertum Aquenſem notatu memini.

CAP. XII.

*Conſiliare.* *Conſiliauerunt.*) Peſſime & hanc ſuam locutionem Roberto Piſtorius abſtulit, reponendo-*conſilio ſtatuerunt.* Baldricus lib. IV. cap. X. *Conſiliati ſunt principes, quomodo euntes & redeuntes tutos facerent, qui e nauibus neceſſariae deueherent? Eucherius Homil. S. Stephani. Neque enim aliter Iudaei Chriſtum dominum occiderunt, niſi conſiliando, accuſando, & damnando.* Et ante. *Inter templum & altare Chriſti mortem inter ſe conſiliati ſunt.*

*Imperator Vulpinus.*) Vide aduerſarior. lib. CXXXIIX. cap. VII.

*Terminari* *Terminarent.*) *Id eſt determinarent.*

*Erumpit latices.*) Ita uerbo hoc aliisque paribus utitur Auienus in Periegeſi.

CAP. XIII.

*Inimicari.* *Turcis inimicabatur.*) *Infenſus erat.* Vtitur hac uoce & lib. IV cap. V. Pesſime mutauit Ioannes Piſtorius, edendo-inimicus erat. Vtitur & Baldricus lib. I. cap. XIV. & XV. lib. II. c. IV. c. XVIII. c. XXIV. lib. III. c. XXII. c. XXVII. lib. IV. c. XVI. Albertus Aquenſis lib. VII. c. IV. &c.

*Alligare.* *Alligauit ſibi militum.*) *Deuinxit.* Pesſime mutat idem Piſtorius. Saepius ſic loquitur B. Auguſtinus. Et ſubeſt Gallicismus.

*Perendinare.* *Perendinatis diebus.*) otioſe conſumtis, extractis. Sic infra lib. VIII. c. VI.

*Quia in fugam uerſi.*) Scribendum cum uetere libro - *Quin in fugam-*

*Cauma.* *Cauma aeſtiuum.*) Sic uocant feruorem magnum, oſtentatione doctrinae. Gulielmus Tyrius

rius. lib. III. cap. xvi. lib. x. cap. viii. lib. xvi. c. ix. lib. xxii. c. xvi. Auctor in incertus expeditione Aſiatica Friderici Barbaroſſae. *Peregrini laborioſe gradientes nimio caumate laborabant.* Iſidorus Orig. lib. xix. cap. xxv. *Theriſtrum pallium muliebre, dictum quod in aſtu & caumate corpora mulierum protegat.*

*Patriae illius.*) regionis. *Patria.*

*Captiuauit.*) Spoliauit, & captiuis ductis incolis depopulatus eſt. De Podienſis epiſcopi facto lege Raimundum Agilaeum, & Fulcherium Carnotenſem. *Captiuare.*

*Cenſura diuini iudicii.*) Singulari ordinatione & conſtitutione diuina. *Cenſurae.*

*Munditiam corporis.*) Hoc eſt abſtinete libidinis omni genere.

*Orabit pro ſe.*) Ipſa ſcilicet eleemoſyna.

CAP. XIV.

*Viſi ſunt capite plecti.*) Capite plexi ſunt. Vide Iſaaci Caſauboni commentaria ad hiſtoriam auguſtam.

*Perſonatus*) Perſonae uir conſpicuae. Vt ſupra, cap. V. huius libri. *Perſonatus*

*Vtraque ſcientia.*) Seculari & diuina.

## AD LIBRVM VIII.

### CAP. I.

ALiter libros huius ſctiptoris concipit editio ſaepius iam notata *Ioannis Piſtorii.* Nos ſequimur librum a Iacobo Bongarſio, magni in plerisque iudicii uiro, editum, cum quo conſpirant fere membranae noſtrae. Vide eius prolegomena in editione Hanouiana.

*Qua-*

*Quaqua uerſum aeſtiuarant.*) Male omiſit haec uerba Piſtorius.

*Diuidere, Deuiſer.* *Inter ſe diuiſerunt.*) Claris litteris ſeruant hanc lectionem etiam membranae. Piſtorius,-*diffinierunt*. Nos non audemus rigide conſenſui ueteris lectionis contradicere. Agnoſcimus autem uerbum Gallici idiotiſmi - *deuiſer* - Quod eſt diſceptare, diſſerere, conferre &c. Sic *maſſacratio* legitur infra. cap. V.

*Domeſticus* *Domeſtico affatu.*) Priuato, familiari. Ita lib. VII. cap. XI. *Boamundus ad iam domeſticum regreditur gentilem.* De Antiochia mixta mox falſa ſunt ueris; qualis hodie ſit, legere potes apud Petrum Bellonium. &c. Sunt autem omnia iſta ad ſeriem, immo & pene uerba ipſamet, ex primo Bongarſiano auctore transſcripta, quem adhibe. pag. XXIII. Sic *domeſticum fugae reddere*, lib. VIII. cap. VII. *addictum*. Ita lib. IX. cap. II.

CAP. II.

*Gens aduerſa.*) hoſtilis, *bellicoſa*. Supra lib. V. cap. II.

*Qui portae ciuitatis propinquior fuit.*) Peſſime ſcriptori huic hic etiam conſuluit Piſtorius, totam hanc geminatam periodum omittendo. Vt acuta & ſeria ea non ſit, pro auctoris tamen ingenio commoda eſt; & hilaritatem ſcribentis in iocoſo ſermone poſteris commendat. Quae eximere boni hominis ſcripto, poſt tot ſecula, equidem inexcuſabilem inſcitiam puto.

CAP. III.

*Diurna lux.* *Cum in craſtinum diurnae luci ſolis ſe iubar immiſcuit.*) *Diurnam* lucem *auroram* uocat; & ſic diei exortum a ſolis iubare ſeparant poetae, ut uidemus in primae diei apud eos deſcriptionibus. Male & contra libros iterum Piſtorius, qui *diuinae*

*nae* repoſuit. Qui eo tamen excuſari poterit, quod, *die dominica* urbem captam, infra Robertus teſtatur. cap. v. lib. viii. Sed ita *auroram a die ſeparat* etiam infra, lib. IX. cap. XII.

*Vtque dies terris, aurora praeueniente,*
*Redditur, exſurgunt, & iter captum properarunt.*

*Arietes.*) Notabilis eſt deſcriptio & uelut depictio arietum. Vide Procopium Haeſchelii.

*Rotas impingebant.*) Id eſt in circuitum compellebant..

*Ignem Graecum quo eam arderent.*) Male hunc etiam locum corrupit Piſtorius, reponendo *eam incenderent*. Ardendi enim uerbo ea ui ſecundum ſuum ingenium, uſus eſt Robertus. Sic loquitur etiam auctor primus. cap. I. c. II. & X. Pariter & Witechindus Saxo.

CAP. IV.

*Spiritu buccinandi.*) Velut diuino quodam dono. *Buccinandi ſpiritus.*

*Sacerdotes & Leuitae.*) Per Leuitas concentores intelligit. Corippus. *Leuitae.*

*Et Leuitarum uenerabilis ordo canentum.*

*Concito* in uerſiculis ſequentibus notat *illico*. *Rei* ſunt gentiles, Deo aduerſarii, ut ſaepius apud Abbonem in obſidione Lutetiae, aliosque. *Concito. Rei.*

*Concito uitalis calor oſſa reliquit eorum*
*Frigidus atque pauor poſſedit corda reorum.*

Supra lib. III. c. IV. & VIII.

CAP. V.

*Pacta autem eſt maceratio haec Turcorum.*) Ita & lectio uetus ſcripta procul autem dubio legendum *maſſacratio* Gallico uerbo, cui ſimilibus aliis uſum Robertum, iam adnotatum eſt. Piſtorius iterum peſſime mutauit *facta autem eſt haec* *Maceratio vel Maſſacratio.*

*haec clades Turcarum.* Peſſime omnino. Ita infra libro nono, cap. IV.

## CAP. VI.

*Societas.* *Societatem.*) exercitum Albertus Aquenſis multis locis, ut & ad eum nupera recenſione ipſoque eiusdem gloſſario, eſt adnotatum.

*Dietare.* *Dietauit.*) commoratus eſt. Vide ſupra ex libr. CLII. aduerſ. cap. III.

*Morte pretioſa.*) in oculis nimirum domini, ſecundum ſcripturam.

*Quod ederent.*) *Edile*, ſiue eſui aptum nihil obiiciebatur rapiendum.

*In fruſta ſcindebant.*) Peculiari capite huius ſceleris exempla congesſimus non pauca, lib. CXXXVI. aduerſariorum cap. I. ad librum octauum Thebaidos Papinianae. Vide & Albertum Aquenſem.

*Indebitum.*) Quod contra fas agendum erat. De Raimondo longe alia Albertus Aquenſis & alii.

*Conflictus uerborum.* *Verborum conflictus.*) Diſceptatio. *Confligium*, conflictum aliquem talem, de rebus tamen inanibus, ut Sali & Aranae, non inſcite dixit Guibertus abbas in ſua harum rerum hiſtoria, lib. VII. cap. XLIX.

## CAP. VII.

*Gratanter ſeruire.* *De ſuo gratanter ſeruire.*) Gallicismus.

*Idoneam.*) Praeſenti neceſſitati explendae.

*Reddere ſe.* *Se reddiderunt.*) Gallicismus. *Ils ſe ſont rendus-Ils ſe rendirent.*

*Sicut &*) uoculam & membranae non habent.

*Ianua.* *Ianuam.*) portam. Supra capite praecedenti, & infra ſaepius.

Cap.

CAP. VIII.

*In labores introire.*) Locutio ſacrae ſcripturae.

*Ad praecocitatem maturantibus.*) Non intellexit uocem *praecocitatis.* *Praecocitas.*

*Gratuita.*) Id eſt ultro offerens ſua munera. Gratioſa ut in Gloſſario.

CAP. IX.

*Clauſura*) firmitate, munitione. Sic paullo poſt. *Clauſura.*

*Magis quam lucrarentur.*) plus, amplius. *Magis.*

*Militariter.*) Ordine & animo conſueto in talibus. *Militariter*

*Probitatis.*) Fortitudinis militaris. Vide multis ad Gulielmum Britonem. *Probitas.*

*Nihil fecerunt.*) Nihil effecerunt. Et ita nunc etiam Gallo-Franci.

*Rogos ignium.*) piras, ingentes ignes. *Rogus ignis.*

*Retro commanens.*) Qui procul adhuc inde aberat & conſederat. *Retro commanens.*

*Omni neceſſitate aliena.*) aliena ab omni indigentia. Sic *neceſſitatis* uoce utitur etiam infra, cap. XII.

CAP. X.

*Eorum uexilla.*) Loco tutelæ. Supra. lib. VII. cap. X. Morem omnium oſtendit Raimondus Agilaeus cap. LXV.

*Sed a matre.*) Vt haec adiecta uoce emendanda cenſeamus. Vide ad Albertum Aquenſem, lib. X. cap. XLIV.

CAP. XI.

*Tractis ſagittis illi.*) Vide ſupra ad librum. VII. cap. VII.

*Vehementer mirati ſunt.*) tantum nimirum animalium ſupereſſe illi regioni, ubi tot iam dies duo exercitus fuerant hoſpitati.

*Aquis-*

*Aquiſcingenſis coenobii.*) Nobile nunc quoque Belgicae Galliae monaſterium, quod induſtria doctiſſimorum hominum *Heriberti Roſvveidi* & *Martini Antonii* Delrio ad finem ſuperioris ſeculi nobis dedit Orientii commonitorium.

*Pontius de Paladino.*) Eſt is, qui cum Raimundo Agilaeo ſcripſit hiſtoriam huius expeditionis. Vide eum Raimundum, cap. XLIIX. ex noſtra diſtinctione, de optimi militis interitu. *Tantos*, inquit, *& tales ibi milites perdidimus, quod relatu grauisſimum eſt. Interfectus eſt ibi dominus Pontius de Baladuno, cum lapide de petraria, cuius ego precibus ad omnes orthodoxos & maxime ad Transalpinos, & ad te, reuerende praeſul Viuarienſis, nunc hoc opus ſcribere curaui.* Ita enim corrigimus ea uerba, in noſtra recenſione. Vide & Gulielmum Tyrium, lib. VII. cap. XVII. Albertum Aquenſem. alios.

*Perforare.* *Terebrare.* *Tempora perforauit ictus lapidis.*) Id eſt confregit. Simili modo Saxo Grammaticus *terebrare claua* dixit, lib. I. cap. V. ex noſtra itidem & diſtinctione & emaculatione.

*Nullam timebat.*) Eleganter. Et ſic hactenus non ſemel locutus eſt Robertus.

## CAP. XII.

*Detenſus.* *Detenſis.*) Compoſitis, ſublatis tentoriis.

*Commentare.* *Commendauerunt.*) Crediderunt. Vide ad Albertum Aquenſem.

*Honeſtas.* *Honeſtate.*) Speciositate. Notatum ſupra.

*Mercatum laudabile.*) Forum. Et hoc ſupra illuſtratum.

*Neceſſitas.* *Neceſſitate.*) Penuria. Vide ſupra hoc libro, cap. IX.

*Omiſſis omnibus.*) Scribe cum membrana uetere - ambagibus.

Sagit-

*Sagitta & Sur*) Sidon & Tyrus. Vide Fulcherium Carnotenſem cap. XXIII.

CAP. XIII.

*Philippus apoſtolus.*) Aliam notam huius urbis, nimirum caeſum in ea Herodem, &c. habes apud Fulcherium Carnotenſem, cap. XXIII. Quae uero hic tradit Robertus, non memorant primus auctor, Baldricus, Guibertus, Gulielmus Tyrius, Albertus Aquenſis, R. Agilaeus, Fulcherius: nec quidem Iacobus Vitriacus, qui Caeſaream tamen peculiari capite celebrat libro I. cap. XXIV. alia ſunt apud Bellonium, Villamontium, &c. Philippum apoſtolum ut magici praeſtigiatores ultra omnes alios execrentur, ſub exemplis notat in commentariis eius materiae Gallicis Petrus Lancreius.

# AD LIBRVM NONVM.

CAP. I.

OCuli eorum deduxerunt.) Scribendum - *defluxerunt* - cum membranis. *Caſtra* dicit omnem exercitum, totum populum chriſtianae militiae. Quae hic traduntur, leguntur fuſe apud Baldricum, Guilielmum Tyrium, Albertum Aquenſem, auctorem primum, Agilaeum, Guibertum, Vitriacum, Graecos Latinosque hiſtoricos & chronologos alios. *Caſtra.*

CAP. II.

*Labor ille, primus ultimus fuiſſet.*) Eadem ſcribit Gulielmus Tyrius, ut notatum ad Albertum Aquenſem, lib. VI. cap. I. De antemurali proſtrato eo loco Albertus etiam.

*Naues eorum.*) In membranis eſt - *naues mer-*

*catorum.* Male. Adi Guilielmum Tyrium.lib. VIII. cap. IX.

*Domeſticus.*) familiaris. Vide ſupra ad lib. VIII. cap. I.

*Neci perpetuae.*) Cum anima nempe & corpore ad inferos iiſſe dicit.

CAP. III.

*Regirare.* *Regirare.*) Equis retro flexis ad ſuos redire.

*Retinere.* *Retinuerunt.*) Ceperunt, captiuarunt.

*Suebant.*) Scribendum-ſugebant, Vide auctores caeteros.

*Quae ciuitatem.*) Melius membranae-quo ciuitatem exp.

*Dux ducum.*) Vide ſupra lib. VII. cap. VII.

*Siquidem.*) Abundat haec uox,ex ingenio ſcriptorum talium. Vide exempla huc ſpectantia ad Guilielmum Britonem lib. VI. v. CLVIIII.

*Adulterini ciues.*) Scribendum cum membranis-*Manzerini*-Manzeres enim adulterinos notant, de qua uoce & nos & uiri docti multis alibi. *Manzer.*

*Mortem ſuper capita ſua dependere.*) Exemplo Damoclis &c. notiſſimo.

*Propugnare.*) Melius membrana-*praepugnare*, ante mortem nempe.

CAP. IV.

*Miles, ſed ſagittarius.*) Non eques,ſed pedes.

*Vtraque latera.*) medios ipſos intelligit,ut indicet robur Godefridi.

*Fratres eius Euſtachius & Balduinus.*) Notiſſima res. Error eſt in chronico uetere Gallico manuſcripto,quo ſcribendis ad Gulielmum Britonem commentariis ſaepe uſi ſumus, ubi diſiunguntur tres hi fratres perperam. In anno M.XCVI. *Le catalogue des Seigneurs de France, de ceulx qui ont eſtè conducteurs & chefs quaſi de toute*

*toute armée. Pierre d' Amiens , Ermite. Aoquyn Eueſque de Puy en Avergne. Guillaume , Eueſque d' Orenge. Henry le Grand, frere du Roy. Godefroy, duc de Lorraine. Euſtache & Baudonyn freres, enfans d' Euſtache, Comte de Boulogne Belgique &c.* Vide exacte de his ſcribentem Gulielmum Tyrium, libro nono , cap. quinto.

*Probitates.*) uirtutem & induſtriam bellicam. Vide ad Gub. Britonem. *Probitates.*

*Philoſophorum.*) Litteratos omnes ſic uocant. *Philoſophus*

*Sacra altaria.*) Thuribula, & menſas miſſales indicari docet ſcholiaſtes uetus in interliniaribus manuſcripti exemplaris expoſitionibus. Sacra altaria.

*Letoldus.*) Qui primi ſacram urbem ceperint, diſcrepant auctores. De iſto Letaldo Baldericus archiepiſcopus Dolenſis. lib IV. cap. XIV. &c. De Guicherio mox. *Letholdum* hunc ex ſuis militibus, id eſt Boamundo ſubditis, fuiſſe, ſcribit auctor primus. cap. XXXVIII.

*Turrim.*) arcem , principale propugnaculum. *Turris.*

*Dimidiauit.*) Medium diſſecuit, de quo facinore ſupra. *Dimidiare.*

*Maceratione.*) Maſſacratione. Vide libro VIII. ſupra cap. V. *Maſſacratio.*

*Irrumpunt.*) Omnino melius membranae -- *irruperunt.*

*Truncatae manus.*) Scribe cum membranis -- *truncati artus.*

*Carnificium.*) caedem, ſtragem, maſſacrationem, ut ſupra appellauit. Carnificinam dicunt alii. *Carnificium, carnificina.*

*Calidi feruoris.*) Exhalantium uiſcerum cruoris.

*Naturae indulſerunt.* Humanitati naturali.

CAP. V.

*Capitalitia ſua.* Pro *capitibus ſuis uelut hoſtias* *Capitalitium.*

 *aut*

*aut holocauſta.* Ita expoſitor antiquus in membranis noſtris interlinearis. *Rem ipſam* uide multis, nec ineloquenter, narratam, a Gulielmo Tyrio, lib. VIII. cap. XXI.

*Miſera uita infelices exitus donauit.*) Scribendum - damnauit, ut habent membranae ueteres noſtrae.

*Ad terram.*) apud eam, Terentiane.

*Morticinium.* *Morticinii*) tot cadauerum, tantae carnificinae.

*Caſtellitius, Caſtellinus.* *Caſtellinas defenſalesque domos.*) In manuſcripto eſt *Caſtellitias* & ita edidit, tandem aliquando boni ſibi aliquid conficiens, Piſtorius. *Inſtar caſtellorum* dicit referentes ſtrues. Tantumdem eſt, utram lectionem ſequaris. Tales uero cadauerum oſſiumque aceruos, inſtar montium, quibus exurendis nullae ſiluae ſuffecerint, habes apud Claudianum, in quarto conſulatu Honorii, v. CCCCLXIIX. in bello Getico v. DXIII.

*Caſtrum.* *Caſtrum*, amplior & magnificentior urbs. Anſelmus in deſcriptione terrae: *A domo Pilati uerſus Aquilonem ad medium ſtadium eſt domus Herodis, quaſi caſtrum.* Eum ſcriptorem primus & ſolus hactenus edidit Henricus Caniſius, in ſexto antiquitatum tomo. Sed eſt antiquior, quam ferunt numeri paginae MCCCXIV. *Qui eum anno* MDVII. & MDVIII. in Palaeſtina fuiſſe uideri uolunt. Qua de re alibi ſuoque loco diſceptabimus. De maximis his pyris etiam auctor primus cap. XXXIX.

*Ab urbe pacifica.*) Nomen enim *Hieruſalem pacificam* uiſionem indicare, uolunt nonnulli Hebraearum uocum indagatores. Vide in fine operis.

*Dux Godefredus eligitur.*) Prior calculus datus erat Raymundo Tholoſano comiti. Vide Albertum Aquenſem, lie. VI. cap. XXXIII. Gulielmum Tyrium, lib. IX. c. II.

*Expu-*

*Expugnatur.*) *Expugnata erat.* Sic melius legunt membranae.

*Ipſe magis regiam dignitatem.*) Vide commentaria recitata ad illud Claudiani noſtri -- ornatur fortuna uiro. -- Sequentia diſtichon elegiacum habent.

*Vultuoſa corporis elegantia.*) *Vultuoſus* pulcrum cum grauitate decora denotat. De ea uoce peculiari capite egimus, uolumine. III. aduerſariorum. *Vultuoſus.*

## CAP. VI.

*Arnulfum.*) Non placet de hoc homine iudicium huius ſcriptoris. Vtique enim uera ſunt, quae contra traduntur ab Gulielmo Tyrio, non uno locupletis ſuae hiſtoriae loco. Laudatur tamen impenſe & primo auctori. c.XXXIX.

*Ancillari.*) Seruituti ſubiici. Ita ancillaria eccleſia, apud Albertum Tyrium, lib. VIII. cap. LX. & Alios. *Ancillari.*

*Suum imperium.*) Chriſtianum Gothofredi intellige.

## CAP. VII.

*Tortuoſus anguis.*) *diabolus.* Prudentius Cathemer. VI. *Tortuoſus.*

*O Tortuoſe ſerpens,*
*Qui mille per Maeandros,*
*Fraudesque flexuoſas*
*Agitas quieta corda.*

Sic Ecelinum, uecordiſſimum tyrannum, ſerpentem tortuoſum uocat monachus Paduanus in eius uita lib. II. c. XVIII. Quod eſt de nefarii hominis captiuitate. *Tortuoſa*, rectis, iuſtis, ueris, oppoſita. *Tortuoſae res* apud Agellium lib. XIII. cap. II. *Tortitudo ſerpentis.* Eucherius Homil. In litaniis maioribus: *Petunt autem & ſerpentem, quia* *Tortitudo.*

*Turtitudo.* *in ueneno & tortitudine Diabolum imitantur.* Σκολιὸς ὄφις. Euſeb. Hiſtor. eccleſ. lib. V. cap. I. ἵνα διὰ πλειόνων γυμνασμάτων νικήσασα, τῷ μὲν σκολιῷ ὄφει ἀναραίτωσιν ποιήσῃ τὴν καταδίκην. προτρέψηται δὲ τοὺς ἀδελφούς. Epiphanius in Gnoſticis, Haereſi. XXVI. Καὶ καταλιθάσαι τὸν ἐν τῷ βαράθρῳ τούτῳ τὸν σκολιὸν ὄφιν καὶ βασιλίσκον. Ita legenda ſunt ea uerba.

*Clementem innuo dementem.*) Elegans, quam uocamus, alliteratio. Eius exempla plurima dedimus lib. CXXX. aduerſar. cap. nono, &c. Item ad librum II. & ad librum VI. Papinianae Thebaidos.

*Praeſumtor.* *Praeſumtor.) Fabricator & inſtitutor.* Adnotatum alibi.

*Pompoſus.* *Pompoſo apparatu.*) et magnifico et praepotente.

*Potentia.* *Potentiae.*) id eſt, conatus ingentibus apparatibus ſubnixi.

*Vt omnes abſque dilatione commoneret.* Scribe *commoueret.* Vti ſupra iam locutus eſt, lib. V. cap. VI. & alibi.

CAP. VIII.

*Nox uiſa tardiori &c.*) Cupienti enim nihil ſatis feſtinatur. Vide commentaria renouatae lectionis, ad Claudiani epithalamia Honorii.

*Matutina.*) Error in ſyllabis duplex - *Vt primum matutina - &c.*

*Siſtra.* *Siſtra.*) Abutitur ſignificatu huius uocis. *Muliebris enim* ſonus eius eſt. Ita infra cap. XII. Inſonuere tubis ſiſtris & cornibus atque omnis generis muſicis inſtrumentis. *Iſiacarum* notum geſtamen. Schol. Perſii.

CAP. IX.

*Et ſecus littus maris intrauit.*) Scribe cum mem-

membranis - *iterauit* - ſed eſt, iter fecit. Notatum alibi cum exemplis uerbum. Iterare.

*Inter hos*) id eſt medio horum agminum.

*Diſtractu ſuo.*) eius poſſeſſione ſcilicet excedendo. Quod de captiuo & chriſtiano Turco adiicit Robertus, neſcio an credendum putemus. Primum certe Bongarſianum auctorem ad ipſa usque uerba ſtricte ſequitur noſter monachus. Et ſic quidem, ut cum eo libros ſuos incipiat, deducat & finiat. Verum apud eum auctorem iſtius Turcae nulla reperitur mentio.

## CAP. X.

*Aut ſenſum amiſerunt, aut mori ſicut & uiuere diligunt.*) In membranis ueteribus non *diligunt* ſcriptum eſt. Puto Robertum reliquiſſe - *aut mori ſic nec uiuere eligunt.*

*Standardum uocant.*) Pomum aureum argenteæ haſtæ infixum pelliciebat comitem Normannum, ut recta ad uexillum illud properaret. Potitus demum uictoria, emit id iſte princeps, & dono dedit clero Hieroſolymitano, ut auctor eſt primus ille Bongarſianorum. De *Standardo* alibi. Standardum.

*Si ſcriberentur.*) Quia raptim tranſit ea auctor primus, ideo nec iſte de iis ſcit, quae ſcribenda fuerint.

*Quod nec fugere poterant.*) Auctor primus: *Stabant inimici Dei excaecati & ſtupefacti, ac uidentes Chriſti milites, apertis oculis nihil uidebant, & contra chriſtianos erigere ſe non audebant, uirtute Dei tremefacti. Prae nimio timore adſcendebant, in quibus ſe putabant abſcondere. At noſtri ſagittando & cum lanceis enſibus, occidendo eos ad terram praecipitabant; alii autem iactabant ſe in terram, non audentes ſe erigere contra nos. Noſtri igitur eos detruncabant, ſicut aliquis detrun-*

 *cat*

*cat animalia ad macellum. Paraphraſtem horum uerborum agit noſter auctor.*

## CAP. XI.

*Solita erat quaerere panem.*) alluſio eſt peregrinorum, a Babyloniae principe ſatis humaniter Hieroſolymis tractatorum, quoties, eo ibi principante, ex occidentis regionibus illuc appelleret.

Principare.

*Eruptus eſt.*) inde *erupit.* Multa ita uſurpant etiam optimi auctores, quorum aliqua loca adnotata memini a doctiſſimo Lipſio, commentariis ad Tacitum. Sic *deciſa eſt* mox ualet *decidit.*

Eruptus eſt.

*Efferbuit*) Inſtar uermium aut formicarum.

*Viſcera.*) Interiorem miſericordiam. Multis Tomo III. Aduerſariorum.

*Rotaret.*) Effutiret celeri & incurioſo ſermone.

Rotare.

*Plagis exhauſtum*) deficientem pondere ictuum & plagarum.

*In ſupremo ſpiritu poſiti.*) Animam agentes.

*Caldariae.*) *Ollae* ſcilicet, aliaque inſtrumenta ad focum pertinentia. *Aes caldarium*, ex quo talia funduntur, apud Iſidorum, lib. XVI. cap. XIX. &c. In uerſu rhythmico marginali ſcribendum. *Munus perpulcrum defert comes ante ſepulcrum.*

Caldariae.

## CAP. XII.

*Somnum ſuum.*) naturalem, imperturbatum, ſecurum. De uſu uocis *ſuus* tali multa praeſtantium auctorum loca illuſtrauit Gul. Canterus in nouis lectionibus.

Dormire ſomnum ſuum.

*Echoniſarent*) inſtar ecchus reſponderent. Supra hoc libro cap. VIII.

Echoniſare.

*In girum montes cum uallibus echoniſabant.*

*Caeleſtibus montibus.*) Sic uocat maioris auctoritatis clericos, principes procerum eccleſiaſticorum. Exempla pridem dedit doctiſſimus Sidonii

Montes coeleſtes.

nii illuſtrator, Ioannes Sauaronius, ad Euchariſticon Fauſti Reienſis, v.CX. Quae ſequuntur ad finem huius operis, hic uolunt illuſtrari, &, ut uerum dicamus, pleraque omnia nullius ponderis, neque ullo oleo digna ſunt; Extra quidem gratiarum actionem, & agnitionem Dei beneficiorum.

# INITIA CAPITVM IN LIBROS
## ROBERTI MONACHI NOVEM.
### Sicut ii nobis ſunt diſtincti.

Lib. I.

I. Anno pag.31. edit.Bongars.
II. Haec & id genus. 32
III. His ita. 32
IV. Erat in illis. 32
V. Tribus igitur. 33
VI. Quosdam ad 34
VII. Tunc primum. 34

Lib. II.

I. Interea. 34
II. Cum uero ſic. 35
III. Audientis. 35
IV. Gotefridus dux 36
V. Interea gens. 36
VI. Tancredus uero. 37
VII. Interea Boam. 37
VIII. Hoc conſilium. 38
IX. Sed ne omnino. 38

Lib. III.

I. Confoederatis. 39
II. Die ſiquidem.
III. Sic Turci.
VI. Taliter ut. 40
V. Boamundus autem. 41
VI. Interea dum. 41
VII. His dictis. 42
VIII. Erat autem ſol. 42
IX. Tranſierunt itaque. 43
X. Dehinc proſpere. 44
XI. Interea nunciatum. 44
XII. Haec metropolis. 45

Lib. IV.

I. Quia uero. 45
II. Interea dum. 46
III. Dehinc expeditius. 46
VI. Tunc diuiſerunt. 46
V. Interim dum. 47
VI. Cumque Armenii. 47
VII. Hanc itaque. 48
VIII. Summo itaque. 48
IX. Armenii quoque. 49
X. Caſtrum conſtrux. 49
XI. Dux itaque. 50
XII. O praedicabilis. 50

Lib. V.

I. Cumque haec. 51
II. Adhaec communi. 51
IV. Tunc libere. 52
V. Erat quidem. 53
VI. Pyrrhus quidem. 54
VII. Nocte adueniente. 54
VIII. Interea Fulcherius. 55

Lib. VI.

I. Vniuerſi fideles. 55
II. Contigit autem. 55
III. In quo conflictu. 56
IV. Cumque ſic res. 56
V. Erant autem. 57
VI. Haec Corbanan. 57
VII. Tunc filius. 58
VIII. Et cum reſumto. 60

Lib. VII.

I. Superna. 60
II. Tunc Podienſis. 61
III. Nocte igitur. 61
IV. Boamundus ut 61
V. His dictis. F2
VI. Tertia die. 62
VII. Sol uero ſuper. 63
VIII. Interea miſſus. 64
IX. Haec ideo. 64
X. Perſecuti ſunt. 65
XI. Sed ut cognouit. 65
XII. Armenii quoque.
XIII. Erat autem quidam. 66
XIV. Hoc itaque. 67

Lib. VIII.

I. Aeſtiuum tempus. 67
II. Vrbem hanc. 68
III. Ibi confregit. 68
IV. Guillermus de. 69
V. Gulferius. 70
VI. Vrbe igitur. 70
VII. Sed Normannus. 71
VIII. Cumque noſtri. 71
IX. Rex de camela. 71
X. In craſtinum. 72
XI. Sed cum dux. 72
XII. Detentis igitur. 73
XIII. Eſt autem caeſarea. 73

Libro IX.

I. O bone Iheſu. 74
II. Inuenerunt itaque. 74
III. Tunc ibi. 74
IV. Illic eminebat. 75
V. Tantis itaque. 76
VI. Congruum quoque. 76
VII. Cum hoc ita. 77
VIII. Rumor iſte. 77
IX. Nocte igitur. 77
X. Summo itaque. 78
XI. Clemens. 79
XII. Vt autem. 80


# GLOSSARIVM.

## *A.*

**A**, *propter.* 9.12.*fin.*
**A**, *Abſente cum pugnare. l.*3. *uirtus praecox.*
*Abiectus, humilis. &c.* 3.7.6.5.
*Abſtinentia in deliciis.* 1.4. *Sarcaſmus.*
*Aba-*

*Abuſi, ſuperbia.* 6.5
*Academici, generatim philoſophi praefat.*
*Acceptio crucis.* 2.3
*Acephala materies, praefat.*
*Acquirere ciuitatem.* 3.12. 5.6. 8.6. *lib.* 143. *c.* 2
*Adaquare homines.* 9.2
*Ad edendum aliquid.* 7.5. *bibendum.* 8.13
*Adpiſceretur urbs.* 6.3. *lib.* 158. *c.* 6
*Admiraldi, primores.* 4.11. *reges.* 4. 12. 6. 6.
*Admirauiſſus.* 5.1.9.4.7. *diuerſorum locorum. lib.* 1.51. *cap.* 55
*Adronopolis, Adrianopolis.* 11.5 *ſcribitur Andronop.*
*Ad terram, in terra.* 9.5
*Aduerſa gens.* 8.5. 5.2. 9.10
*Aduerſatrix.* 9 7
*Adulterini ciues.* 9.3
*Aeſtiuare.* 8.1
*Agulani gens.* 3.6. *arma eorum & equi* 6.6
*Aliter,* παρέλλον. 3.5
*Alligare ſibi ſaccos.* 7.13
*Altaria circa urbem portata.* 9.4
*Ambitio urbis, ſtudium tenendae.* 5.6. *lib.* 159. *c.* 13.
*Ambitioſus rerum alterius.* 6.5
*Ancillator, ſubditus. l.* 1. *fin.* 9.6
*Angaria* 2. 8. *male mutant.*
*Animalia, pecora.* 1,5. 5,3.8,7. 9,13
*Animas extrahere corporibus.* 3.3
*Animus unus in duobus.* 7.8
*Antemurale.* 9. 1. *ſaepius Gal. Tyrius.*
*Ante ſe ducere, agere.* 8.9
*Antiochiae fabulae.* 8.2. *vid. auctorem primum.*
*Apex religionis, honor.* 1.4
*Apium nomine ſignantur copiae.* 4.1
*Applaudunt, placent.* 5.1
*Appropiare aliquem.* 3.4
*Approximare.* 3.8
*Aptare uiam.* 3.1
*Aquabilia uaſa.* 9.11
*ab Aquila comparatio.* 3.5
*Aquilo non auſter, conuicium.* 1.6. *ſedes diaboli. ibid.*
*Ardere, incendere.* 8.3
*Arietis bellici deſcriptio.* 8.3
*Arietes uice equorum.* 3.8
*Armigeri, pedites.* 4.2. *vid. ad Gal. Brit.*
*Armorum fragor & ſplendor.* 3.8
*Aſcenſor.* 4.4
*Aſinarium onus frumenti.* 4.6
*Auctoritas mira epiſcopi.* 7.10
*Audacia, uirtus.* 1.6
*Auribus erectis excubare.* 1.6
*Arimitae, gens.* 6.4

B.

*Babyloniae rex, diabolus.* 9.9
*in Baculo & pera.* 5.1.2. 9.1. *pauperum.*
*Balthei pretium.* 60. *aurei.* 6.2
*Baris, urbs.* 2.3
*Bellum, pugna.* 3,3.4,5. 4,2. 6,7. 8,10
*Bellum eſt illius &c.* 7.7
*Beſtialis mens Turcorum.* 1.4
*Bifaria operatio. l.* 2.
*Boamundus ſaepe mire laudatur. Quid de matre & patre habuerit.* 8.10. *laudatur & Guntero.*
*Bona, cibaria. l.* 5. 3.10.12. 7.4
*Bonae opes.* 8.9
*Bone uir.* 7.2. *Auſon.*
*Bonum gaudii.* 9.17
*Brauium.* 5.7

Bru-

*Brucus.* 3.6

C.

*Cacabi,uaſa culinaria.* 7,10.9,11
*Cadaueribus impediti equi.* 3.6.
*uerſibus, flumen.* 4.3
*Caeſareae urbis deſcriptio.* 8.13
*Caldariae, uaſa.* 9.11
*Callide, ſubdole.* 4.1
*Campus belli.* 3.7. 9.11. *fin.*
*Candidati milites, angeli.* 5.4
*Canes,uice equorum.* 3.8. *comitium.* 5.4
*Cannabini funes.* 3.8
*Capax mente, prudens.* 2.2
*Capitalia ſua.* 9.5
*Capite deſtituti agminis infelicitas. l.* 4.
*Captiuare terram.* 7.11. *male mut.*
*Caput ſubmittere, ſalutantis.* 5.8
*Carnificium, carnificina.* 9.4
*Carpentarius, unde.* 4.6
*Caſtella inter uillas & ciuitates media.* 2.5
*Caſtellii regii uicecomes.* 4.6
*Caſtellinae domus.* 9.5. *Vid.Comment.*
*Caſtellani.* 8.7
*Caſtra Dei, miles Francus &c.* 2. 6,7. 9.1. *militia* 4.2
*Cateruae, miniſtri.* 4.1
*Cateruatim.* 2.6
*Cauda fit caput.* 3.6. *exercitus.* 3.11
*Cauma.* 7.13
*Cauſſae, res.* 5.1
*Ciliorum pubes.* 5.4
*Circumſpectus uir.* 2.2
*Circumſpicere aliquem.* 5.4
*Clamor militaris, terrendo hoſti.* 4.8
*Clauſura, ſpatium. l.* 1. *ambitus. ibid.*
*Clientes, miniſtri.* 2.4
*Clypeus ſuper uerticem.* 4.10
*Columnae, proceres.* 4.6
*Comedere ſe inuicem.* 1.1
*Cometa, quae.* 5.8.
*Comitatus.* 3.2. *exercitus.*
*Commeatus, uictualia.* 3.1
*Commendare mortem ſuam, caeſis hoſtibus.* 1.6
*Commendare, referre.* 2.1
*Commendare, probare.* 7.7
*Commoueatur exercitus, educatur.* 5,6. 9,7
*Communicati ſunt.* 7.5
*Compaginatio literalis. prol.*
*Comparare callide.* 1.7. *Vid. auct. primum. Sed eſt emere. Ex Baldrico. lib.* 1. *cap.* 11.
*Compar nulli, omnibus maior.* 3.5
*Compares, apres.* 2.1.4.12
*Compendioſa militia.* 8.2.3. *ingenioſa.*
*Complices, ſodales.* 6.1
*Conciliare in unum.* 1.2. *in ſe.* 2.7
*Concito.* 3.4.8. 8.4
*Concupiſcibilia dona.* 8.9
*Conducere, ducere, ſaluos.* 3.1. 4.2. 5.3. 7.11
*Confinium.* 8.2
*Conflictus uerborum* 8.1
*Confringentes lanceae.* 3.5. *arma.* 4.4
*Confugere, effugere.* 6.5.2.5. *lib.*152.*c.*3
*Congraſſari.* 5.1
*Conſcientiae malae timor.* 6.7
*Conſilium non habere.* 5,6
*Conſiliari.* 7.12
*Conſilium, homo conſilioſus.* 7.13
*Conſtantini uiſio, unde Conſtantinopolis.* 2.9
*Conſtitutio, reſolutio.* 1.3. *conſtitu-*

*tutum concilii.* 1.8
*Conſulatus, comitatus, potentia.* 2.1
*Conſules, uiri fama ſummi.* 2.1. *prudentes.* 2.7. *quot unius prouinciae.* 4.12. *Flandriae.* 8.9. *lib.* 151.c.13
*Continentia, contenance.* 7.4
*Contraria* 9.8. *gens.* 9.10. *Vid. aduerſa.*
*Conuicium.* 7.5
*Coopertura.* 11.9
*Copia, omnium rerum abundantia.* 2.5
*Cordati uiri.* 7.7
*Cor ſuum diligere.* 1.1. *ex correct.*
*Corporea uoluptas.* 1.7
*Corrigiatim, in corrigias.* 2.1
*in Craſtino, die ſequente.* 1.3. 1.5. 3.3.7.12. 6.3. 8.7
*Creditus, cum Deo.* 1.1
*Crepuſculum pulueris.* 7.9
*Cubile, cubiculum.* 6.6
*Cultus, ueſtitus.* 4.11
*Currentis aquae riuus.* 3.4
*Curſores.* 3.9. 4.5. *fin.* 6.4
*Curti, nomen gentis.* 6.4
*Cuſtos exercitus.* 2.6

D.

*Damulae.* 7.8. *Damulus ereptus laqueo.* 3.9
*Dapifer, Vexillifer.* 4.5
*Dauid ſcripſit hiſtoriam, prologo.*
*De, abundat.* 4.2
*Dealbatus, candidatus.* 5.5
*Deciſa eſt, decidit.* 9.11
*Decoriare manus.* 6.8
*Decredere.* 4.7. 7.1
*Defectis.* 3.2
*Defenſales domus.* 9.5
*Definitio, concluſio.* 3.3
*Delator nugarum.* 3.10
*Deliberare, tradere.* 5.3. 6.5. *bis. lib.* 151. *c.* 3. 2.5.6.
*Dementare ſe, mentem deſpondere.* 4.3. *lib.* 155. *c.* 16.
*Deprehendere, longe uidere.* 3.9
*Deſolatio.* 4.7
*Deſperare a Deo.* 4.7
*Detendere, tentoria.* 8.12
*Deuenire in manibus.* 4.4
*Diabolica legio, Turci.* 1.6. 3 *captiuitas.* 3.3. *filii* 4.9
*Dicto citius.* 7.8
*Dietare, morari.* 2.5. 3.9. 8.6. *lib.* 152.c.3
*Diffugium, refugium.* 2.9. 3.5. *Leg. diffugium. lib.* 152.6.
*Diffidere uita.* 7.1
*Dilatati ſinus mentis, prolog.*
*Dimidiare aliquem.* 9.4
*Dimittere, relinquere.* 8.8
*Diſpoſitum in caelo.* 4.3
*Diſpoſitum, conſilium.* 8.1
*Diſſipator ſubſtantiae.* 6.7. *ex ſcriptura.*
*Diſterminare gladio.* 4.7. *vide. exterm.*
*Diſtractus, damnum.* 9.9.
*Diuiſerunt, deuiſer Gallicum* 8.1
*Diuortia fugae, diuerſio. &c.* 3.4. 6.2. 8.7.
*Diurnare, manere.* 5.1
*Domeſticus fidei chriſtianae.* 2.6. 7.11. *militiae.* 9.2
*Dominari alicuius.* 1.4
*Dromedarius unus inter plura millia &c.* 9.11. *fin.*
*Ducatus a ducendo.* 1.3. *comitatus.* 1.7
*Dux ducum, Gotfridus.* 7.2. 9.3. *Miles militum.* 8*

E.

*Ebriare terram ſanguine,* 3.9. 6.6

*Ebo-*

Echoniſare. 9.12
Effraenati, in bonam partem. 2.6
Elicere prouocantes. 6.4
Eliminare, eiicere. 5.2. 6.5, 9.5
Emancipatum, ereptum. 1.1
Emundare. 9.6.
Emutilatum regnum. 1, 1
Equi Agulanorum. 6.4. equitare, militare 3.9. uaccas. 3.8. equinus ſanguis in ſiti potus. 1.5
Eruditiores, ſagaciores, fortiores, 3.3. vid. Doctus.
Erumpere, actiue, 7.12, eruptus eſt. 9.11
Eſſe eorum, ſtatum. 4.8
Euiſcerare exta. 8.4
Exaeſtuans animo. 2.6. bullire, auctor primus.
Exheredare. 6.5
Exhauſtus plagis. 9.11
Exinanire, delere. 2.8. vid. euacuare.
Expilare ſegetes. 3.8
Exterminium, exterminare. 4.12. 5.1. 6.6. Vid. diſtermini.
Extranea gens, allophyla. 1.1. cibi. 11, 6. f.

F.

quid Faceret? 7.8. factio, inſidiae. 2.8
a Facie, perſecutione 2.9. ante faciem 3.7. fin.
Facultas domeſtica, diuitiae. 1.3
Fax hominum. 9.11
Falcator. 4.4.10.
Fame 3.10. deſcriptio, ſaepius, peior omni hoſte 6.7
Fas non erat, impoſſibile. 4.10
Familia Dei, milites. 6.9
Famulatus amicitiae. 2.6. male mut. enſis. 4.12.
Ferreus hoſtis. 7.8
Feſtiua dies 4.3. feſtiuum tempus, 4.9
Ficta mens. 1.1. in marg.
in Fide chriſtiana promittere. 5.3
Fidelitatem facere. 2.3. Ita domino acquirebatur. Ibid. promittere. 2.8
Fidelis ſuus. 6.5
Fiduciam iurare 2.8. ſaluus conductus. 3.3. poſcere conductum. 5.1. fiducia, ſalus. 9.4
Figuratiuae actiones. 9.4
Finire, mori. 8.5
Flos militiae. 6.6
Forum, uenditionem. 2.5.7
Foſſatum. 8.3
Forcae frumenti. 4.1. Vide ſcire hic & alibi.
Francigena enſis, Francicus. 6.5
Francorum beata gens prol. laus & commoda. 1.1. armis inclita. Ibid. uirtus. 3.8 multis. 5.2 6.3, 7.10
Fruſtratus, uanus. 3.10
Fugientem facile perſequemur. 4.4
Fulmine peius timere. 2.6.3.8. fulminei enſes. 9.4
Funera, mors, de uno. 6.3
Fures, furto pugnantes. 6.4

G.

Garrulitas, mendacium 7.7
Genas ſcindere, legentium. 6.12. 6.9
Gens, magna copia. 1.4. gente uacuum. 1.5
Gladiator Gotefridus. 6.6. conuitium, carnifex. 7.7
Gotfridi Bullionei perſona. 1.4. ictus eius. 4.11
Graeci effoeminati. 5.2
Grando telorum. 4 11
Gratuita uallis, gratioſa. 8.8

Gra-

*Gratus eloquio.* 4.5
*Gula edacitatis.* 7.6. *uel* 7.1.

*H.*

*Hebetudo, timor.* 1.3. 3.3. 4.6. *lib.* 152.*c.*6
*Hieroſolymitæ, peregrini.* 2.3. *umbilicus terrae.* 1.1
*Hominum ſecuritas pacis.* 2.7. *cum conditione.* 2.8. *formula. Ibid. pactio ibid.*
*Honeſte pugnare.* 4.6. *miles.* 8.4. *equus* 4.12. *lib.* 158.14.
*Honor iuris.* 7.4
*Honor & uita iunctim eunt.* 2.8. 3.9.

*I.*

*Iacere, dormire.* 4. 7. *fin.*
*Ianua, porta.* 5.3. 8.8. 9. 4. 10.11. *lib.* 158.14
*Idem mire poſitum, ſiue praefat. init. lib.* 2.
*Idoneus, excellens.* 1.3. 2.2.3.9. *fin.*
*Ieiunium inuito graue.* 4. 5. *pro fame.* 4.7. *ſitim temperat.* 9.3
*Ignis Graecus.* 8.3.
*Ilicei funes.* 3.8
*Imbres ſagittarum.* 4.8
*Immiſcet ſe ſol luci* 8. *mira locutio,*
*Immiſſurae, inſultus.* 4.8. *immittere in cruciatu* 1.5. *locutio ſeculi.*
*Impenſa, uictus.* 4.2
*Impetus militaris deſcriptio.* 8.2
*Impingere rotas, incitare.* 8.3
*Impoſſibilitas.* 4.10
*Imprecari, ualde precari.* 1.1. *fin.*
*Imprudentior hominum.* 3.8
*Inaquoſum, loca arida.* 3.9
*Inantea.* 3.6
*Incaptiuare.* 7.11
*Inciſa capita, deciſa.* 4.2
*Incolatus urbis Romae.* 2.1
*Incontradicibilis.* 7.4
*Incrementa, cibi.* 2.6 *f.*
*Indebitum, inhoneſtum.* 8.6
*Infra, intra.* 7.2
*Ingenio, aſtu.* 1.7. 5.6. *ars* 3.12
*Inglorioſus.* 6.6
*Inhianter.* 3.9
*Inimicantes.* 4.5. *inimicari.* 7.13
*Iniuriari, laedi.* 2.8. *iniuriati.* 4.2. *iniuriae.* 4.5
*Innoteſcere, ſignificare* 7.7. *infames.* 8.8
*Inopia animi.* 2.2
*Inſimul.* 4.8
*Inſtare, pugnare* 7.7. *inſtantia.* 3.5
*Intentio, peruicacia.* 2.5. *contentio lib.* 141.*c.*27.
*Inter, intra.* 1.1. 4.5. 9.9
*Interceptus* 4.5. *morte.* 7.12
*Intueri, paſſiue.* 2.1. 9.10
*Intus, intro* 3.3
*Inuaſores.* 6.1
*Inueniunt, offendunt.* 3.5
*Inutilis locus, nullus* 3.4.
*Iocari armis* 2.2
*Ipſa nocte, illa ipſa* 3. 10. *ipſe, Deus* 6.6
*Irretiti locis, uincti.* 2,6
*Iterum,* παρελκ. 2,3
*Iuuenes milites.* 4.12. *iuniores, tirones, pubes* 6.4. *fin. iuuenis Gotfridus.* 7.8. *marg. male.*

*L.*

*Lacrymae gaudii* 2.3.7.5.6 7.10
*Lamentatur, deploratur.* 4.5
*Lanceas iactus reprendere, ludus.* 6.4
*Latitudo muri breuis.* 8.4
*Laudare, probare* 8.1
*Leonis occiſor miles* 9.4

Le-

*Letholdus, expugnator primus Hieruſalem.* 9.4
*Lis, pugna.* 3,6. 4,12. 6,3. 9,2 *ad Briton.* 8,14
*Literales dictiones praefat. com- pag. prol.*
*Ludibrium mortis* 7.14
*ut Luna, mutabilis.* 3.11. *marg.*
*Lupus non eſt tantus, quantus fin- gitur.* 6.5
*Lux chriſtianitatis Gotofr.* 4.11
*Luxuriari, tripudiare.* 6.4

M.

*Maceratio, caedes.* 8.5. 9.4. *maſ- ſacratio.*
*Machonius, Mathomet.* 4.2. *f.* 5.5 6.5.7.7. *male mutant. Nam affectat Latio dare hoc nomen.*
*Magis plus.* 8.9
*Mamilla regum.* 3.7
*Manu iubere ſilentium.* 1.2. *tolle- re.* 2.7. *promittere.* 8.1
*Maturantes fructus.* 8.8
*Materia, hiſtoria, praefat.*
*Mediator, interpres.* 7.5
*Membratim.* 4.5
*Mercatum, forum.* 3.1. 8. 2
*Metuens nullam uim caſtrum.* 3.9. 8.9. *vid. Timor.*
*Miles, heros.* 2. 2. *ad Brit.*
*Milites & pedites* 1.4.5.3.7.6.13 8.1.9.6
*Militia tanta, exercitus.* 6,7. *uirtus militaris.* 7.5
*Militariter.* 8.9
*Modernus, prolog.*
*Maeſtificare.* 4.9
*Moloſſi, canes.* 6.3
*Mordere berbam morientium* 3 5 *ſe inuicem.* 1 1. *mordicus.* 3.5
*Morticinium.* 9. 5. *plura cadaue- ra congeſta,*
*Mortificare* 8.5
*Mortuus occiſus.* 3 8. 4.12. 6.8
*Moyſes autor literarum, prolog. Vid Ioſephum, qui aliter de Co- lumnis Adami.*
*Multigenera poma.* 4.1
*Multiplicati, ditati.* 2.5
*Multiuidus.* 1, 3. *prudens.* 3. 4. *male mutatur.*
*Murmurare.* 4.3
*Muſcae ad putredinem, prou.* 7. 8.10

N.

*Neceſſe transeundi.* 4.1. *neceſſitas* 1,1. 5,6. *paupertas.* 8.9
*Nepos, frater uterinus.* 2.5
*Nequitia, ſtrategema.* 2.5
*Neſcio quid* 3.4
*Niſi, nihil niſi, prolog niſi quod* 1 5. *abundat* 3 6. *in Verſ.*
*Nominatus princeps, clarus.* 1.3. 5.4
*Notarius, praefat.* 6.5
*Nox inidonea perſecutioni.* 3.9
*Nubes ſagittarum.* 3.5
*Nuces in areis.* 8.5
*Nudis pedibus it comes.* 8.6. *dux alibi ſcribitur.*
*Nugae, mendacia.* 3.10. *nugaci- tas.* 4. 6.9
*Numerabilis, multus, copioſus.* 7,8
*Numeroſitas, copia* 3.12
*Nutritii alumni.* 1.1
*ad Nuptias ire, uotum famelici* 3.3

O.

*Obſcurare nigreſcere.* 5.6
*Obſeruare.* 4.8
*Obſitus pannus.* 6.8
*Obſtare, reſiſtere.* 3. 9
*Obtinuit, iunxit.* 2.1
*Obuiare.* 4.1
*Oculus mentis.* 3.7. *paſcere.* 4.4. *clau-*

*claudere morienti.* 5. 4. *non parcat.* 9.10
*Oppidum urbis.* 6.5. *ſuburbium puto.*
*Oſculum mutuum uirorum.* 2.3. 2.7
*Os gladii.* 3.11

**P.**

*Pacem alicuius requirere.* 8.6.
*pax, uenia* 4. *induciae pacis.* 5.3
*Pactio, promiſſio.* 6.1
*Palagonia.* 2.6
*Pallatus nugator.* 4.7.
*Papa Perſarum.* 6.5
*ex Parte Dei.* 7.1
*Paſtoratus.* 7 1. *male mut.*
*Panni, uiles.* 6.2. *pannoſa gens* 6.5 7.5. 9.2
*Patrare bellum.* 6.17
*Patria, regio quaeuis.* 7.14.13
*Paullus a Petro ordinatus epiſcopus.* *
*Pauper conſilii.* 2.7
*Pedites peius interficiunt quam equites.* 4.4.
*in Pera & baculo abire.* 5.1.2. 9.11
*Peregrini, albis induti.* 5.5. *Peregrinus a miſericordia* 3.8
*Perendinare.* 8.6. 7.13
*Peripſema.* 9.11
*Perſonae nullius homo.* 7.5. *perſonatus, grauis.* 7.14. *lib.* 153. *c.* 2. *f.*
*Peruenire, prouenire.* 5.6
*Petrus eremita contemnitur.* 1.3.4
*Phaleratus ſermo praef.*
*Philoſophi, rhetores, docti* 9.4
*Phyſiculari.* 6.7
*Pinarnates, milites.* 2.4.6. *auctor primus. cap.* 4.
*Platea, area.* 1.1. *ex auctore primo*
*Pluere bellatores.* 3.6
*Plumbo tecta templa Graecorum* 1.4
*Plus uelle hoc, quam illud.* 2.6
*Pomum aureum in lancea.* 9.11
*Pompoſus.* 7.4. 9.7
*Populatus eſt, paſſiue.* 7.12
*Poſiti in ſupremo ſpiritu, agentes animam.* 9.11
*Poſitio caſtri.* 3.9
*Potentatus, poteſtas.* 6.8
*Potentiae.* 9.7
*Praeambulare.* 5.1
*Præceptor, Machomet* 5.5
*Praecipitium, caedes.* 4.4
*Præcocitas, maturitas.* 8,8
*Præconans fama.* 1.9. *male mut.* 1.3.4 1.9.7.12. *lib.* 159. *c.* 13
*Præcordialis amicus.* 2.3
*Præcurſores belli.* 9.7
*Prædatum caſtrum.* 4.8. *f.*
*Præditus, ornatus, excellens, præf.*
*Prædux.* 2.3. *marg. lib.* 152. *c.* 3.
*Prænimius.* 3.9
*Præſentialiter.* 2.1
*Praeſidet mentibus Deus.* 2 2
*Præſentare.* 6.5. 8.1
*Præſtantior, fortior.* 2.4
*Præſumtor.* 9.7
*Preſſurae.* 4.5. *ſitis.* 9.2
*Primicerius.* 1.6
*Principari.* 7.13. 9.5
*Prior.* 2.3
*Priuilegium, cognomen.* 7.7
*Proba ferocitas* 1.3. *probitas.* 8.9. 9.5.9
*Procedere, proſperari.* 2.3
*Proceſſionando.* 7.[illegible] *proceſſio circa urbem.* 9.4.
*Procinctus Dei.* 2.2. *militiae* 6.7
*Procurator ſummus, Deus.* 4.5
*Proſelytus, chriſtianus e Turca* 9.10

Proſperare 6.5
Protelare, differre. 3.1. 5.1. 7.12
Prouincia quid 4.12. prouincialis, Aquitanus. 7.6
Pubes ciliorum. 5.4. miles. 6.4
Publicani, natio. 3.6. & marg. eorum caſtellum. 3.11. in Armenia gens 6.4

Q.

Quaerere bellum in bello. 7,7
Quia, quod 2.2. ſæpius ibid. male mut. 2.8. 3.5
Quietare, quieſcere. 2.5. 8.8. lib.152.c.3
Quintanae ludus. 5.1
Quippe abundat. 1.6. 3.6. 7.7

R.

Ratiocinari, diſceptare. 7.7
Redargutus. 1.5
Receptaculum. 2.9
Reddere, dedere. 3.[illegible]. 3.11. 7.11. lib.152.c.6.
Redemit terram Chriſtus 1.1. impie & inepte.
Redintegrari, reſtitui. 3.3. fin.
Regiae uiae, inceſſus publicus 4.4
Regirare. 9.2
Reinceptum uiae. 7.12
Remandare. 5.6. 7.9
Repedare celeri curſu 3.4. repedantur. 4.8
Repulſa ab urbe 9.2
Requietus 8.1. compellatus. 2.8. lib.152.c.3
Reſidere, concilii uerbum. 1.3
Retardare, reſilire. 5.8
Retractatione abſque, certo 2.2
Retrograda puſillanimitas. 2,2
Reuerberatio caſtrorum. 4.10
Rhetorica dulcedo 1.1
Roma caput & ſumma chriſtianitatis. 2.9
Rotare uerba 9.2
Rubigo hominum, fæx, conuitium. 9.11
Ruina, cædes 6.9. rerum mundi, 6.7. prodigia.
Ruſticari, indoctè ſcribere, præfat.

S.

Sacramentum, iuramentum 8.2
Sagittarii & pedites praecedunt equitatum 9.9
Sagittarius, non miles. 9.4
Sagittare 1.1. ſagittatus 3.9. (4.11) 6.3. 7.7. 8.3
Sagittæ toxicatæ, 2 2.4. 4 8
Sanctuarii dignitate, reliquiarum, 2.9. fin.
Sanguine decolor amnis, 4.12. 7.11. 9.4
Sartagines. 7.10
Satiati enſes, 4.10
Satis, abundat. 2.6. 8.3
Scaci, ludus 5.1. lib. 159. c.7.
Scala, 9.2
Scandalum, 5.2 8
Scaphardum pelagus, 2.2
Scoria hominum 9.11
in Se redire 5.2. 7.4. de ſe, ſuo exemplo. 5.4
Seiri, vid. Forcæ, ad Gratian.
Semel, pariter. 3.5
Semicinctiæ 2.9. male mutari puto.
Seniores. 8.3
Sepulcrum, habitatio Dei, inepte. 3.6. ſepultura Turcica. 4.12
Sequaces 9.10
Seriatim 2.2. 3.8. 4.10
Sermo, dogma 2.5
Sidera, uiri clari 2.1
Signum militare, teſſera 1.2. clamor. 2.8
in Signum ponere 1.6. uexillum 7.8

*Silere melius, ob atrocitatem* 1. 1
*Simulare amicum.* 2.6
*Sinuati incurſus, militares* 3.9
*Siquidem fingitur aut uacat.* 3.2. 7.11. 8.10. 9.6
*Siſtra in exercitu,* 9.8. *&* 11. *aut* 12
*Sitis magnæ deſcriptio.* 1.5. 9.3
*Societas, miles.* 8.5
*Solaria,* 8.3
*Sole ſtante, die.* 2,5. *f. mutant, neſcio an bene.*
*Solitum eſt, moris eſt.* 7,9
*Sordidari.* 7,1
*in Speluncis hiematum.* 4,6
*Spiritu buccinandi præditus* 8,4
*Spolia, res pretioſæ.* 7,9.10
*Stabilitum iter, concluſum* 1,3
*Standardum* 9, 9. *eius pretium.* 9, 11.
*Stante ſole* 2,5. *f. lib.* 152. *c.* 3.
*Stipendia, uictualia* 2,5
*Stipula, afflictiuncula.* 1,5. *contemtus.* 8,11
*Stipulauit.* 2, 8. *male mut.*
*Strues lignorum.* 1,7
*Suadela rhetorices.* 1,1
*Subiugabat.* 2,1
*de Subtus* 6,2
*Sudes tentoriorum.* 3,4
*Summa & caput.* 2,9
*Super capita pendens mors.* 9,3
*Surani.* 4.6. *aut* 5,6.
*Suſcipere regnum de aliquo* 6, 5. *in feudum.*
*Suſtinere, abſolute.* 9, 11
*Suum ſomnum dormire* 9,7 2
*Suus, eius* 2,4. *fin.* 6.7.9. 6,4.

T.

*Tædiare.* 7,8
*Taliter* 3,4. *male mut.*
*Talpæ, machinæ* 6, 1. *uulpes Albert. Aq. lib.* 2. *c.* 3. *Gu. Tyr. lib.* 3. *c.* 6.
*Tancredi laus.* 5,3
*Tanti, tot.* 6,6
*Tardus, timidus.* 9,3
*Taxare* 5, 3. *lib.* 154. *c.* 9.
*Tectura, ueſtitus.* 9,3
*Temporales res, uictualia.* 2, 8. 3,11. 9,4
*Temulenta audacia* 7,4. *multitudo.* 8,2
*Tenere ſacramentum* 4, 7. *tenet eccleſia.* 3,9
*Tenſa, tentoria* 3,4
*Terminare, determinare.* 7,12
*Teſſera. Vid. ſignum.*
*Teſtudo militaris.* 8,3
*Timens nullam uim, caſtrum.* 6, 1. *vid. metus.*
*Tortuoſus anguis.* 9,7
*Tota controuerſia, omnis* 1, 1. *generoſitas.* 2, 3. *tota ſpes* 4, 6. *malitia.* 9, 7. *opulentia* 9,11
*Toxicatæ ſagittæ.* 3,2.4. 7,8
*Tractu ſuo* 3,1. *trahere, ſagittare. Tirer.* 7,7. *de arcu.* 9,10. *ſagitta tracta.* 8,11
*Transalpinare.* 2.3
*Truncare, decollare.* 1,1. *& alibi.*
*Tuba cæleſtis.* 1,3
*Turbinis uentus.* 5,5. *& ſupra.*
*Turcenſis arcus, Turcicus* 9.10
*Turcopuli.* 2,4.6
*Turcorum fuga, retro nocens.* 3,4
*Turus, arx* 9,4

V.

*Valde, abundat.* 1,1. 4,10
*Vallare.* 3,5. 4,4
*Vaporum radices* 6,7. *locus mendoſus. l. veprium.*
*Vbertas, copia.* 1,5
*Velle, voluntas.* 3,2
*Venditi Turcæ,* 8,5.
*in Ventum ire.* 5,3

*Venuſtat ſol* 3, 7
*cum Verbo totum, penitus omne.* 2,8. *male mut.*
*Verecundia, pudor.* 4,6
*Vetus, ſenex* 3,8
*Vexatio itineris, proprie* 9,1
*Vexillarius* 6, 6. *uexillum, miles* 8.*
*Vicecomes caſtelli.* 4,6
*Viciſſitudines.* 5,1
*Vincere bella.* 7,1. 9,11.
*Vinculati, uincti.* 7,5. 9,6
*Vindemia, uini copia* 5,1
*Virilitas, uirtus.* 1,1. 4*
*Virtus, copiæ.* 5,5
*Viſcera humanitatis* 9,2. *lib.* 149. c,11
*Viſi ſunt, fuerunt* 9,14
*Viſionem uidere* 2,9
*pro Vita mori.* 3,2. *vide pulcre* 5,2
*Vmbilici exſerti pœna.* 1,1
*Vna hiſtoria, aliqua, præfat.*
*Voluptuoſa uoluntas* 7,4
*Vomeribus & ſecuribus.* 3,1
*inurbane, ruſtice, præfat.*
*Vrbanus ſermo.* 1,2
*Vrinam mingere.* 1,5
*Vrſi inſtar irruit.* 1, 5. *inter canes urſus.* 6,5
*Vtilia bona, uictualia.* 3,10
*Vulpinus imperator.* 7,12
*Vultuoſa, formoſa.* 9,5

Z.

*Zelus probitatis.* 8,9. *uictoriæ.* 8,10.

# NVM. III.
## AD
# BALDRICI ARCHIEPISCOPI DOLENSIS HISTORIARVM PALESTINARVM
## LIBROS IV.
# ANIMADVERSIONES
## ET
# GLOSSARIA.

*Summaria.*

*Baldricus Dolanus. Ademarus. Baldricus corrigitur. Eius æſtimatio & ſtilus. Gunterius & Guibertus, quali ſtilo. Liberalitas. Dapſilitas. Encomium heroum à clericis. Auaritia cleri. Superſtes. Succeſſor. Ordericus Vitalis. Laus Andreæ Quercetani. Petrus Malleacenſis emendatur. Ciceronis laus, & ſtulta imitatio ab æuo ſequiore. Britonum peruicacia & feritas. Baldrici operæ* in

*in pentateuchum. Ad unguem. Inſciolus, ſciens, ſcius. Sciolus. Rex ſidereus. Poetarum acumen. Aliquot locis emendatur iſte Baldricus.*

PALAESTINARVM recuperatae urbis ſacrae hiſtoriarum conditor, tertiam ſedem occupat, eidem cum Roberto fundamini innixus narrationum, Baldricus Dolanus, archi-aut epiſcopus ſolum. Is hiſtoriam ſuam ſimili aetate, ſexagenaria, ut ipſe ait, manu condidit. Prologo: *Ne inuidae obliuioni cederet hiſtoria digna relatu, ad ſcribendum pene ſexagenariam appuli manum.* Interfuitque ſynodo illi nobiliſſimae Claromontanae, lib. I, cap. VI. *Inter omnes in eodem concilio uir magni nominis, & ſummae dignitatis, epiſcopus Podienſis, nomine Aimarus, nobis uidentibus, ad dominum papam, uultu iucundus, acceſſit.* Et cap. VII. *Solutum eſt concilium, & nos unusquisque properauimus ad propria.* Quorum locorum priori recte nomen *Aimari*, ſiue *Ademari*, correximus ex uitioſe ſcripto illo *Naimero*. Illud enim comperit, impenſa inquiſitione edoctus, cum diu ante ignoraſſet, Guibertus Nouigenti abbas, lib. II. cap. XIII. Et ſub ſimulatis Trochaeis expreſſit auctor anonymus, qui fragmento unius paginae intermedio, ſubiunctus Guiberto iſti legitur a Iacobo Bongarſio: Meo autem conſilio, cum aliis duobus ſociis ſuis, eum ſtipare debebat de proximo, qui nunc Farraginis totius Bongarſianae caput eſt:

*Venerandus Podienſis Aimarus epiſcopus,*
*Sumſit curam ab Vrbano, dominici exercitus.*

Atque iſte Baldericus, melius ſic utique ſcripto nomine, bonae mentis auctor. Nam de praeſumtione principum diſcordiaque & minime ſanctis ſimulationibus, duobus praecipue poſterioribus

Baldricus Dolanus.

Ademarus

 libris,

libris, cordate loquitur. Stilum tamen temporum ineptiis, ad conciliandam ſibi opinionem interioris doctrinae, etiam Roberto inſcitius, affectat. Non tamen ut nugacitate tali Gauterium Cancellarium aut Guibertum abbatem accedat. Quorum ille principem inter hos auctores maleloquendi, ex ambitione friuola, locum tenet: Iſte merito, cum tota ſua ſeruilitate, ſecundum. In epiſtola ait Baldericus; *Dominum Gaufredum dico, uirum uenerabilem, parentibus Ebrodunenſem, abbatem Malleoçenſem, hominem memorandum & deſcribendum, niſi temporis ingruentis moleſtia ſuum mibi peperiſſet obſtaculum.* Scribendum ex uno libro Bongarſiano; - *ſaeuum mibi peperiſſet obſtaculum.* Contra uotum nempe omnemque expectationem. *Liberalitas*, ingenuitatem, & nobilem quandam decentiam deſignat; *Is, ſicuti auunculo ſuo ſucceſſiuus ſubintrauit in honore, ſic & heres ei perſtitit in morum decentiſſima liberalitate.* Sic initio libri IV. *Compunctus autem corde, animo ſuo liberaliter dominatus eſt, ut Dei militibus conſuleret eundo in Hieruſalem, aggreſſus eſt.* Alioquin & certum nobis, & obſeruandum omnibus huius hiſtoriae lectoribus, non aliter commendari, cuiuscunque etiam notae, Heroes, ab clericis iſtis ſcriptoribus, quam a liberalitatis uirtute, quam & *dapſilitatem* alii, neque ſemel iſte etiam Baldericus, quae, ſi in aliquo procerum erga eccleſiæ perſonas, uel obſcurior ſaltim comparuit, ſi non totam, maximam tamen partem commendationis abradit. Inque hoc ita conſpirant conſentiuntque ſibi, ut neque ultimum ſui corporis excludant hiſtorici, qui cum tribus ſolum paginis Damiatam occupatam deſcribat, & neceſſe habeat laudare ducem Auſtriae, ani-

Baldrici aeſtimatio.

Liberalitas.

Heroum commendatio a clericis.

Dapſilitas.

animum tamen aperuit ſuum, ſummam uiro laudem adſcribens donatarum aliquot millum marcarum, domui Teutonicae. *Erat*, inquit, *Oliuerius, dux Auſtriae, qui per annum & dimidium Chriſto fideliter dimicauerat, princeps deuotione plenus, humilitate, obedientia*, LIBERALITATE. *Qui praeter alios ſumtus innumerabiles, quos in negotiis bellicis ac priuatis, Eleemoſynis fecerat domui Teutonicorum, ſex millia marcarum argenti, uel amplius, ad comparandum praedium creditur contuliſſe.* Hoc, uti dixi, per totum corpus hiſtoriae obſeruari poteſt; nec *auaritiam iſtam* cleri inexplebilem minorem cauſſam euertendis in palaeſtina chriſtianis rebus dediſſe, quam declamatam illam & ubique exagitatam principum diffidentiam, libidinesque penitus horrendas, uirtutibus eccleſiaſticis proceribus nimium etiam tum familiaribus. Sed de toto hoc negotio alibi ad ſatietatem. *Superſtitem* paullo poſt *ſucceſſorem* intellige: *Habemus igitur hunc Petrum, Deo gratias, bono Gaufredo ſubſtitem, moribus & temporibus noſtris ſatis concordem.* Ea enim eſt iſtorum hominum hiſtoria, quam ex dimidiato opere Orderici Vitalis, Angligenae Vticenſis caenobitae, adnotauit optimus Bongarſius; ſcriptore tum nondum, nunc fere integre edito, comitate doctiſſimi uiri, Andreae Quercetani. Cuius beneficio cum debeamus illuſtratam antiquitatum Cluniacenſium congeriem, merito & alios Normannicarum rerum conditores exſpectamus, quos quidem & pollicitus iam eſt. *Superſtitis* uoce ſic utitur etiam Gulielmus Tyrius. Alia in eadem epiſtola hic non notamus. Petri Malleacenſis reſponſio ipſa prima linea uitiata eſt. *Sicut autem experientiae tuae ſubtiliter, ſatisque ſuc-*

Cleri auaritia.

Superſtes.

Andreas Quaercetanus laudatus.

*ſuccincte, praelibauit ſanctitas, amorem nullatenus diligere ſilentium.* Nihili uox, in exordio libelli *autem.* Scripſit ſenem amore atque cultu uenerans cliens & diſcipulus, - *ſicut amatae experientiae tuae.* Vitio a correpta ſcriptura orto. Subiicit Petrus: *Legant alii atque deſudent ingentia uolumina philoſophorum, mihi ſiquidem mei admirandi Ciceronis ſufficiunt, ſuaque inexplebili obdulcoratione animam legentis reficiunt. Credat itaque quicquid ueteres cecinere poetae, amantiſſimus duntaxat meus, proſa uel pede me uiſitet, atque diuerſorum faligationibus * negotionibus praegrauatum ſuarum crebra dulcique conſolatione epiſtolarum releuando releuet.* Conſpurcata haec eſſe, nemo non uidet. Scribendum - *cedat itaque* ut Propertius de Virgiliana Aeneide proclamauit: *Cedite Romani ſcriptores, cedite Graii.* Deinde - *atque diuerſarum fatigationibus negotiationum praegrauatam.* Bonus ſenex, Sidoniana aemulatione, captauit longiorum uerborum conſonantem in ſyllabis ſonum, quales nugacitates eo tempore eruditionem putabant. Et tam ſtulti erant monachi, ut Ciceronem ſibi tam ineptis uerborum extenſionibus imitari crederent, oppreſſa ſcholaſticis nugis omnium tum humaniorum litterarum luce. Eum cum tantopere laudent, omnibusque, ſecundum quidem captum ſuum, anteponant deteriorum iſti temporum ſcribae, mirum, neminem perſonam eius ſubire uoluiſſe, & dictionem eius, ſi uim maieſtatemque orationis aſſequi nequirent, ſaltim exprimere laboraſſe. Nec enim fuit omnibus illis ſeculis uel unus, qui ſe ad Ciceronem imitandum compoſuerit, cum ſexcenti amplius ſint, qui mirifice eum dilaudant. Quae de *ceruicoſitate* mox adii-

Pet. Malleacenſis emendatus.

Ciceronis laus & ſtulta imitatio.

Ceruicoſitas.

adiicit ad Britannos, ſiue Britones, pertinent, quorum indomita peruicacia ut optimum iſtum Baldericum ſedibus etiam ſuis expulerit, narrat modo nominatus auctor, Ordericus Vitalis in anno MXCIX, fine libri noni, ubi uita & mores huius auctoris, Orderico optime cogniti, recenſentur. Librum eum nonum ſextum uocat editum exemplar, ſeptimum puto ab auctore indigitatum, ideo quod a tertio nouum, a magiſtris ſibi ſuis iniunctum, opus ordiatur, ut prologo eius indicat. De Britonum barbarie & malitia paria loquuntur aliquot epigrammata Auſonii, neque non alii auctores. *Feram* ipſis *rabiem*, adſcribit ipſe Brito, Gulielmus Aremoricus, Gulielmus noſter. Poeta ſatis pro ſuo aeuo & eloquens & eruditus. lib. VIII. Philippidos, v. CXX. modo non de Anglis ei ſermo ſit, codex enim eius, una cum noſtris commentariis, nunc nobis ad manum non eſt. Sequitur in epiſtola Petri: *Porro prae omnibus efflagitamus*; quatenus ſicut ad unguem eas promiſit corrigat; ſuperflua quaeque abradendo, &, ſi qua deſunt, diligenter interſerendo. De gloſſematis *Balderici* in *Pentateuchum* ſermo eſt. De promiſſione ea conſtituendi Balderici noſtri conſtat ex epiſtola eius. Nec putem, prorſus hoc opus interiiſſe, cum ſummopere tam ſtudii quam ingenii famigeratus fuerit hic antiſtes. *Ad unguem* diligentiſſimam exactionem denotat, locutione talibus familiari, praecipue Gulielmo Tyrio. Vt uides lib. III. c. IV. lib. VIII. c. XIX. lib. XXII. c. VI. *Inſciolum* dicens, affectata humilitate, nec *ſciolum* quidem ſeſe eſſe indicat Petrus: Miror quo animo libellum praefatum poliendum dixerit inſciolo, & pene nullius ſcientiae gutta rigato. *Sciens* enim tali-

Britonum feritas.

Baldrici opera in Pentateuchum.

Ad unguem

Inſciolus.

talibus ſcriptoribus litteratum deſignat. Raimundus Agilaeus cap. XVIII. de iuuene, lanceae inuentore. *Cum autem quaereremus, ſi ſciret literas, reſpondit, neſcio.* Et erat aliquantulum ſciens, ſed in ea hora ita ignorauit, ut nec literas cognoſceret. Et *Scius.* Onomaſticon vetus, ſiue gloſſae Seruianae. *Scius*, σοφός, ἐπιςήμων. Dudo Sanquintinius, praefatione hiſtoriae Normannicae.

Seius.

*Sacra tange manu quae fero ſuplex*
*Intentata ſciis Grammaticae artis.*

Rex ſidereus. Idem lib. III. regis ſiderei, quaeque latent, ſcii. Id eſt Dei, cognita habentis etiam ea, quae omnes latere putant. Inde *ſciolus* modicum aliquid ſciens. Ioannes Saresburienſis, lib. II. Policratici, cap. XXIII. *ſciolus mihi paullum prae illo, qui confeſſus eſt ſe neſcire, non ſe eſſe ciendam. Inſciolus bis* extremis modis hominibus tardis, opponit mox poetas Petrus noſter - *cum praeſertim hoc nemo poetarum praeſumere audeat:* Inſtar nimirum hominum acutiſſimorum, & ingenii humani ſummam tenentium.

Poetarum acumen.

## AD PROLOGVM.

*Burgulienſium fratrum abbas.*) Ordericus Vitalis hiſtor. eccleſiaſt. lib. IX. in fine pag. DCCLX. Cum multa ad uerbum ex hoc auctore in ſua ſcripta retuliſſet: *praefatum ſeniorem, quem bene cognoui, ueneranter honorare decreui.* Hic Baldericus ciuis fuit *Aurelianenſis*, monachus & abbas Burgulienſis, liberalibus imbutus ſtudiis, & religioſae uitae meritis uenerabilis. Inde pro religione & ſapientia ad gradum Dolenſis archiepiſcopatus, delectione prouectus eſt eccleſiaſtica. In epiſcopatu monachatum ſeruauit, & cum monachis, prout ſors dabat, plerumque habitauit.

Indo-

Indomitis enim Britonibus praeerat, quorum perueſitatem tolerare non poterat. Vnde proteruos & exleges frequenter deſerebat, & in Normanniam fugiebat, ubi Dolenſis eccleſia ſuper *Riſelam* fluuium, a temporibus ſancti Samſonis, regnante Francorum rege Hildeberto, feudos habebat & quiete pacificeque poſſidebat. Ibi ſcriptis & dogmatibus ſuis auditores ſuos ad Dei cultum incitabat & uicina coenobia, Fiſcannum ſcilicet ac Fontinellam, atque Gemmeticum, aliaque plura uiſitabat, & in timore Dei ſacris ſermonibus confortabat. Tandem in ſenectute bona defunctus eſt, & Pratellis in baſilica S. Petri apoſtoli, ante crucifixum, ſepultus eſt. Burgulienſe monaſterium a Gulielmo duce Aquitaniae conſtructum eſt, amplo aedificio, in agro Andegauenſi. Vide quae notat Andreas Quercetanus ad Petri Cluniacenſis epiſt. xxv. lib. I.

*Omnium rerum copioſos.*) Id eſt homines diuites, nullius rei neceſſariae domi ſuae egentes. *Copia*, ita locus omnibus rebus *copioſus*. lib. IV. cap. III. rerum omnium abundantia, apud Robertum monachum, lib. II. cap. V. *Copioſus* eloquentem deſignat Saxoni Grammatico lib. V. c. I. ad noſtram diſtinctionem. *Copia*, omnia neceſſaria, in Gulielmo Tyrio, lib. XI. cap. XXXI. lib. XIV. cap. XX. &c. **Copioſus.**

*Pugnaturos brachio ſuo.*) mirum niſi alio membro. Sed uitiata eſt lectio & ſcripſit Baldricus, affectator remotiorum uerborum. *Brabeio ſuo* - Id eſt in Chriſto propoſito. Ea enim ſententia de his bellis loquuntur omnes auctores. Et ſic infra, cap. V. *ſanguine ueſtro purpurati, perenne brabium adipiſcemini.* Verſus inepti apud Hel-

Helmoldum, lib. vii. chron. Slav. cap. ix,

*Qui ſicut primae lucretur brauia ſortis*
*Sic ipſi primae fuerat data copia mortis.*

Infra ipſe lib. II. cap. XVI. *Vult Deus ut nos, ſicut fortes athletae, prom[illegible]eamur & adipiſcamur brauium.*

Milites equites. *Milites, pedites.*) *Milites* ſpeciatim equites indicare, ſaepe iam alibi monuimus. Vide multis locis ad Gulielmum Britonem.

Plebiſcitum *Commune conſultum.*) Conſilium omnium procerum conſenſu firmatum. *Plebiſcitum* uocat populi ſiue militiae commune decretum.

*Sed quoniam diebus noſtris.*) In altero codicum Bongarſianorum, qui ad manus noſtras peruenit, clare ſcriptum erat: *Sed quia quidem.* Et ita ſcripſit utique Baldricus, & ſententia longe clarius ingruit.

*Otio non ignobili.*) Virgilius - *ſtudiis florentem ignobilis otii.*

Maiores. *Maioribus noſtris.*) Doctoribus & praeſulibus.

*Neſcio quis compilator.*) Eſt is idem, quem pene κατὰ λέξιν ſecutum oſtendimus, Robertum monachum. Nempe primus auctor ſylloges Bongarſianae, qui in comitatu Boamundi rebus grauioribus interfuit.

Ruſticanus. *Nimis ruſticanum.*) Incultum, plebeia eloquentia. Hoc enim ruſticus ſermo notat. Vide doctiſsimi Bignonii commentarium ad Marculphi formulas Seuaronium ad Sidonii lib. IV. epiſt. III. Nos cum luce multorum autorum alibi.

Inurbanitas. *Inurbanitatem.*) Impolitiam. Robertus monachus in praefatione: cum in ea hiſtoria aliquid inurbane compoſitum inuenerint.

Supercilium. *Supercilii.*) arrogantiae infra lib. I. cap. IV.

Abominare *Abominauerim.*) antiquo uſu. Ita abominari.

Ver-

Verrius apud Priſcianum lib. VIII. *Saeuiliaque eorum abominaretur hominibus.* Ita legunt ibi membranae.

*Mendoſus.*) Horatianum lib. I. epiſt. XVI.

*Falſus honor iuuat & mendax infamia terret*
*Quam niſi mendacem & mendoſum?*

*Zelando.*) Irridendo. Saepe ita Petrus Chryſologus. Zeli definitionem ex Oecumenio, duplicem ſignificationem, utque in ſpiritualibus is requiratur, ex ſcholiaſte uetere Gregorii Nazianzeni, cum aliis eo ſpectantibus, notamus tertio tomo aduerſariorum. Zelare.

*Hiatu.*) temeritate, iactantia. Horatius. Hiatus.

*Quid tantum dignum dabit hic promiſſor hiatu.*

*Quae in codice dicto perpendi.*) Scribe cum Mſ. *deprehendi.*

*Partium narrantium.*) Scribe cum VC. *Patrum narrantium.*

*Aggreſſum opus.*) Ita hoc uerbo utitur Farentianus Maurus praefatione.

*Mihi retribuat Deus.*) Voto parili periegeſin ſuam claudit Priſcianus. Bona autem mens, & inſignis candor optimi huius antiſtitis vel ex hac epiſtola apparent.

# AD LIBRVM I.

## CAP. I.

*Vel hiſtoriographorum libros.*) Melior ſcriptura in membranis Bongarſianis: --- qui vel alicuius hiſtoriographorum libros ſaltim tenuiter legerunt.

*Computantium.*) Secundum rationes & ſucceſſiones chronologicas: Aliter enim certi nihil in omnibus narrationibus hiſtoricis.

*Aula*

Aula Dei. *Aula Dei.*) Templum Deo conſecratum. Sic ſaepius Prudentius & Paullinus. Cap. III.

*Spelunca latronum.*) Ex euangelio Matthaei XXI.

CAP. II.

Euectiones. *Euectionibus.*) Commerciis, mercaturis, intelligis etiam pretia litterarum, quibus licentia praeſtabatur Chriſtianis mercium aduehendarum & diſtrahendarum. Vide commentaria Ioannis Sauaronii ad Sidonium, lib. V. epiſt. XX. Item Franciſci Iuleti ad Symmachum non uno epiſtolarum loco &c. Sumtus dicit. Vt infra hoc libro cap. V. *Ne uero de craſtinis euectionibus ſolliciti ſitis, ſciatis quod Deum timentibus nihil deeſt.*

*Deum qui Deum.*) Scribe eum membranis -- *Deum, qui eum &c.*

*Ibique pauperatis.*) Membranae quondam Bongarſianae ipſisque *paupertatis.*

*Seminiuerbius.*) Orator. Conuitium Paulli ex actibus apoſtolicis, in bonam partem detorſit.

CAP. III.

*Quamuis cingulo.*) Quamuis iuriſdictioni eccleſiaſticae pontificis non addicti.

Iniuriare. *Iniuriantur.*) Contumeliis afficiuntur. Cyrillus Gloſſario. *Iniurio* ὑβρίζω.

Contubernales uteri. *Contubernales uteri ueſtri.*) Eadem matre in uitam uelut dati. Eſt mira & inuſitata locutio. *Contubernium*, ad unius loci cohabitationem pertinet. Vnde in Philoxeni gloſſario legimus: Contubernium, συναικέσιον, συνσκήνιον. Contubernalibus, σύνοικος, σύνσκηνος. De contuberniis militaribus conſule gloſſaria doctiſſimorum uirorum Nicolai Rigaltii & Ioannis Meurſii.

Ex-

Explodere.

*Exploduntur.*) Contumelioſe eiiciuntur.

*Nefandis ineptiis.*) Mahometicarum ſuperſtitionum ſceleratis deliriis.

Stipendium

*Stipendiis.*) alimoniis, prouentibus. Infra hoc libro, capite ſeptimo.

*Inimicitiam.*) Sordes gentilium & idololatrias. Saepe ita Prudentius noſter.

Simulacrum.

*Simulacra ſua.*) Ritus profanos & impia dogmata. Nam alioquin error craſſus eſt, ſimulacra aut imagines Turcis adfingere, qui id genus omne utique auerſantur.

Miracula ficta.

*Tantum miraculum.*) Notandum miraculum illud, fictum utique cum talibus caeteris, famigeratum tamen fuiſſe, antequam Palaeſtinam recuperarent Chriſtiani.

Pectus Silicinum.

*Pectus ſilicinum.*) lapideum, ſecundum prouerbialem loquendi morem de rigidae mentis hominibus. Seneca lib. III. de Ira cap. VIII. *Ebrioſus conuictores in amorem uini traxit: Impudicorum caetus fortem quoque & Siliceum uirum emolliit, auaritia in proximos uirus ſuum transtulit.* Ita lapis, homo ἀναφροδίσιος. Achilles Tatius libr. V. ποῖον ἄνδρα, Μελίτιν εἶπεν; οὐδὲν κοινὸν ἐστιν ἢ τοῖς λίθοις. Et paullo poſt. οὗτος ἀνέστην· ὡς ἀπὸ εὐνούχου. Ἔοικα δὲ εἰκόνος ἐρᾶν, Theodorus Prodromus, lib. VIII.. Οὐ γὰρ λίθον προῆλθον ἢ πέτρας ἔφην. Οὐδεὶς με παρήνεγκεν, εἰς φῶς, εἰς βίον, ὡς ἂν ἀτέγκτως πρὸς τὸν ἐν λύπαις ἔχω.

Lapis.

*Lapide* ſtuporem & caecitatem mentis indicari in ſacris litteris, docet Nicetas, commentario in orationem XL. Gregorii Nazianzeni. Alia ex Iſidoro Peluſiota, Ioſepho, Paullino, catena patrum in Lucam &c. Vide lib. CXXVIII. aduerſariorum. cap. III.

Beſtialis homo.

*Beſtialis homo.*) Stupidus inſtar beſtiae. Vide aduerſar. lib. CLXIII. cap. V.

*Ener-*

Euerberare. *Euerberat.*) Pulere dictum, ui quadam excitat. Et ſaepius ſic infra.

*Quae ſingulatim.*) Scribe - quas - cum libro manuſcripto Bongarſiano.

CAP. IV.

*Quorum prophetia iſta* ) *Quorum aetate* - ſic legendum cum eodem codice.

Commeatus. *Apoſtolorum commeatus.*) Conuerſationem dicere uult.

*Ebibendus.*) datus ebibendus terrae illi.

Laureare. *Laureauerunt.*) Gloſſa manuſcripta, martyrio coronauerunt, conſecrauerunt. Petrus Chryſologus, ſerm. LXVI. *Bene* iacuit Lazarus ante illam ianum, in qua fame ſua inhumanitatis tuae titulos fixit, ubi poſtes tuos ſuis ulceribus *laureauit*, ubi ſanie ſua pinxit micas tuas. Gloſſae Iſidoro adſcriptae. *Laureo*, corono, honoro. Baldricus infra, cap. XXIV.

Conuenae. *Conuenas.*) Opponuntur indigenis ſiue hereditariis poſſeſſoribus, Vt aduentitii gentiles, ſupra lib. iſto cap. ſecundo. Ita lib. II. cap. IX.

*Militiam*, *malitiam.*) Robertus monachus, lib. VII. cap. V. *O princeps nullius militiae, ſed totius malitiae*, ſi ſcires &c.

*Latrocinantium ſtipendia.*) contra Chriſtianos ſtipendia merentes.

Auſpicari. *Auſpicamini.*) velut per auſpicia aut auguria praeuidetis & odore uelut praecipitis.

Iacobitae. *Veteres Iacobitae.*) Iſraelis poſteros dicit, tertae Canaan occupatores.

CAP. V.

Euectiones. *Euectionibus.*) ſumtibus & impenſis tanti itineris. Vide ſupra ad cap. I.

*Confeſſis peccatorum ſuorum ignorantiam.* Quae temere ignorantesque commiſerunt. In manuſcripto

nuſcripto codice clare ſcriptum eſt, - ignoſcentiam. Legendum puto, ut bonus & integer ſit ſenſus, -- *agnoſcentiam.*

*Oratores.*) Id eſt orationibus iugibus intercedentes. Expoſitio ueteris libri.

*Extendemus manus.*) Exempla Moyſis. cap. XVII. Exodi.

## CAP. VI.

*Nobis ridentibus.*) Interfuit enim huic Claromontenſi concilio Baldricus. Ita mox hoc libro cap. VII. -- nos unusquisque properantes rediuimus ad propria. In ea ſynodo XIII. archiepiſcopos, & paſtorales uirgas CCV. fuiſſe, ſcribit Bertoldus Conſtantienſis in anno MCXCV.

*Naimarus.*) Ademarus, Aimarus & aliter, dubiae ſcriptionis nomine appellatur a diuerſis auctoribus. Guibertus abbas diu ſe non potuiſſe ſcribit uocabulum huius epiſcopi comperiri, tandem edoctum, in litteras ſuas miſiſſe. Gallice uulgo uocabatur Aönyn. Vt in chronico manuſcripto, cuius uerba ſuperius ad Roberti monachi librum IX. cap. IV. poſuimus. *Aonyn euesque du Puy en Auuergne.* Haimarum uocat Ordericus Vitalis lib. IX. p. DCCXXI. Otho Friſingenſis, regiae ſtirpis epiſcopus, uenerabilem epiſcopum quidem uocat, ſed nomen eius non exprimit lib. VII. cap. I. chronicorum.

*Vultu iucundus acceſſit.*) Eadem uerba de eadem re uſurpat, hinc hauſta, Ordericus Vitalis, totam hiſtoriam ab hoc ſcriptore conſignatam reponens, libro nono. Vultus autem animi index, ut multis ad Claudianum notamus. Ea in re ridiculam fabulam de Abrahamo in paradiſo iam degente, a Rabbinis recenſitam, rememorat Hieronymus de ſancta fide, pallida-

nimirum facie eum ſediſſe, indicantem uultu animi indignationem, quod Meſſias ſeſſurus eſſet ad dexteram Dei, ipſi Abrahamo ſede inferiore, nempe ad ſiniſtram, deſtinata, lib. I. cap. IIX.

Apoſtolicus *Apoſtolico.*) Pontifice Romano. Vide aduerſariorum lib. XLIII. cap. IIX.

Strenuitas. *Magnae ſtrenuitatis.*) Sane ut etiam peculiares ſuas copias duceret. Vt uides vel in eo conflictu, quo Antiochia erumpentes Chriſtiani infinitas obſidentium Turcarum copias, duce Corbahano, ipſi ſex ſeptem aciebus diſtincti, profligauerunt.

Primicerius *Primicerio.*) ſic legendum: Id eſt praeſtite, ex aula Conſtantinopolitana uoce traducta, de cuius primiceriis Georgius Codinus curopalates. Vide doctiſſimos libros de *officiis domus Auguſtae, Iacobi Gutherii.* Quæque in lexicis barbaro-Graecis, & in commentariis ad Codinum docti homines notauerunt.

Vexillum. *Vexillum*) teſtimonium, ſignum. Sic de cruce non ſemel Venantius Fortunatus.

CAP. VII.

Palliari. *Palliabantur.*) Hoc eſt ſignum eius in pallium exterius recipiebant.

*Iam coram gloriabantur.*) in manuſcripto libro Bongarſiano eſt - palam glor.

Verecundari. *Verecundabantur.*) Pudorem habebant, pudefiebant.

*Nimirum pro his agendis.*) Vox *nimirum* ſuperflue poſita eſt. Agnoſcitur etiam a libro calamo exarato, ne quis de ingenuitate dubitet.

*Omnino non ignoramus*) Caute loquitur, affirmat nimiopere, quae dubia habebantur.

Diſcurſus ſtellarum. *Stellarum diſcurſus.* Motus inordinati ſtellarum inter portenta. Iulius Obſequens cap. II.

*Ignes*

*Ignes caeleſtes multifariam orbi leui afflatu complurium* ueſtimenta aduſſerunt. Sic ſtellas nouas paſſim incendia duxiſſe, portentis belli ciuilis Caeſariani adſcribit Petronius.

*Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit;*
*Sanguineoque recens deſcendit Iuppiter imbre.*

*Annalibus noſtris.*) Hoc eſt omni ſerie ueterum hiſtoriarum.

*Competentias*) Veriſimilitudines & analogias. Competentia.

*Stipendiorum.*) alimentorum. Saepiſſime ſic harum hiſtoriarum conditores.

*Plures tamen abierunt.*) Inquinata ſunt ab exſcriptoribus haec uerba. Scribe: *Plures tamen abierunt, quam quod uel uix, uel ullatenus redituri easdem uias ſperabantur.* In membranis nihil auxilii eſt.

*Surrepſit.*) Quaſi dolo quodam, mente debilitata, nec ſatis ſui compote.

*Recluſi.*) Adeo arcte incluſi, ut in publicum numquam prodirent. Gloſſa Mſcta. Recludi.

*Ire uiam.*) Κατ' ἐξοχὴν *uia* dicitur haec peregrinatio. Via.

## CAP. VIII.

*Ferrum calidum.*) Inuſſerunt ſibi notam crucis, candente ferro. Ferrum calidum.

*In uanitatibus pepercisse.*) Mendacia uelut ueras notiones praetereundo. Vanitates.

*Cieuit,*) Exciuit. Nihil mutandum. Sic enim & membranae. Non memini tamen legere exemplum huius uerbi. Licet Phocae Grammatici locum forte mendoſum non fruſtra ſuſpicer, ubi legitur uulgo: Quaedam praeteritum in *ui* ſyllabam mittunt, producta penultima praeteriti, ut *neo neui, fleo, fleui, cieo, cieui,*

*impleo impleui, compleo, compleui &c.* Non reſpondebunt ſibi pari ſono & quantitate iſta, niſi legeris in his Phocae uerbis - *cieo cieui* - Ita autem reſpondebunt ſibi omnia. Vide & aduerſar. lib. CLI. cap. XIII.

Conſul. *Conſules.*) Ita uocant iſti auctores omnes proceres aut principes, qui cum auctoritate atque conſilio rebus regionibusque ſuis praeerant.

Palatinus. Dictum ad Robertum monachum. Palatini item omnes eminentiores magiſtratus principales notant. De eo alibi.

Tyrannus. *Tyrannos,*) affectat eruditionem ex antiquo huius uocis uſu. Olim enim tyranni quiuis potentiores homines dicebantur. Vſum Graecanicum agnoſcit Seruius, ad Aeneiden. VII.

Nepos. *Tancredem nepotem ſuum.*) Sororis filium. De *Nepotis* tali uſu ubertim alibi dictum eſt. Vide ad Gulielmum Britonem lib. VI. v. CCCCXIV.

*Licet a nobis.*) Reſtituenda lectio & libro manuſcripto: *Neque ſiquidem Angliam vel alias maritimas inſulas, licet noſtro nudiſoni maris abysſo ab orbe remotas, tonitruum iſtud latere potuit &c.* *Siquidem* ualet *equidem.*

*Extremos hominum Gallicios.*) Habet in animo uerba Hydatii antiqui Gallaeciae epiſcopi tempore B. Hieronymi, quae ſunt initio chronici: *Verum* inquit, *Hydatius*, (ſic enim nomen id ſcribendum) *Prouinciae Gallaeciae natus in Lemica ciuitate, mage diuino munere, quam proprio merito, ſummi praeſul creatus officii, ut extremus & uitae &c.* *Item in fine eius prologi: Quod eſt luctuoſius, intra extremam uniuerſi orbis Gallaeciam deformem eccleſiaſtici ordinis ſtatum &c.* Item poſtea pag. XI. *Gallaeciam Vandali occupant & Sueui, ſitam in extremitate oceani maris occidua.*

CAP.

CAP. IX.

*Multos Lombardos & Longobardos.* Sunt hacc ad uerbum expreſſa ex auctore primo Sylloges Bongarſianae, ipſaque eius prima pagina.

*Siut erat rectum.*) non nimio aut iniuſto pretio. Inſtitutum noſtrum non eſt, exigere ſcriptores alios ad alios, ne inutili mole excreſcant commentarii. Sed hoc unum agimus, ut illuſtrentur ipſi ſcriptores, & a mendis enitidentur. Nichomiam Baldericus uocat, abuſu breuis ſcripturae in textum perperam recepto, Nicomediam. Rectum.

*Quod quidam in manibus ſuis micturiebant.*) Infanda res & miſerabilis afflictio. Gentiles tamen hoc egerunt contra Chriſtianos; At exempla ſunt, Chriſtianos a Chriſtianis ex mera crudelitate & ambitione, eodem miſeriae redactos, ut pro magno beneficio in extrema ſiti alter alterius urinam poſceret. Monachus Paduanus in rebus horrendiſſimi tyranni, Ecelini, ubi de carceribus eius, fine libri primi: *Prae famis autem & ſitis anguſtia, quaelibet immunda miſeri comederunt, ac urinam cum auiditate inopinabili bibere cogebantur. Et non paruum impendere beneficium putabatur, qui urinae ſuae parum dignabatur ſociis ſuis impertiri.*

CAP. X.

*Euerberetis.*) Vi quadam impetretis. Ita ſupra hac libro cap. III. lib. III. c. IV. Euerberare

*Teſtimonium perhibuerunt.*) Perſtiterunt in ueritatis confeſſione.

*Captiuatum ire magis complacuit.*) Scribe cum membranis Bongarſianis. Aut ubi de iis triumphantibus, eosque captiuantibus, captiuos capitatim uendere magis complacuit. Vide inſul-

inſulſitatem exſcriptorum, qui iſta tam pulcre (ſecundum quidem captum ſeculi) concepta tam fœde contaminauerunt.

CAP. XI.

Perſecutio. *Hanc perſecutionem.*) Ineptiſſime; cum iam uere dixerit, ob immania ſua facinora diris ſuppliciis a Deo fuiſſe punitos.

Sine habere. *Walterus ſine habere.*) Sans auoir. Vide ad Albertum Aquenſem.

*Deſperatio aliquando audaciores facit.*) Vide ad Claudianum & Gal. Britonem.

*Audenter in ligna iaculati ſunt ignem.*) Excidit Baldrico periodus una, ignem, nimirum auerſum a Turcis ipſos Chriſtianos perſecutum; Eam, faciliime explebis ex auctore primo & Roberto, eadem tradentibus, ſed plene.

CAP. XII.

Sclauaria. *Sclauariam.*) Intelligi Sclauoniam, monent ſcholia priſca. In textu autem antiqui libri ſcriptum eſt, ut iſthic editum.

Frequentia. *Frequentias.*) Copias: interprete ſcholiaſte antiquo.

Probitas. *Probitatibus ſigniſque.*) Virtutibus & armis, aut inſignibus.

*Quod per particulas conciſum*) Quo conciſo per particulas. Sic ſaepius ſoloeciſſant iſti auctores, ut multis alibi exemplis ad Richardum Gothum notauimus. De pallio hoc Boamundi pretioſiſſimo, ſiue duobus ipſis, ſupra ad Robertum monachum.

*In quadam obſidione.*) Obſidionis uocem poſteriore loco non agnoſcit liber ſcriptus.

Gens. *Gentem*) Exercitum, milites. Vide gloſſarium ad auctorem primum.

Gnarus. *Viros magnos & gnaros.*) prudentes & fortes. Sic

ſic uocant eosdem alii ſcriptores. Nomina modo nominatorum heroum uarie ab aliis ſcribuntur.

## CAP. XIII.

*Mandauit hoſpitium.*) Paratum eſſe indicauit, praeparari iuſſit. Mandare hoſpitium.

*Paleas.*) Sic uocat equorum curandorum neceſſaria, pabula, ſtramenta. Ita auctor primus, cap. III. *Cum fuiſſet hoſpitatus dux, ſecure mittebat armigeros ſuos per ſingulos dies, ut paleas & alia equis neceſſaria aſportarent.* Paleae.

*Voluntarius.*) ſua ſponte. Vltro. Vel certe non tergiuerſando. Voluntarius.

*Defectus.*) occiſio, mors. Imminutio. De uſu huius uocis pulcra ſunt quae obſeruat uir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius, notis ad Phaedrum primis. Defectus.

*Excubiatores.*) In membranis legitur - *Excubitatores* - melius prorſus.

*Superuenturorum principum.*) Sic legendum cum libro manuſcripto.

## CAP. XIV.

*In uallem de Andrianopolin.*) Scribendum cum libro - *in uallem de Adrianopoli.* Quod ex correctione eſt; loquitur enim ſic ad uerbum auctor primus, cap. IV. Videmus autem & hinc, & ex aliis multis locis, prorſus Graecae linguae expertes fuiſſe hos autores.

*Abeamus.*) ſcribendum cum membranis - *habeamus.* Vt ſupra, cap. VIII. - *in exercitu Dei ſe laudabiliter habuerunt.*

*Cautela.*) Prudentia, cautio circumſpectio lib. III. cap. IV. *Haec omnia diſcretiore eſſent conſideranda cautela.* Et alii alibi. Cautela.

Benedictio. *Pro benedictione*) grato animo, bono animo collato. Locutio ſcripturae.

Pedites. *De peditibus.*) Hoc eſt pauperum curam habete. *Dominum ante.*) Manuſcriptus liber praeponit uoculam&,ut fiat integer uerſus.

*Et dominum ante oculos praeſentem ſemper habete.*

Gladiator. *Gladiatores,*) homicidas, latrones. Robertus monachus lib. VI. cap. VI. Appulienſis Boamundus & gladiator Godefridus, ſunt ipſi dii eorum. Idem lib. VII. cap. VII. *carnificem* ſonat apud eundem, lib. VII. c. VII. tunc accitus gladiator tyranni paruit imperio, & euaginato gladio caput illius praecidit.

Inimicantes *Inimicantes,*) infenſi. Notatum eſt ſupra.

Duntaxat. *Duntaxat*) Non ſatis coepit hoc uerbum. Valere uult - *uidelicet.*

## CAP. XV.

*Percunctatos.*) Interrogatos. Sic habent etiam membranae.

Roga. *In roga imperatoris.*) Stipendium deſignat haec uox. Vide Ioannis Meurſii gloſſarium. Quin in gloſſis Baſilicorum, ubi ſcriptum eſt. *Αννόνα σημαίνει παροχὴν, ἀγορὰν, καὶ τὴν ἐνήσιον διανομὴν*, - male tamen corrigit - *παροχὴν ῥόγαν.* Quid enim frequentius, quam per annonam mercatum, forum, &c. intelligi. Sunt autem ipſa primi auctoris uerba.

Imperator pro imperio eius. *Per imperatorem.*) terram, imperium eius. Craſſa locutio eſt, nec tamen quicquam mutant membranae, quae a Bongarſio olim ad nos peruenerunt. Sic ſtatim mox. Ex imperatore - eſt iuſſu & imperio eius.

Poteſtatiuus *Poteſtatiuum hominem.*) praeualentem, praepotentem. Sic infra cap. XXII.

*Im-*

*Improbitatis.*) petulantiae, iniuriae. Sententia eſt, *uanam eſſe ſine uiribus iram*, & imprudenter ultionem quaerere, qui uiribus longe ſit infra laedentem. Expectandum eſſe tempus, tum memoriam iniuriarum reparandam. Improbitas.

*Aequanimiter diſſimulemus.*) Duo uerba exciderunt, reponenda ex modo laudatis membranis - aequanimiter ad tempus diſſimulemus. Qui ſane unicus auctoris ſenſus eſt.

*Corpalatium.*) Curopalaten. Quae dignitas dudum a uiris doctis illuſtrata eſt. Curopalius.

*Regionarios*) Prouinciales. Intelligitur *Tabinus* uel *Tetinus* ille nequam, tantopere a caeteris ſcriptoribus uituperatus. Vide ad Albertum Aquenſem. Regionarius.

*Verebantur.*) Metuebant, exſecrabantur.

*Aliquam inueniret perperam.*) Mira ſcriptio, nec mutant quicquam membranae. Puto tamen Baldericum ſcripſiſſe - aliquam inueniret querelam - Ipſa tota periodus tranſſumta eſt ex auctore primo, initio libri II. cap. V.

CAP. XVI.

*Videre deſiderabat.*) Fama enim eius incluta erat; & eatenus non pauca fortiter & proſpere contra eum ipſum Graecum imperatorem geſſerat. Ita auctor primus cap. VI.

*Quae cibaria.*) In manuſcripto libro - quo legitur - Illud melius eſt.

*Pugnauerat & ſuperauerat.*) Scribendum - ſuperatus fuerat.

*Procurauit.*) Neceſſaria ei ſupeditauit. Procurare.

*Intermiſſa multitudine.*) Exercitu & militia retro relicta. Intermittere.

*Franci omnino periurium uitant.*) Exemplo nempe Romanorum ueterum, de quorum hac

 uirtute

uirtute legendus eſt Cicero, lib. III. de officiis. Perfidiam tamen & infidelitatem prae caeteris gentibus huic aſſignat Saluianus lib. IV. de Gubern. Dei: *Gens Saxonum fera eſt*, inquit, *Francorum infidelis, Gepidarum inhumana. Hunnorum impudica.* Et poſt: *Numquid tam accuſabilis Francorum perfidia, quam noſtra; aut tam reprehenſibilis ebrietas Alani, quam chriſtiani?*

Abdicare. *Tranſitum abdicare*) prorſus negare.

## CAP. XVII.

Meatus. *Meatum.*) Tranſitum & commeatum.

*Eis iurari praeciperet.*) Id eſt iuramento ſuo Francorum hominium praeueniret. Hanc ſententiam omnino ingerunt ſequentia, ubi ait quod neutrum ei auferrent, quoad ipſe, quod iurabat, bona fide teneret. Et ita primus auctor de iuramento Boamundi: tali modo iurauit, ut ſi ille fideliter teneret illud ſacramentum, iſte ſuum nunquam praeteriret. Haec eſt ſententia huius loci, & melius legatur *iurare.*

Nauigium. *De nauigio.*) Claſſe, qua transfretaret militia occidentalis. Haec enim uoce *nauigii* indicatur, ut multis dictum ad Gulielmum Britonem, lib. VII. v. 376. Etiam ſic uſurpatur a *Septimino*, ſcriptore belli Troiani, quem Theodoſio magno imperante ſcripſiſſe, hariolari poſſe uidemur: quemque ita emaculauit doctisſimus Mercerus, ut toti nos multa tamen poſt eum reſtituendo contulerimus, uti & ipſi libro antiquo, & longe quidem Mercerianis, ut demonſtrabitur, uetuſtiore.

Septiminius Scriptor belli Troiani.

## CAP. XIIX.

Vidulae. *Acceptis ſecuribus, aſciis & uidulis aliisque multimodis ferramentis.*) Caetera nota ſunt inſtrumenta ferrea; at *uidulis* quis iſthic locus? Nihil ſane tale alibi lectum occurrit. Sed, ambagibus omisſis,

omiſsis, ſcribendum exiſtimo - *ſecuribus aſciis, & guuiis* - Ea uox Gallica eſt, & inter ferramenta eius ſignificatio relata ab Iſidoro lib. XIX.c.XIX. & in gloſſario eidem adſcripto legitur : iura uentuoſa. Non dubito eamdem uocem eſſe, explicatione eius corrupta. Perpenſa autem re exactius, ſcribendum putem - *aſciis & gumbulis*, aut *gumbis*. *Gumbarum* enim appellatione *cunei* ueniunt, quorum ſane auxilio magnopere indigebant illi chriſtiani, uiarum barbaricarum compoſitores. Iſidori gloſſae. *Gumba, cuneus, cripa.* Et alibi. *Gumba, cuneus, cripa * catacumba.* Et eadem uox indicato loco originum eidem (ſi tamen idem eſt) reſtitui ualebit. Haec margini Baldrici noſtri inter legendum alleuimus, non tamen ulli ſatisfactura exiſtimans, huc transſcripſi. Incidet fortaſſe uel correctio uel ſufficiens huius uocis illuſtratio ; nunc inquirere equidem non uacat prolixius. Gumbae.

*Stirpanda)* Stirpibus euellendis. Scriptum puto-exſtirpanda. Stirpare.

*Deo de ſuis procurante*) Delenda eſt uocula *de*. Et ſic locutus eſt alibi non ſemel. Ut iam modo notatum, ad huius libri caput decimum ſextum.

*E regione.*) Contra, ex altera parte.

*Ingruentiam.*) copiam ingruentem. Non ineleganter.

*Obſeruari.*) Obſideri, cuſtodiri aditus. Dictum ad Albertum Aquenſem.

CAP. XIX.

*Efferebant.*) Scribendum MS. Et ferebant-Talis ſtoliditas fuit poſtea in Corbaranni etiam exercitu deprehenſa ; item multis parium hiſtoriis. Obſeruare.

*Multis autem internecioni deditis.*) Sic ſcribenda haec uerba.

*Colonos.*

Colonia. *Colonos.*) Incolas, ciues. Sic *coloniam* pro urbe dixit, lib. II. infra cap. V. iconium.

Irrequietudo. *Irrequietudinem.*) Induſtriam, diligentiam, uigilantiam, laborioſitatem.

*Eos nocere non poterant.*) *iis* communiter dicendum erat. Sed ſic etiam bonos auctores quandoque locutos, alibi cum exemplis adnotabimus.

CAP. XX.

Imperioſus. *Tentoria imperioſa.*) Id eſt ſplendida, ſpecioſa. Claudianus de Honorio. Eques Gelonis imperioſior.

*Adulabilis fabula de Troia.*) Lege ſermonem Dionis Chryſoſtomi.

Torreo. *Torreret.*) Id eſt feruenti ſuo ueneno interficeret.

*Non temerarius.*) In manuſcripto libro supereſt integra lectio - ut de tali non temerarius Salomonem decantaſſe autumauerit aliquis.

CAP. XXI.

Miniſterium legale. *Legali miniſterio.*) Miniſtere loyal-congruam honeſtati omnem uitam & conuerſationem dicit. Vide ad Albertum Aquenſem lib. III. cap. XXXI. Casſiodorum legalem barbaro opponere, alia itidem ex Mathaeo Pariſio, Gulielmo Neubrigenſe, Mathaeo Weſtmonaſterienſe, Anglicis Normannicisque ſcriptoribus, Fulberto Carnotenſe, Dudone Sanquintinio, & aliis alibi explicata nunc hic non repetuntur. Sunt autem omnia iſta in ſpeciem tantum ueritatis dicta; nam quanta foeditate omnia in exercitibus iſtis fuerint conturbata, indicant caeteri auctores, in primis Gulielmus Tyrius, & Albertus Aquenſis, principes omnium.

Abhominare. *Abhominabantur.*) Semouebantur a populo. ita interpretantur hanc uocem antiqua ſcholia, neque

que aliter ſcribunt membranae, quam ut ab hominis appellatione deductam poſsis animaduertere.

*Conopaeorum.*) Tentoria intelligit. Qui pro extentis linteaminibus legerat uocem eam apud Iuuenalem & Horatium, Epod. IX. & Satira. VI. ſcholiaſtes uetus Horatii. *Conopeum* genus eſt retis ad muſcas & culices abigendos, quo Alexandrini potiſſimum utuntur, propter culicum illic abundantiam. Hic autem accipitur pro omnibus deliciis & mundo Cleopatrae. Ita redegit in compendium, quae uulgo ſub Acronis & Porphyri titulis leguntur, Iacobus Cruquius. Mala omnino induſtria collocata. Sunt enim uulgata iſtis longo interuallo meliora. Vide & commentarium Iuuenalis Sat. VI. v. LXXX. Conopeum.

## CAP. XXII.

*Nocuit differre paratis.*) Lucanus lib. I.

*Dum trepidant nullo firmatae robore partes*
*Tolle moras; ſemper nocuit differre paratis.*

Ad quem uerſum, remque ipſam ſimul illuſtrandam, quaedam contulit Henricus Stephanus Schediaſmatum lib. IV. cap. XXVI.

*Remittendo.*) faceſſendo eorum poſtulata, & nuncios remittendo.

*Interdicimus.*) prohibemus, arcemus. A nauibus eos excludimus.

*Impingere in lacum.*) ui immittere. Impingere.

*Nauigium caſtellanorum.*) Claſſem Nicaeenſium. *Caſtellanos* pro incolis ciuitatis dicit, uſu alibi commentariorum nobis adnotato. Caſtellani.

*Mandauerunt.*) Commendarunt ſiue tradiderunt eas militibus imperatoriis. *Turcopoli* ſunt Hybridae, miſto genere Turcorum & Graecorum. Mandare. Turcopoli.

*Albe-*

Albus. *Albeſcente.*) Vide ad Claudianum. *Albus* ſplendidum ſolem notat. Ennius.

*Interea ſol albus receſſit in infera noctis.*

apud Ciceron. I. Diuinat.

*Adiacet dedecus deditionis.*) in promtu eſt, relictum eſt. Sic iam ante locutus eſt.

CAP. XXIII.

*Ipſe fulgor armorum.*) Non nihil adiumenti ad deiiciendum animi hoſtem habet ſplendor armorum. Exempla adſunt etiam in iſtis hiſtoriis.

*Inſurgentes dimicare.*) Sententia eſt: concede nobis, qui nos tibi dedimus uitam, ut tuis partibus contra hos tuos hoſtes aſſiſtere ualeamus, id quod facere minime poterimus, ſi iſti noſtram urbem occupabunt.

*Plexis corporibus.*) Membris mutilatis, quae tum conſuetudinaria poena erat, mortem meritorum, ſed uitae relictorum, poſt grande aliquod crimen. Exemplorum ubique copia eſt, nec pauca indidem alibi nobis ſunt notata.

Parturire. *Quanto parturies.*) nouos ex nobis homines facies. Inepta & inſcita locutio, & utique tamen cum libro manuſcripto, Baldrico ſeruanda. Simile aliquid loquitur lib. II. cap. VIII. *trames aridiſſimus pepererat omnibus offendiculum.* Et ſimilius lib. III. cap. XIX. *immenſam deletionem, ſtrictis gladiis, parturiebant.*

*His imperator auditis.*) Corrupta ſunt iſta, cum ſcriptura uetere corrigenda: His imperator auditis, chriſtianorumque prouectui, poſtea rei probante euentu, occulte inuidens, obſeſſorum legationi ſatisfecit, & ſatellitibus ſuis imperauit, quatenus ſe & ſua dedentes, Conſtantinopolim inuiolatos deducerent, deque ciuitate conſeruanda, curioſe procurarent.

Hono-

*Honorificentia libertatis.*) *Liberalitatis* legitur in membranis.

*Educatam.*) fotam, atque ſaginatam uelut. Locutio hauſta eſt ex Plautina lectione Menaechmis, Actu. I. Scen. I. Educare.

*Nam illic homo homines non alit, uerum educat.*

Eam ſententiam agnoſcit ibi Nonius.

*Affectaret.*) ſibi adfecta deuinciret, beneficiis amicos redderet. Affectare.

*In quibus clam inuidebat*) In MS. uera lectio eſt, *quibus iam clam inuidebat.*

CAP. XXIV.

*Exterminio.*) abolitione. Saepius ſic loquuntur iſti auctores. Exterminium.

*Alias.*) alio, aliorſum. Sic. lib. III. cap. XXIV. ſic in fine huius libri. Alias.

*Spoliis opimis gratulabantur.*) Translatae enim erant Conſtantinopolim uictorum facultates, ex foederis formula cedentibus imperatori omnia principibus militiae chriſtianae. Vide ſupra cap. XXII. uidere eſt.

*Accingamur.*) Scribe cum libro calamo exarato-reaccingamur.

## AD LIBRVM II. BALDRICI, DOLENSIVM ARCHIEPISCOPI, DE BELLIS PALAESTINIS ANIMADVERSIONES ET GLOSSARIA.

### Ad CAPVT I.

*Fecerunt dies.*) Locutio ſcripturae, ſi ſatis tamen memini. De ſingulari uſu huius uerbi, illu-

illuſtratis plurimis ſcriptoribus, peculiare caput fecimus. Aduerſariorum libro CXLVII. c. III. Sic loquitur infra lib. III. cap. III. & lib. III. cap. XXII.

*Antequam matutinatus lucifer exalbeſceret.*) Scriptura elegans eſt in membranis Bongarſianis, quam & reſtituendam Baldrico putamus. Matutanatus - aurorae nimirum filium adſcribit luciferum, ut ſubpoetari ſolet multis aliis locis. Quid uero mirum, parentem dari lucifero? cum idem ipſe pater fuiſſe tradatur Leuconoes. Vti uides apud Higinum, cap. CLXI. fabularum. Vide tamen notata ad librum tertium infra cap. VIII.

Albeſcere. *Albeſcere* eſt illucere. Cn. Matius in Mimiambis.

*Iamiam albicaſcit Phoebus & recentatur.*

*Chonaus filius Gaufredi.*) Conanus ſcribendum, qui filius fuit ducis Britanniae Gaufridi, ut recte ſcribit liber Bongarſianus, & Bongarſius ipſe in catalogo heroum. Vide & Gulielmum Britonem. Lib. VIII. v. CCCXCIX.

Os rabidum. *Ore rabido.*) Sic ſcribendum cum MS. intelligit enim dirum clamorem Turcorum & blaſphemas uoces. De utriſque ubertim alibi exempla ſuppetunt. Sic mox cap. II. *Interim Turcae declamantes aduenerant.* cap. XIX. *Obtruncabant eos immiſericorditer, & clamabant in eos dentibus ſtridentes.* Vide & lib. III. cap. XXV. Vbi clamori Turcorum magna uis tribuitur. Clamores iſtos ſpeciatim ductus uidemus infra lib. IV. cap. XIX. clamabant autem nomina patriarum ſuarum. Vt Raimundi comitis milites acclamant Tholoſam, memorante Agilaeo cap. III.

*Ex IEſu Chriſti.*) Vocula ex abundat. Exemplorum copiam dedimus ad Claudianum. Et indidem ea repetiuit I. Ludouicus de la Cerda in aduer-

aduerſariis, quae ſacra uocat. Auhor io hace Boamundi, ſi concepta eſſet uerbis, quibus deceret, & coloribus congruentibus culta, magnam uim bonae mentis, bonarumque rerum oſtenderet.

*Iam nunc ſibi quisque loquatur.*) Hoc eſt exhortetur ſe, & conſilium ex ſuo pectore hauriat. Sic paullo poſt - unusque ſibi dicat quod in tali negotio faciendum non ignorat. Et hauſtus hic ſermo eſt ab auctore aliquo maiorum gentium. Sibi loqui.

*Pedites milites.*) opponuntur. *Milites* enim ſunt ſpeciatim equites. Multis alibi -

*Ad eos iurandos praeponerent.*) Scribendum *praeproperent* - aut properarent.

CAP. II.

*Martis campus incanduerat.*) Scribendum cum membranis. Marte c. 1.

*Discredebat*) diffidebat. Sic Robertus monachus, ut nuper ad eum notatum eſt. Noſter Baldricus infra hoc libro. cap. XXIII. lib. III. cap. VIII. & cap. IX. Diſcredere.

*Auderet anhelare.*) Hoc etiam ex Plauto eſt translatum. Milite.

- - *Mars haut auſit biſcere,*
*Neque aequiperare ſuas uirtutes ad tuas.*

Eam in Plautino loco lectionem firmant haec Balderici noſtri uerba, qui quidem ſingulis paginis habet, quae de comico traducta, res ipſa oſtendet. Tale eſt quod ſtatim ſequitur, eodem hoc capite.

*Vnde tanta gens tamque repentina emerſiſſet.*) Notus Plauti locus - *modo nusquam eras - e terra emerſiſti uel prorepſiſti modo*, qui tamen ubi ſit memoriae nunc non occurrit. Alia non ſemper adnotabimus, uitandae prolixitati.

## CAP. III.

Indetermi-natus. *Indeterminatus.*) Innumerabilis, numerum excedens.

*Padienſis cum ſuo magno exercitu.*) Scriptus liber diſerte - *cum ſuo magnus.*

*Per omnia miles expeditisſimus.*) Cum laude nominatur hic princeps. Vt ſupra libro primo cap. XX. Comes Flandrenſis uir ſtrenuus, & miles audaciſſimus. Puto etiam propter potentiam, unde archicomes uocabatur. Gulielmus Brito lib. IV. uers. DLXXXIX. - Hennarius atque Flandricus archicomes -- Albertus Aquenſis lib. IV. cap. LV. ditiſſimus & potentiſſimus princeps pinguis Flandriae.

Conſentire terga. *Terga caedentibus conſenſerunt.*) Praebuerunt, exhibuerunt. Sic & ſcriptus liber, & eſt affectatio argutiloquentiae ſolita.

Irreuerberatus. *Irreuerberato.*) non metuente ictum aduerſarii contrarium.

*Dedidicerant.*) Multa hoc genus olim notare memini ad Petronium, & nuper ad Papinium.

*Iactitant tamen ſe &c.*) Hauſta ad uerbum ex auctore primo, cap. nono.

## CAP. IV.

Obfuſcare. *Obfuſcatur.*) Id eſt obnubilatur, exſtinguitur. Vide lib. XXXIII. Aduerſar. cap. XIII.

Subiugalia. *Subiugalia.*) Iumenta, ex euangelio.

Proſperator. *Proſperatori.*) Gloſſa ſcripta, ſeruatori, beatificanti. Baldricus infra lib. IV. cap. XV. Deo gratias agentes, itineris & latoris ſui proſperatori.

*Vrbes excire.*) Poeticum.

*Seu nos uidiſſe putamus.*) refert haec tacite ad diuina auxilia, quae alias uiſiblia, quae minus ſuperſtitioſe tamen hic auctor caeteris pleriſque narrare ſolet.

CAP.

CAP. V.

*Iter ſuum moliebantur.*) Hoc eſt omni ope & labore illi inſiſtebant. Moliri iter.

*Pro uehiculis*) Senſus eſt uaccas & boues equitatos. Et ſic alii auctores.

*Colonia.*) Vrbs. Adnotatum eſt ſupra. Sic lib. iſto. cap. XI. Colonia.

*Ad refocillandum.*) ad plenam enim ſitim reſtinguendam non ſufficiebant. Refocillare.

*Curſitores.*) Gloſſarium MS. Curſitor, frequens curſor, curſor perpetuus. Sic Baldericus noſter. Infra hoc libro cap. IX. lib. III. cap. II.

*Paleas diriperent.*) Pabula equis ex hoſtico peterent.

CAP. VI.

*Probitate.*) Fortitudine. Strenuitate. Hac enim tum omnes uirtutes comprehendi cenſebatur. Probitas.

*Laxis habenis.*) Excidit uox una, quam ex MS. repone. -- *laxis habenis perſecutus*, caſtrametatus eſt prope moenia ciuitatis.

CAP. VII.

*Nobis peculiemur.*) Noſtro peculio adſcribamus. Elegans uſus uerbi, nec protritus, nec tamen aſpernandus, uel pro antiquo, uel pro ſordido. Peculiari.

*Anhelans ſententiam.*) Omni cupiditate in ea perſtans. Anhelare ſententiam.

*Publicationem.*) Publicam direptionem. Publicatio.

*Amaricatus.*) Animo indignabundo ultionem operans. Dolorem uentris hac uoce proloquitur Ioannes theologus in apocalypſi. Amaricatus

*Erat moderatus irae ſuae.*) Alii aliter. Summa autem haec laus accedit reliquis tanti Herois, modo uera ſit. Eſt enim utique rariſſima.

CAP. IIX.

*Curioſi explorarent.*) Ita habent etiam membranae. Alibi etiam ita loquitur, nec mutanda eſt ullo loco lectio.

Conſulares uiri. *Conſulares uiri.*) dignitate comites, prudentia conſules. Vide ſupra ad Roberdum monachum, ex libris aduerſariorum tertii uoluminis.

*Aliud erat aliunde diuerticulum.*) In nullum latus dicit eos deflectere potuiſſe, propter anguſtias loci, quas erepere proni cogebantur.

Clitellae. *Vel equis uel clitellariis.*) Caballis aut aſinis, uel mulis. Scholiaſtes Horatianus libro I. Sat. V. *Clitellas.*) Saginas ſiue ſellas, quibus ſtrati nulli ſarcinas ſiue onera geſtant, uncinis ligneis hinc inde dependentibus.

Ancile. *Ancilia.*) Parmas, ſcuta, clypeos.

Exoccupatus. *Exoccupatus.*) Siue neceſſaria & coacta occupatione.

Conducere. *Conducendis.*) Adminiſtrandis, procurandis.

CAP. IX.

Conuenae. *Conuenae illius ciuitatis.*) habitatores, incolae. Notatum ſupra. Quia munita urbe varii eo confluxerant, & res ſuas contulerant.

*Quantumlibet.*) uel paullulum aliquid.

Suſtiuere. *Suſtinebant Boamundum.*) Exſpectabant. Supra lib. I. cap. IX. Agilaeus cap. I.

*Vſibus humanis.*) Neceſſitatibus corporalibus. In libro MS. tamen legitur inhumanis. Id eſt quarum uel humanos aliquos homines puduiſſet.

Burd. *Burdones.*) Ex equo & aſina. Iſidorus. lib. XII. Orig. Papias. *Burdo* animali quod ex equo naſcitur & aſina.

Irrequictus. *Irrequietus homo erat.*) impiger, minime deſidioſus. Sic lib. I. cap. XIX. Hoc libro infra cap.

cap. XXI. lib. III. cap. XVIII. Boamundum mire laudant primus auctor, qui ei aſſecla fuit, Robertus monachus, Gunterus poeta, noſter Baldericus. Vituperant contra alii. Vt ſolent de omnibus his principibus diuerſe cenſere.

*Montanis.*) Scribe cum MS. montaneis. Id eſt locis montoſis. Ita lib. III. cap. XIX. cap. XXIV. lib. IV. cap. VII. cap. X.

CAP. X.

*Nihil magis nocet bellantibus, quam inimicorum reſcire ſecreta.*) Contra mentem ſcriptoris eſt haec ſententia. Scribe, ut ſuus prudenti dicto honos reſtituatur: Nihil enim magis nocet bellantibus, quam inimicos eorum reſcire ſecreta, & contra praeparata obuiantia, praeparari machinamenta, & inimicos eorum exinanire uel praeuenire conſilia.

*Multi occubuerunt.*) Emaculandum cum membranis - occubuerant.

*Fugamque fingentes.*) Scribendum cum iisdem membranis - *fugam quaſi fingentes.*

CAP. XI.

*Concitus ſurrexit.*) illico, ſine mora. Gloſſ. Mſ. Concitus.

*Saepe namque pro poenis aliis illatis alii examinantur.*) Pertinet hac ſententia, quam in ore habuiſſe comperimus quondam fortiſſimum heroem, Mauritium Naſſouium: En faict de guerre, on tue auſſi les innocents, qué les nocents:

*Caſtrenſes.*) Ita ſaepius uocat obſeſſores in caſtris degentes. lib. I. cap. XXI. lib. II. cap. X. lib. III. cap. XXI. lib. IV. cap. X. Caſtrenſes.

*Gentes alerentur.*) Milites. Gallciſmus. Sic mox gentes ingentes. Copioſa militia. Gens.

*Sanum uidetur.*) Conſultum, utile factu.

Colonia. *Colonias.*) Habitationes. Supra hoc libro cap. v.

CAP. XII.

Aduentitius. *Aduentitios.*) nullo certo ordine ingruentes, hinc inde conuenientes.

*Euecto S. crucis ſigno.*) Melius Mſ. inuecto. In medios profecto. De antiquisſima ueneratione ligni, quod crucem dominicam arbitrabantur, legenda eſt epiſtola undecima apud Pontium Paullinum.

*Tentoria languidiora.*) Paucioribus militibus emunita.

Impingere. *Impegerunt chriſtianos.*) Irruerunt eos. Sic lib. III. cap. XXII.

Perſiſtere. *Perſtiterunt.*) Pertinaciter in caſtris praeliati ſunt. Gloſſ. MS.

Sauciari. *Inedia ſauciabat.*) Locutio Appuleiana: Cui ſauciatur omne quod affligitur.

*Octo uendebant purpuratos.*) Sic ſolens ſoloeciſſat hic auctor, ut hactenus in eo obſeruari potuit. Scriptum tamen diſerte eſt in membranis -- purpuratis --

*Ergo morbi lues contaminabat caſtra.*) Ex fame contagionem fuiſſe ortam, memorat. Clariorem facit ſententiam liber ſcriptus, legendo - Adhaec morbi lues contaminare caſtra incipiebat.

CAP. XIII.

*Inhoneſte conuitiatos.*) Omnibus opprobriis dehoneſtatos.

Hoſtis Dei. *Hoſtem Dei.*) L' oſt de Dieu. Caſtra dicit atque exercitum.

*Tutum pauorem.*) Scribendum cum MS. *totum*. *An omnis*, inquit, *tibi ſoli incubuit pauor, reliquis eius nihil ſentientibus*. Eadem bene uerba ſunt, lib. III. cap. XIII. non metum omnibus imminebat ſibi ſoli totum arripere. *Ne-*

*Nobis dimiſſus*) Omnino legendum - - nobis dimiſſis. - -

*Quem tenebat.*) Captiuum, inſtar hoſtis.

*Collaudantibus.*) Sententiae eius accedentibus. Collaudare.
*Laudandi* uerbum, quomodo a ſcriptoribus hoc genus uſurpetur, alibi docuimus. Confirmare inſtar teſtium hoc loco notat. Sic Helmoldus Chron. Slauor. lib. I. cap. XXVII. Cumque non longe abeſſet pugna, factum eſt ex conſilio utriusque partis, ut laudaretur pax, usque poſt biduum, ſperantes bellum pace ſopiri. Diethmarus fine lib. II. chronici Merſeburgenſis: *Aequiuocus eius, iunior Otto, patre adhuc uiuente electus, & unctus iterum collaudatur a cunctis in dominum & regem.* Gulielmus Gemmeticenſis libro VI. cap. XII. Licet ſub tenerrima detineretur aetate puerili, tamen, iuxta decretum ducis, protinus eum, promta uiuacitate ſuum collaudauere principem ac dominum. Herueus Malſetus, in charta quadam apud A. Quercetanum notis ad monumenta Cluniacenſia: *Quamuis ſcirent, ueram eſſe cauſſam monachorum, laudauerunt priori ac monachis, qui ibi aderant, ne conſentirent fieri bellum.* Id eſt - ſuaſerunt - - - Gulielmus, comes Niuernenſis in charta quadam, apud eundem, fine earum notarum: *Super haec omnia laudo, dono, concedo, & confirmo; Vt quicunque huic noſtrae eleemoſynae ſupraedificare noluerit, liceat ei hoc facere. Plura* exempla uide in gloſſariis aut judicibus, quos his auctoribus ſubiecimus.

*Inpoenitudinis.*) Contumaciae; & in peccando peruicaciae. Inpoenitudo.

*Rumorum augmentatrix.*) Secundum poetarum deſcriptiones, reique ueritatem.

*Nomine Tagingus* ) Eſt Tettigus aliisque ille ab aliis uocabulis nominatus.

CAP. XIV.

*Renes diſſolutus.*) Ex ſcriptura.

*Enormiter ucrebatur.)* Vltra modum metuebat.

*Nullum adiutorem exſpectamus.*) Scribe cum libro Mſ Exſpectare habemus. - -

*Patres conſcripti.*) Ridicula ignorantia in tot auctorum lectore. Nullae enim paginae in hoc auctore ſunt, quae optimarum quotumque frequentem lectionem non arguant.

Hoſtis. *Ab hoſte recedere.*) Ab exercitu. Vt paullo ante notatum eſt.

Vbi ubi. *Vbi ubi.*) Vndiquaque: Omnibus locis. Quaquauerſum.

*Super haec ſacroſancta.*) Omiſſa eſt uox - - Euangelia, uel ei aequi pollens.

*Naues adnauerant.*) Quaerit alliterationem; in qua ponit elegantiam. Et ita loquitur Virgilius

Ingruentia. *Ingruentiam mortis.*) Vndique mortem ingruere. Sic ingruentia iaculorum lib. I. cap. XVIII. Ingruentia belli lib. II. cap. XVI. cap. XIX.

*Colla marcida circulabant.*) Id eſt marcentibus collis capita in circulum rotabant. Haec eſt ſententia, etiam gloſſis manu exaratis debita. Qualium ſane adhibitae enarrationes, infinitis locis omne genus auctorum illuſtrant.

CAP. XV.

*De bello diſputare auſa eſt.*) Sic legendum, abiecta inutili littera.

Tepidus. *Tepidus.*) Dubius animi. Medius inter confidentem & deſperantem. Ex ſcripturae locis.

Complices. *Complices.*) Conſentientes, ſocios. Infra cap. XXI.

Si

*Si moriamur inglorii.*) Alludit uerba Salluſtiana in prooemio Catilinae.

*Multum mori conſpicabimur.*) Cateruatim eum interire breui uidebimus. Multum mori.

*Quando ſaltem de animarum.*) Scribendum: quando de ſalute animarum noſtrarum ſaltem ſecuri, non moriemur, ſicut mori ſolent ignaui. Et ita ad litteram membranae quondam - Bongarſianae, nunc - noſtra.

*Sed o milites*) Equitatus reliquias alloquitur prius; mox peditum ſubiungit compellationem. Non inepte effingit ſenſum Boamundi, ſaltim eloquio ſatisfacere poſſet.

*Vel uicarii.*) Per ſtatas in tempus praeſtitutum uices.

*Vtriusque cateruae.*) equeſtris & pedeſtris.

*Milites hoſpitati ſunt inter fluuium, qui in antiquo uocabulo Daphnes nuncupatus eſt, qui praeterfluit Antiochiam & lacum.*) Nihil hic mendoſum ineſt. Errores enim ſunt auctoris, non librariorum, quamuis multa mutent membranae. Quae tamen talia ſunt, ut pudeat pigeatque omnia indicare. Qui ſenſus hinc ſit hauriendus, oſtendit caput ſeptimum decimum primi auctoris.

## CAP. XVI.

*Virtus illorum.*) Id eſt melior & robuſtior pars militiae, Scholia uetera. Virtus.

*Enſes mutilabantur.*) In membranis eſt - enſes mutuabantur. Quod non ſpernendum. *Mutuare* enim eſt *aſſumere*, capeſſere, Vt capite primo huius libri. Verum tamen illud. Sic enim loquitur. lib. III. cap. XIX. *Scintillabat ignis, mutilabantur enſes &c.* Mutuare.

Succentu-riae. *Succenturiae.*) Agmina alia alias cateruas ſtipantia. Non ineleganter.

Examinatus Examen. *Examinatarum.*) In examina ſeu agmina redactarum. Sic enim argute ſentit, ut exponunt etiam ſcholia antiqua. Et *examina* ſunt agmina cap. I. huius libri.

Oculatus. *Tamquam totus oculatus.*) Oppido eleganter de uiro prudentiſſimo. Et non alia re Argum ſuum finxerunt poetae: nomine tamen ipſo conteſtantes, ubi ſocordia, pigritia, ignauia ſit, nec mille etiam oculos ſaluti eſſe poſſe.

Titillare. *Chriſtianis titillantibus.*) Titubantibus, uacillantibus. Sic gloſſemata priſca.

Liuidare. Rutilare. *Liuidaueris.*) Odio aut liuore aliquid agas, quod laudem Francorum obfuſcet. *Liuidare*, liuore inducere, contaminare. *Rutilare*, fulgere, corruſcare. Quod uerbum omne decus deſignare, alibi ad Alani Anti-Claudianum notamus.

## CAP. XVII.

Efferacius inſtare. *Inſtabant efferacius.*) Nullo modo cohibendi, omnes irae habenas laxantes. In talibus efferatis incurſibus deſcribendis multus eſt, effero & ſemi inſaniente aliquando uerborum impetu. Papinius *efferacius* furioſius. Sic lib. III. cap. XIV. tigridibus efferaciores.

Elucubratus *Elucubratus.*) Excuſſus ui telorum. Mira locutio. Nec tamen mutanda. Membranae nihil mutant, niſi quod litteram unam adiiciunt. Elucubratius. Eſt eruditius dictum, quam ut uel rei uel auctori conueniat; & tamen ineptius.

Purpurari. *Purpurabantur.*) Sanguinis tinctionem ſolito ſic uocant poetae; nec improprie, quia inter ſpecies caeteras etiam ſanguinea frequentabatur purpura. Ita Horatius lib. II. Od. XII. - *Nec*

*Siculum*

*Siculum mare Poeno purpureum ſanguine - Virgilius purpuream uomit ille animam* - - Id eſt ſanguinem, animae uehiculum - - Vbi ex loco exponunt gloſſae, quae ſunt in uetuſtiſſimo & optimo libro ſatis uberes.

*Pontem ferreum.*) *Farreum* conſtanter membranae, in hoc & aliis auctoribus. Neque aliter auctor primus, a quo totus iſte Baldericus dependet.

*Interuenere.*) Iter iis interrupere. Interuenire

*Defectionem obſeſſorum.*) Id eſt deſponſionem animi. Saepe ſic loquitur Baldericus. Defectus cap. XIX. *deffaict.* Defectro.

*Funeſtarent.*) Id eſt funeribus ſeu cadaueribus opplerent. Gloſſa manuſcripta. Funeſtare.

CAP. XVIII.

*Quam qui ſumus exterius.*) Pulcrius omnino codex ſcriptus. - - quam nos qui currimus exterius. Vt ſit oppoſitum uerbum τῷ *latitant.*

*Machomeriam.*) Templum aut coemiterium Mahometicum. Scholia antiqua.

*Graſſatore.*) nocturnis inſidiatoribus. Graſſator.

*Semper ſecuri de bello.*) Tamquam in id unum facti, & omnibus bene ſucceſſuris.

*Deuotato*) Ipſis ſpecialiter addicto & deſtinato. Ambigua in membranis ſcriptura eſt, ita ut ſuſpicer - deuotato - primum inibi exaratum fuiſſe. Deuotatus.

CAP. XIX.

*Quatenus.*) In mſcto eſt - - Ita ut eos in fugam compulerint - -

*Tamquam ſingularis ferus.*) Hoc loco eximiam nobis opem tulit liber Bongarſianus, calamo exaratos. In eo enim diſerte legitur - - tamquam ſangularus ferus - Omnino ſcribendum - ſanglarius- Sanglarius.

ſanglarius - Gallicam enim uocem Latio transſcribere uoluit. *Sanglier* enim ferum aprum ei Idiomati notat. Et plura hoc genus in iſtis auctoribus occurrunt, partim ſuis locis adnotata. Prorſus ueram eſſe hanc reſtitutionem docent ſequentia.

## CAP. XX.

Legio. *Legio tota.*) Omnis exercitus. Vide ad Albertum Aquenſem.

Iniuria. *Iniuriarum* ) Caedium. Ita loquitur non ſemel Higinus in fabulis.

Inebriare. *Inebriabat* ) Saturabat. Pt Plautus milite.

Succesſiuus. *Succesſiuis.*) Continuis. Vide Petri Mall. epiſtolam operi huic praemiſſam.

## CAP. XXI.

*Fluuio legitur qui non habet urnam.*) Verba ſunt Lucani lib. VII. In eloquentiſſima allocutione Caeſaris, de contemtu ſepulturae:

*Nil agis hac ira; tabeſne Cadauera ſoluat*
*An rogas? Haud refert: placido natura receptat*
*Cuncta ſinu, ſinemque ſui ſibi corpora debent.*
*Hos, Caeſar, populus ſi nunc non uſſerit ignis,*
*Vret cum terris, uret cum gurgite ponti.*
*Communis mundo ſupereſt rogus; oſſibus aſtra*
*Miſturus: quacunque tuam fortuna uocabit*
*Hae quoque eunt animae: non altius ibis in auras.*
*Non meliore loco Stygia ſub nocte iacetis.*
*Libera fortunae mors eſt. Capit omnia tellus*
*Quae genuit: coelo degitur, qui non habet urnam.*

Vides autem ingenium praeſtans noſtri ſenis in comitate huius alluſionis. Poſuit autem Baldericus hunc uerſum, memoria repetens uſurpationem Auguſtini, lib. I. de ciuitate Dei, cap. XII.

XII. Ad quem uide noſtra commentaria.

*Subtumulauerunt.*) Subterrarunt. Pulcra uerbi fictio. Subtumulare.

*Deſepeliuerunt.*) Et hoc pulcrum, commendat ingenium ſcriptoris. Sic mox dehumare. Deſepelire.

*Caeſarum capitibus.*) Praeter eos quos Turcae ſepeliuerant.

*Paleis.*) Pabula iumentorum generatim ſic uocat. Supra hoc libro cap. VI Vt paleas & alia neceſſaria arriperent praecurrerunt ad Heracliam. Paleae.

CAP. XXII.

*Sicut heri & nudius tertius.*) Vt praeterito tempore facere ſoliti erant. Eſt locutio petita ex ſacris litteris.

*Inuentos.*) Indagatis eorum clandeſtinis commeatibus.

*Gratulatur.*) Id eſt gaudet, exhilaratur. Sic lib. III. cap. II. lib. IV. cap. III. Gratulari.

*Stipendiis.*) Victualibus. Vide ad Albertum Aquenſem.

*Caſtrenſibus.*) Vrbem obſidentibus, & in caſtris degentibus.

*Longanimitate.*) Id eſt omnium laborum aequabili animo tolerantia. Eſt ex ſcriptura ſacra petita uirtus, ipſo inibi Deo adſcripta.

*Anguſtioſis.*) aduerſus rebus, Et hoc ex ſcripturae locutionibus.

*Suadebat ad ciuitatem reddendam.*) Et haec inuſitata locutio eſt. *Suadere* nempe aliquem, incitare, permouere, deſignat. Tertullianus, de habitu mulierum, cap. I. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinae legis prima deſertrix, tu es, qui eum ſuaſiſti, quem diabolus aggredi non ualuit. Gregorius magnus Suadere aliquem.

dialogor.

dialogor. lib. III. cap. XXXI. quem pater Arrianus, ut eandem haereſin crederet, & praemiis ſuadere & minis terrere, conatus eſt. Plura uide Animaduerſionibus recenſitis ad Claudianum, Paneg. Manlii. V. CCXII.

Callens. *Vir callens.*) rerum uſu & ingenio uerſutus. Vide Nonium Marcellum.

CAP. XXIII.

Viuaciter. *Viuaciter.*) Hoc eſt toto tuo ſpiritu, ſummis uiribus.

*Sciſcitantibus legationibus.*) Alia lectio in libro ſcripto. Nempe - & ſciſcitantibus ſaepius legationum inſtantiis - Quam omnino genuinam eſſe perſuaſus ſum.

Mandare. *Mandata.*) Nuncia. Hoc enim ualet his auctoribus *mandare* nunciare.

*In aure cordis ei ſtillauerat)* Melius membranae. Auri cordis eius inſtillauerat.

*Idem uelle & nolle.*) Vide multis notata nobis ad initium Minutii Felicis Octauii.

*Rem maturatam perfice.*) Scribe cum libro manuſcripto - mature totam perfice. Hoc enim urget, ne incipiat pro parte audens, & deinde inceptam turpiter dimittat.

CAP. XXIV.

*Ne ex inepta laetitia.*) Vide ſenis noſtri ſagacitatem, & bonam uafritiem. Idem de Boamundo ſentit auctor primus, cum ſerenitatem ei animi in tota hac re tractanda & exigenda adſcribit, cap. XX. Erat Boamundus iam ſecurus de introitu ciuitatis, & gauiſus, ſerenaque mente, placidoque uultu uenit ad omnes ſeniores. &c. Haec iſti, quarum ſapientiam aequare impar fuit, Robertus monachus uecordiae geſtus adſcribens eidem Boamundo lib. V. cap. VI. eleuationes nimirum

mirum manuum, & prae animi exſultatione erumpentes lacrymas.

*Mortem continuam.*) Sapienter hoc quoque. Afflictiones enim continuae, & tam penitus ingentes, quid niſi una longa mors ſunt?

*Armorum congreſſum.*) Scribe *armatorum congreſſum*. Bonam ſagacitatem ſuam Baldericus noſter etiam ſequentibus uerbis indicat.

CAP. XXV.

*Condixiſſe.*) Iuramento ſe muto ſibi coniunxiſſe. Interpretatio antiqua. Condicere.

*Nihil percunctatus.*) Scribe cum MS. porro cunctatus.

*Cauſſa noſtra*) negotium, quod tractandum uterque ſuſcepimus. Cauſa.

*Turres meas mandabo.*) tradam. Sic mandare hoſpitium, cedere, tradere. lib. I. cap. III. commendare. lib. I. cap. XXII. Alia alibi ad hos auctores. Mandare.

*Neſcio qua re malam coronam.*) Ex uerbis primi auctoris. Non debebat autem cauſae ignorantiam, unde profectum fuerit hoc nomen, ſuum inducere Baldericus, ſi memor fuiſſet moris Italici, non paucis etiam ſummis uiris talia cognomenta affingentis. Sic enim apud eos nobiliſſimae ſunt familiae Malaſpinarum, Spinolarum, Malauicinorum, & aliorum. Quo exemplo inter Normanniae optimates numeratur Malherius, cognomento Malaherba, ab Orderico Vitali, libro XI. hiſtoriae eccleſiaſticae Normannorum. De Malo-Leone alii memorentur Rigordo, Gulielmo Britoni, &c. Inprimis Sauaricus, pirata inſignis, & tamen pro Chriſtianis contra Soldanum ad Damiatam egregius miles, apud Mathaeum Pariſium in Iohanne, & Henrico

III.

III. Angliae regibus. Malus-puer probi militis nomen apud R. Agilaeum cap. LV. Mal regard. Caſtellum, apud Guibertum, lib. IV. c. III. hiſt. palaeſt. Sic Gotfridus Malaterri & Rodulfus Malacorona, leguntur apud Ordericum Vitalem, lib. III. 483. & 484. Alexander Malabeſtia nemoratur Ioanni Sareſtocrienſi epiſt. XVII.

*Tancredus enim.*) Boamundo adeo conſanguineus dilectus, ut in partibus occidentalibus commoraturus, Antiochiam & omne ſuum ei territorium poſtea donauerit.

## CAP. XXVI.

Poteſtatiuus. *Poteſtatiuos.*) Hoſtium uictores praepotentes. Notatus ſuperius uſus huius uocis.

*Materna lingua.*) Fuit igitur non Turcus, ſed Turcopolus hic Pyrrhus, quod & uocabulo ſuo Graeco indicat. Graeca uerba non magnae elegantiae ſunt, μικροὺς Φράγκους ἔχομεν. Sane paucitas illa hominum poterat deſperationi adigere.

## CAP. XXVII.

*Cauti incautis.*) Verte ſermonem cum MS. legendo-cautis incauti.

*Conterimus.*) A matre tantum frater. Quid clamauerint, occupatis muris atque ciuitate, chriſtiani, recenſet auctor primus, qui pars eorum fuit, cap. XX.

*Phalanges Francorum uiſum propter muros aderant.*) Scribe *ui ſua*, id eſt ipſo robore exercitus. Virtute ſumma. Virgilius-inſtat ui patria Pyrrhus.

*Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.*) Vide animaduerſiones repertitae lectionis ad Claudiani epithalamium Honorianum.

Municipium. *Contra municipium.*) Arcem dicit, quae tantum

tum diſcriminis poſt illis dedit. Sic iterum in fine huius libri.

*Promiſcui ſexus.*) In manuſcripto eſt-promiſcui cenſus.

*Illa die maxima gentilium ſtrages.*) Sic omnino legendum.

CAP. XXVIII.

*Quidam etiam.*) Manuſcriptus liber-quidam tamen-optime.

*Impetuoſis Francis.*) Per furorem indiligentibus notare effugientes.

*Caſſianus autem.*) Membranae, Caxianus etiam-Et ſic ſcribit id nomen, quod mirifice uarium eſt in omnibus his auctoribus.

*Palpitans.*) metu & deſperatione tremens. Palpitare.

*Coactus ſubſtituit.*) Scribendum-ſubſtitit.

*Non ſatis fideliter*) Id eſt *tuto* MS. gloſſa. Indicat proditum fuiſſe a ſuis. Fideliter.

*Caſſiani autem.*) Liber ſcriptus-Caſſiani igitur. Epiphonema Balderici notabile eſt, & ſimilia habes legere apud Plinium in epiſtolis. Re ipſa auctor iſte praecipuae doctrinae & ſapientiae fuit inter aequales ſuos.

*In ſtercore natus.*) extremae omnium ſortis homo. Nemo enim niſi omnium mendicorum mendiciſſimus in ſtercore gignat infantes ſuos. In ſtercore natus.

*LX. Byzanteis*) ex auctore primo. In manuſcripto Bongarſiano Nota eſt, LX. hos aureos Byzanticos coronatos Gallicos ualuiſſe. CCLXXX. Vt unus talis aureus tribus coronatis ſclaribus aequiualuerit. Quod notandum ad lucem multorum locorum in his ſcriptoribus uniuerſis.

*Intercapedines.*) Spatia ciuitatis, quae multa & magna erant. Vide deſcriptionem Antiochiae apud Petrum Bellonium. lib. II. obſeruat. c. CV.

Vbi teſtatur Antiochiam Conſtantinopoli neutiquam minorem eſſe.

AD
# BALDERICI,
DOLENSIS ARCHIEPISCOPI, HISTORIAE PALAESTINAE,
## LIBRVM III.
ANIMADVERSIONES
ET
GLOSSARIA.

### CAP. I.

MVnicipium.) Caſtrum dicit Antiochiae imminens, quod plurimum negotii fecit christianis, antequam ſubiugaretur. Sic aliquoties libro praecedente, & mox iterum iſto.

Auſpicari. *Auſpicabantur.*) Coniectabant, ſibi ſpondebant. Vetus gloſſa.

*Coagulatarum.*) firmiter coniunctarum. Publius Mimus.

*Amicitiae coagulum unicum eſt fides*

Vſurpatur enim pro firmiſſima coniunctione. Varro Satir. Menipp.

*Vino nihil iucundius quicquam cluit,*
*Hoc continet coagulum conuiuia:*

Infra hoc libro cap. XVI.

Ingloriose eſſe. *Inglorioſe ſe eſſe.*) Ingloriam turpemque uitam uiuere.

Diſſicere. *Diſſicerent.*) Ita ſcriptum in optimo etiam libro. De *Disſiciendi* & *Disſicandi* uerbo pridem docti homines non pauca adnotarunt.

*Deſides tutarentur.*) Niſi tutarentur, ſed deſides conſiderent.

*Pru-*

*Prudentia praeditus.*) Melius membranae-prudentia praecipuus.

*Denariis.*) Inepta mentio denariorum in tanta re. Scribe cum MS donariis. Denarii.

*Gentis ſuae apoſtolico*) Praecipuo ſummoque praeſule & pontifice. Inepta locutio. Gentium harum nomina ſunt etiam apud auctorem primum & Robertum monachum.

*Agulani.*) Notata de his, qui ſciri fere poterant, ad auctores ſuperiores.

*Pro morte.*) Caſſiani ſcilicet patris.

*Pubeſcentia.*) prima lanugine. Virgilius de miſerabili progreſſu Turni, diuinis uerſibus. lib. XII.

*Adiuuat inceſſu tacito progreſſus, & aram*
*Suppliciter uenerans, demiſſo lumine, Turnus:*
*Pubenteſque genae, & iuuenili in corpore*
*pallor.*

Doctus noſter ſenex in animo ſuo habuit hos uerſus.

CAP. II.

*Carnalitatis.*) Humanitatis, ſecundum Tertullianum loquitur. Carnalitas.

*Gratulabar.*) gaudebam dictum ad librum ſuperiorem. Inſunt metra huic orationi, ut toti fere ſcriptioni iſti. Oratio ipſa rebus pollet, ſermone nihili eſt.

*Domum & cognationem.*) Verba ſcripturae.

*Coturnoſo.*) Ex illo Iuuenalis, fine ſatyrae ſextae. Coturnoſus

*Grande Sophocleo carmen bachamur hiatu*
*Montibus ignotum Rutulis, caeloque Latino.*

*Plebeculam illam.*) Homines neque potentes neque nobiles. Vetus Scholion. Plebecula.

*Firmitatem illam.*) Caſtellum & munitionem Firmitas.

 pon-

ponti impoſitam. Vel intelligit id caſtellum, quod eo loco conſtruxerant paullo ante chriſtiani.

## CAP. III.

Facere dies. *Duos fecerunt dies.*) Commorati ſunt. Sic lib. II. cap. I. ſupra.

*Caſtellum ſibi redditum.*) Antiochiae à Senſadolo.

Honor. *Hunc honorem.*) Honorem dicit ipſum caſtellum. Cum enim à talibus titulos gererent honorificos, ipſas arces honores indigitabant. Vide multis ad Gulielmum Britonem, & alios hoc genus ſcriptores, in aduerſariis illuſtratos.

*Honorem quam maximum.*) Eximiam dignitatem. V. Scholion. *Dominium.* Vide Iacobum Sirmondum ad Gotfridum Vindocinenſem, lib. V. epiſt. XXVII.

Obſeruare. *Obſerua.*) cuſtodi tuere.

Praeponderare. *Praepondero.*) ponderis maioris eſſe exiſtimo.

Locuſta. *Locuſtae illae.*) conuicium extremi contemtus. Sic capite ſequenti.

*Armorum ſimulacra.*) Specimina.

*Qui ſumus.*) Legendum qui ſimus.

*Abiectionem plebis.*) Id eſt, purgamenta hominum infimorum. Quomodo Diogenem appellaſſe homines inſipientes ſcribit Laertius. Pulcre Appuleius Met. I. *Humi ſedebat, ſciſſili palliaſtro ſemiamictus, paene alius, qualia ſolent fortunae decermina ſtipes in triuiis erogare, &c.*

Abiectio. *Abiectio*, res turpes, inutiles, in triuia abiici ſolitae uulgo, inde enim *plebis* adiecit. Petronius Satirico: Quae ſtriges comederunt neruos tuos? aut quod purgamentum nocte calcaſti in triuio? Martialis lib. VI. Epigr. XCIII.

*Tam*

*Tam male, Thais, oles, quam non fullonis auari*
*Teſta uetus, media ſed modo fracta uia.*

Claudianus, lib. II. in Rufinum--

*-- triuiis calcandus ſpargitur, ecce,*
*Qui ſibi Pyramidas, qui non cedentia templis,*
*Ornatura ſuos exſtruxit culmina manes.*

Quae enim uitia, & uulgo fiunt. Sic ἐν τριόδοις, uulgo ſignificat apud Theonem in Aratum pag. CXXII. ὅταν κριοὺς ἢ ἀμνοῦς ἐν ταῖς τριόδοις ἴδωσι τοῖς κέρασι διερειθομένους, χειμῶνος ἡγοῦνται σημεῖον. Phrynichus in dictionibus Atticis. Επεξελευσόμενος ἄλλος ὄυτος ἦν ἡρακλῆς, τοῦτο ὂυν ἔσυρεν ἐκ τριόδου Φαβορῖνος. Ita de cane Phoedrus, Fab. XXVII. o canis merito iaces,

*Qui concupiſti ſubito regales opes*
*Triuio conceptus, & educatus ſtercore.*

Sic in triuiis uiliſſimae meretrices plebi proſtituebantur. Lutatius, Scholiis in lib. X. Ouidii Propaetides, aſpernatae Venerem primae in triuio uulgauere corpora, ob eiusdem Deae iram. Plura commentario ad eum Claudiani locum.

*In nationibus ſuis.*) Minatur, in ſuis eos terris exciſurum.

*Excutiamus.*) Vt ſolent praedae excuti latronibus. Vide ad Albertum Aquenſem.

CAP. IV.

*Notario ſuo.*) Scribae epiſtolarum. Vet. Scholia. Notarius.

*Hunc modum.*) argumentum & uerba.

*Noſtro papae.*) Omnium ineptiſſima fictio. Papa.

Quaſi papae dignitas aut nomen ad eas gentes ita uiguiſſet, ut ſuos praeſules ſecundum eum nominare uoluerint. Eſt occulta dignitatis Romani Antiſtitii extenſio.

*Operiemus et.*) Melior lectio ſcripta - operientes omnia eorum bona abſorbebimus.

*Illi quos.*) Et haec foede maculata ſunt. Scribe-qui dum in longinquam militabimus regionem, illos, quos nobiſcum abduxerimus, reſarciant, &c.

*Nos autem.*) Melius membranae-Nos interim.

*Nugaces.* Vani, & perperam glorioſi. Vide ſupra ad Robertum mon.

Praeſtigiae. *Praeſtigiis.*) Id eſt, mendaciis & incantationibus uelut Ita ſcholia priſca.

Conſiliarius. *Conſiliarii noſtri.*) Inepta uox. Tam enim ſubditus erat Soldano Perſiae iſte Corbarannus, quam quilibet caeterorum ſatraparum. Non igitur iſti erunt ſui ſimilis conſiliarii, ſed cum ipſo pariter imperatoris Maximi. Ineptit ergo auctor ipſe, aut librarii eum corruperunt - Et *Conſacranei* aut tale quid, reponendum. Sunt autem

Conſacranei. *Conſacranei*, corundem ſacrorum participes Philoxenus in gloſſario: *Conſacraneus*, συμμύςης Cyrillus in gloſſario. Συμμύςης. Conſacraneus.

*Iuro me.*) Iuramentum quale Rhadagaſti aut Alarici celebrat aliquot ante ſeculis Claudianus

- , - *patrio ueniens iurato ab Iſtro*
*Non niſi calcatis loricam ponere roſtris.*

Et Prudentius. II. Symm.

*Tentauit Geticus nuper delere tyrannus*
*Italiam. patrio ueniens iuratus ab Iſtro*
*Has arces aequare ſolo* - - - - - -

*Genicularum non erat ignara.*) Scribe cum membranis - genethliorum. Quamquam potius crediderim - Genethliacorum - ſcripſiſſe Baldericum.

Diſcretius. *Diſcretius conſuleret.*) maiore cum iudicio. Quid diſcretio non paucis, etiam ſub exemplis, docet Ioannes Caſſianus, Collat, II, abbatis Moſei. Et poſt eum alii.

*Quid*

*Quid enim affectui materno comparari poterit?*) Inde amorem ampliorem matri, honorem patri potiorem deberi praecipit Hierocles, cuius plus quam aureum ſermonem uide apud Stobaeum fine ſermonis de fraterno amore, LXXXII.

*Plumbei cordis,*) Viliſſimae quaeque res plumbo comparantur. Martialis. Plumbeus.

*Quisquam plumbea uina uult in auro?*

*Plumbei pugiones* apud Claudianum Mamertum lib. III. cap. XIV. &c.

*Euerberant.*) Vi quadam adegit. Notatum eſt ſupra. Euerberare.

*Libripens cautus.*) Homo iudicio bene utens. Libripens cautus.

*Sed manu;*) Diſtinctio laeſa eſt. Scribe. Noſtra gens tamen ſatis animoſa eſt. Sed manu minus: Inefficax, inexperta, & expers eſt multum huiusce laboris. Vel ſcribe: - Sed in manu minus efficax, inexperta &c.

*Efforuit.*) Vsque ad ſenectutem annos ſuos in pace conſumſerunt. Efforeſcere.

*Liuidabis.*) Contaminabis, maculabis. Vſurpatum etiam ſupra. Liuidare.

*Praeſumtiuo labori.*) Superbo, temerario. Praeſumtiuus.

*Carnificem illorum.*) Supra eodem titulo honeſtati ſunt Franci. Carnifex.

*Adulatiua.*) Vti ſolent, qui adulationi adſueuerunt. V. Expoſitor. Adulatiuus.

CAP. V.

*Veterana.*) Mentiendi & praeſtigiandi. Id eſt *ueteratoria.* Vetus Expoſitor. Veteranus.

*Mater mi.*) ἀρχαϊκῶς. pto *mea.* Tibullus - - Viue diu mi dulcis anus - - Vide commentaria doctorum ad Plauti Ciſtellariam.

*Circumdamur.*) Regimur, ambimur. Circumdamur.

*Oppidum ſibi commiſſum.*) Antiochiam occupan-

pandam. Sed de alio oppido extra ciuitatem loquitur, ut clare uidemus infra cap X. nec ſaltem ad murum usque, qui ciuitatem ab oppido, tenui diſcrimine ſeparabat. Et ex oppido Turcas manu cum Francis pugnaſſe ait cap. XI.

CAP. VI.

*Sociorum proditorum*) Corrupta haec ſic referunt integra optimae membranae. Nam quondam, qui a praeliis, ſociis dimiſſis, fugiebant, ſuorum proditores uocabantur, & plerumque capitibus in eos uindicabatur.

*Si omnes noſſem.*) Sequitur, ut ſolet, ipſa uerba auctoris primi, quem uide cap. XXIII.

*Wilhelmus de Grenta Marsnil*) Varie ſcribitur hoc nomen. Tantae autem potentiae & nobilitatis fuit hic homo, ut ſororem Boamundi in matrimonio habuerit. Gulielmus Tyrius lib VI. cap. V. *Erant autem, qui ſic aufugerant, non ſolum de popularibus ac plebeiis, uerum etiam uiri nobiles. & multa generoſitate inſignes. Wilhelmus uidelicet de Grantesmaisnil, uir inclytus de Apulia,* qui ſororem domini Boamundi habebat uxorem, & Albericus, frater eius. Wilhelmus Carpentarius, Guido Truſſellus, & Lambertus pauper, & alii multi, quorum nomina non tenemus. Quia deleta de libro uitae, praeſenti operi non ſunt inſerenda. Cuius iſta poſtrema uerba impiisſimi mendacii ſunt. Quid enim animae ſanguine filii Dei redemtae, & libro uitae per baptismum inſertae, cum expeditione Palaeſtina, ut eam relinquens, Satanae pronuncietur addicta? Omnia a tanto clerico, tamque docto antiſtite alia erant exſpectanda. Nomini eiusdem Gulielmi parcit Albertus Aquenſis lib. IV. cap. 37.

*Furti-*

*Furtiui funambuli uocati ſunt.*) loco aut con uitio militari. Videat Baldericus, unde hoc habeat, in primo auctore, cuius ipſa uerba ſequitur, tale nihil reperitur. De excoriatis manibus & pedibus, hauſtum eſt ex iſto primo auctore. Furtiuus funambulus.

*Ad portum praefatum ambulantes.*) Scribe -- appellentes. Cum libro Mſ.

*Vacillantibus.*) In fluctibus maritimis fluctuantibus.

*Si moras innexueritis.*) Sic ſcribendum cum iisdem membranis.

CAP. VII.

*Timoratos.*) Timore perculſos, exanimatos. Ita Gulielmus Tyrius libro XII. cap. III. lib. XIV. cap. XXX. &c. Timoratus.

*Ad murum ſiquidem oppidani.*) Minime oppidani ſed oppidum obſidentes, Turcae nimirum. Scribendum igitur: Ad murum usque ſiquidem oppugnando diſcurrebant, ſed ſtatim a Francis repellebantur.

*Circumſpectus homo.*) Cautus & prudens. Gulielmus Tyrius, lib. VII. cap. VII. Et iam pro uoto cuncta pene perſuaſerat, cum proditionem quodammodo praeſagientes quidam, qui circa eum erant, nobiles & circumſpecti uiri, ingredi uolentem, quaſi uiolenter detinuerunt. Robertus mon. lib. II. cap. II. &c. Circumſpectus.

*Videns uidi.*) Non ſomnians, neque delirans. Sic gloſſema uetus. Videns uidi.

*Deleatis impudentiam.*) Me ipſum interficiatis, cum meo mendacio.

*Interim interrogauit me eumdem ſermonem.*) Scribe cum Mſ. Iterum &c.

*Tamquam ex adipe.*) Inuenuſtum prouerbium.

Hauſtum ex Pſalmo LXXIII. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis. Sic loquitur & Liſiardus, cap. XLIII. libri a nobis ipſi uindicati.

Gentiliter. *Gentiliter.)* Vt gentiles, Chriſtum non agnoſcentes.

CAP. VIII.

Paedor. *Paedor.)* Id eſt malus odor, faetor. Onomaſticon Vetus. *Paedor* ἀυχμός.

Lupanans. *Lupananti.)* Lupanaribus deditae.

*Ad pedes miſericordes cœciderunt redemtoris.)* Scribe *miſericordis* cum Mſ.

Abuſus. *Abuſum.)* omnem dicit exceſſum libidinum, auaritiae &c. uitiorum omnium.

Diſcredere. *Diſcredere.)* fidem negare. Notatum ſupra ad Robertum &c. Vide Gloſſar.

*Maturabant per eccleſias.)* Scribe *matutinabant*, id eſt, uigilabant. Vt Hiſpani hodie dicunt --- *madrugauan.* Omnino ſic ſcripſit Baldericus. Sic matutinatus Lucifer: Supra, initio libri ſecundi. *Manicare* idem apud B. Lucam fine cap. XXI. Et Scholiaſten Iuuenalis Sat. V. v. 79.

*Donec deoſculato.)* Hoc eſt, donec deoſculati fuerint. Locutio digna Balderico, nec mutant membranae.

CAP. IX.

*Meo crederet auditui.)* Sermoni ex me audito.

*Quibus pro lancea.)* In ſcripto clarius legitur -- per lanceam.

*Tamquam expergefacti o ſomno.)* Sermo beati Paulli Apoſtoli.

*Congratulabantur in domino.)* Id eſt -- gaudebant inter ſe mutuo.

*Abſiſtebant.)* Ceſſabant. Vide ad Gratianum Cynegeticon.

CAP.

CAP. X.

*Succesſiuis generationibus.*) Hoc eſt omni ſucceſſurae nobis poſteritati

*Ad ultimum enirati*) Extremis modis effaeminati. Sic infra cap. XVI.

*Ventus autem urens ſuppeditabat uires &c.*) Scribe: *Ventus autem uehemens.* Et ſic membrana ſcripta, errore nato ex correpta ſcriptura.

CAP. XI.

*Impenſiore.*) Copioſiore. Impenſa, effarturam; denſam conſtipationem deſignat. Vide Ioſephi Scaligeri commentaria ad lib. IV Varronis de lingua latina, ipſo fine Iacobum Nicolaum Loenſem Miſcell lib. VII. cap. 1. Impenſa.

*E regione.*) Contra. Iam non ſemel notaui hanc locutionem. E regione.

*Prouehere*) Producere in altum, erigere. Prouehere.

*Incementatum.*) Caemento nullo conſolidatum. Incementatus.

*Ageretur.*) fieret, ad finem ſuum produceretur.

*Colores*) Ex notisſimo uerſu Poetae - rebus nox abſtulit atra colorem.

*Enituit.*) Id eſt in oculis omnium hoc ſignum contigit. Enitere.

*Municipio.*) Caſtro ſiue arce fortiſſima Antiochenſi.

*Nocte ſiquidem.*) Melius membranae - nocte ſaltem - - -

CAP. XII.

*Quos enormiter deformabat exhauſta.*) Melior concinniorque ſcriptura membranarum Bongarſianarum: *Qui uiui, uix palpitabant.* Lurida uidebatur eorum facies, quos enormi deformabat exhauſtu, protelatis ieiuniis, attenuata macies, Nullos in illa calamitate uideres prodigos,

digos, immo quoſque nuper ditiores, tum uideres indigos, & omnes obeſos carnibus extenuante inedia macilentos. Ita reſtituenda ſunt omnia.

Panis paxamacius. *Panis paxamacius.*) Sex unciarum, cum minor intelligitur, ut notauit pridem Petrus Ciacconius ad Caſſianum. Cum autem grandior, non excedebat libram, ut ait ipſe Caſſianus. Collat. II. cap. XIX. *Panis, inquit, aequiſſimum modum in duobus paxamaciis ſtatuerunt, quos paruulos panes uix unius librae pondus habere certiſſimum eſt.* Sic ea uerba capienda olim arbitrati ſumus. Non pugnabimus tamen, ſi quis putauerit, de ambobus panibus loqui Caſſianum, ut nimirum duo tales paniculi uix libram penderint, quae ſententia congruit iis, quae ex Palladio attulit Ciacconius. Suidam errare puto, cum Romanam uocem eſſe ſtatuit, & quidem duobus locis. Vel Βαρβαρικὴν, non Ρωμαϊκὴν in eo legendum arbitror. Nihil enim cum latinitate huic uoci.

*Melius puto ſilere quam dicere.*) In rebus fere incredibilibus ſic loquebantur ueteres. Vide multis exemplis alibi nobis ad Petronium notata.

*Imperialibus delitiis.*) Non iam principibus aut comitibus obuiis.

*Cardonum.*) Scribe - Carduorum - -

Bullire. *Bulliebant.*) Id eſt igne admoto ebullire faciebant.

*Vt guſtaret.*) Scribe cum membranis - - Vt guſtaretur - -

*Hanc paſſionem.*) Aerumnam, inſtar paſſionis dominicae. De tempore notatum eſt ſupra aliquid ad Robertum monachum, Baldericus ſimiliter

liter loquitur lib. I. cap. II. lib. III. cap. XX. &c.

CAP. XIII.

*Haec redarguti.*) Scribe cum membranis - - hinc redarguti - -

*Publicis agendis.*) Quae communi nomine procerum agenda erant. Matthaeus Pariſius, in Iohanne rege, anno M. CC. IX. Waltero de Gray ſigillum ſuum tradens rex, fecit eum cancellarium, qui in omnibus regni agendis regis ſtuduit facere uoluntatem.

*Exercitus rumoribus.*) Afflictatus. Vide Nonium Marcellum.

*Decliuae ciuitati.*) uelut ſubiectae & appendenti montaneae. V. Expoſitor. Sic Cyrillus gloſſographus. Κατωφερὴς Ἰόπος procliuus. Deſcenſus. Cliuoſus. Legendum puto. Diſcenſiuus. Deinde. Κατωφερές. Decliuum. Procliuum. Depreſſum. Prominere, imminere. Vt Mox; *caſtellum quod munitisſimum prominet urbi, ſibi retinuerunt.* Decliuus.

*Expers homo arbitrari poterat.*) Omnino ſcribendum - - exſpes homo. Deſperatione enim potius quam morbo actus hic princeps reliquit caeteros.

*Eos diligenter conſulere.*) Scribendum cum libro uetere - - iis diligenter conſulere. Iam enim dixit officium Stephano fuiſſe generalis Conſiliarii.

*Sibi ſoli totum arripere.*) Eadem uerba ſunt lib. II. cap. XIII. Vt recte a nobis eſt correctum: An tu ſolus totum tibi arripuiſti pauorem, ut tu nobis dimisſis ſanus effugeres.

*Et popularibus.*) Scribe *ex.* Vt aliquis, ait, ex faece populi.

*Omnes uiri perierunt.*) Scribe cum membranis. Omnes noſtri.

CAP.

CAP. XIV.

*Feſtinaramus.*) Membranae -- feſtinabamus. -

Minare. *Minati ſunt.*) Id eſt abacti, inſtar pecorum. *Minare* eſt agere *iumenta* equos, aut pecora Vide notata Ioſepho Scaligero ad primum Manilii; Nobis iudice Appuleiano, cuius uerba ſunt, lib. IX. Nam ſenex claudus uniuerſa nos iumenta ad locum proximum, bibendi cauſſa, prominabat. Auſonius epigrammat. LXVI.

*Ageret iuuencas cum domum paſtor ſuas,*
*Suam relinquens, me minabat, ut ſuam.*

Haec enim haud dubio uera eſt lectio, debita Antonio Oiſelio, ut notat Iac. Cuiacius ad Paulli ſententias lib. I. tit. XVII. Qui & plura exempla adnotat.

*Inutiliter exterminemur.*) Nulla re utili praeſtita. Hic ſit ſenſus. Tamen in ſcripto exemplari diſertis litteris legitur. - Inuiriliter - -

*Vltum iri proficiſcemur.*) Scribendum - Vlturi proficiſcemur - - Ita Mſ.

*Voto ad praeſens.*) Puer uideat reſcribendum - Nolo - -

Rumigerulus. *Rumigerulus.*) Vani rumoris miniſter.

Vaticinium *Vaticinio*) Id eſt mendacio. Omnia pene ad uerbum hauſta ſunt ex primo auctore, quem, ut rei geſtae praeſentem, attentius legere iuuet.

CAP. XV.

Dirimere. *Dirimebat.*) Diripiebat. De planctu hominis magno modo laudatus auctor.

*A ſe ipſis deſipuerint.*) ſenſibus & ratione exciderint.

*Portitor.*) geſtator. Vide commentaria doctiſſimi Sauaronii ad Sidonium.

*Genti ſuae*) Copiis imperatoris Conſtantinopoli ani.

*Ex Deo promiſerat.*) Annunciante per uiſionem Deo. *Deoſculabatur.*

*Deoſculabatur.*) Sic ſcribendum.

*Accidia.*) Pigritia, deſidia. Accidia.

## CAP. XVI.

*Satis gnari uiri.*) Sapientes, prudentes. Sic libro. I. cap. XII.

*Ex chriſtianis.*) Ore mandatoque omnium.

*Deſtinauit Petrus.*) In ueteri libro eſt-praeſtinauit-id eſt emit, acquiſiuit. Quo uerbo ita ſaepius utitur Appuleius.

*Coagulaſtis.*) firmiter ſubieciſtis. Adnotatum ſupra. Libro III. cap. I. Coagulare.

*Pugnabis ſecurius.*) Secundum. Cauſſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos.

*Abbominatio, abbominamur.*) Sic ſupra ſcriptum adnotauimus. Et ita MS.

*Hiatu.*) audaci temerarioque mendacio. Horatius, Hiatus.

*Quid tanto dignum dabit hic promiſſor hiatu?*

Notatum & ſupra.

*Vobis eraſis.*) Cum puluiſculo deletis.

*Quod nobis ad uitam &c.*) Scribendum-uobis ad uitam-Caetera omnia poſt primum auctorem paria habentur etiam in Roberto monacho.

*Euirabat.*) Effoeminabat. Supra cap. X. Euirare.

## CAP. XVII.

*Dulcorati.*) Quadam hilaritate & dulcedine perfuſi. Dulcorati.

*Probabilibus perſonis.*) minime mendacibus. Probabilis.

*Irrorantiam.*) Irrorationem. Conferens haec cum praecedentibus & ſequentibus auctoribus, uidebit certamen ingeniorum etiam eius temporis. De rore haec Agilaeus. cap. XXXII. Irrorantia.

*Generationem.*) In manuſcripto libro eſt-nationem.

*Greſſu maturato.*) lento & cordato. Maturatus.

*Caniculae.*

Canicula conuitium. *Caniculae*) Conuitium extremi contemtus. Hodie quoque Arabes a Turcis tali ſaltu canes appellantur, ut auctor eſt Iacobus Villamontius. Daemones, a Damaſceno & Anaſtaſio, in hiſtoria Barlaami &c. Homines impudentes, Procopio in Pentateuchum. pag CCLXXXIV. Canes ſunt diaboli Zoroaſtri in oraculis magicis. Homines malos ſic nuncupatos diximus alibi, & notauit Claudius Minos ad emblemata Alciati. Pluſima alia notata ſunt libro. CXXXIX. aduerſariorum, cap. XX. Et lib. CXLVI cap. XXIV.

*Circumcingemus, & praeualebimus, ſuffocabimus*) Inſcitiae damnat iſtam ſcripturam longe ſcitior altera, quae eſt in membranis, - circumgemus & ſine praelio ſuffocabimus. Ita omnino locutum ſuum tyrannnum finxit Baldericus.

Procurator. *Procuratori ſuo.*) Theſaurorum & rei familiaris praſecto. Sequentia uerba - quem admiralium uocant - abſunt, etiam optime, libro ſcripto.

Exordinatus. *Exordinati.*) Ordines ſuos relinquentes, & ſic turbati.

*Quemdam Rainaldum.*) comitem, & egregium militem faciunt caeteri autores.

CAP XIIX.

*Seu illis.*) *Siue* & *uel* ſaepius & ſonant huic ſcriptori.

Prodigium. *Aliis ad confuſionem*) Turcis, qui eo prodigio exterriti animum amiſerunt. De prodigio hoc diſerte primus auctor, cap. XXXIX. tamquam de re uiſa & tamen aliis potius quam ipſi ſibi. Exibant quoque de montaneis innumerabiles exercitus, habentes equos albos, quorum uexilla omnia erant alba, uidentes itaque noſtri hunc exercitum, ignorabant penitus quid hoc eſſet, & qui eſſent, donec cognouerunt eſſe adiutorium

Chriſti.

Chriſti. Cuius ductores fuerunt Sancti-Georgius, Mercurius & Demetrius. Haec uerba credenda ſunt, quia plures ex noſtris uiderunt. Robertus monachus lib. VII. cap. VIII. Podienſem epiſcopum uidiſſe ait, & militibus praeſentes eos eſſe acclamauiſſe. Aliter miraculum narrat Raimundus Agilaeus, cap. XXXII. Nimirum octo turmas Francorum ex urbe prodiiſſe; extra urbem tredecim ipſis comparuiſſe, diuino ſubſidio quinque ſubmiſſis: Vt uero, inquit, omnes uiri bellatores de ciuitate egreſſi ſunt, apparuerunt quinque aliae acies inter nos. Etenim, ut iam dictum eſt, octo acies noſtri principes tantum conſtituerant, & tredecim ordines extra ciuitatem fuerunt. Fulcherium, qui & ipſe adfuit, ut Agilaeus, nihil male ſcribere memini, ſed diuinitus ad primum congreſſum Turcos miro fuiſſe timore perculſos. Cap. XX. Sed immiſſo, inquit, timore domini ſuper eos, ac ſi repente totus mundus ſuper eos rueret, fugam omnes immoderatam egerunt, & a Francis fugientes fugati ſunt. Rem ut certam, iisdem ducibus nominatis, iterat Guibertus abbas, libro VI. cap. IX. ſubiiciens narrationi: Haec a noſtrorum plurimis uiſa, & cum aliis, quae uiderant, retuliſſent, plena, ut par erat, fide ſunt credita.

*Irrequieti.*) nuſpiam interquieſcentes. Continuam fugam dicit.

## CAP. XIX.

*Tendis ſpoliandis.*) *Tendae* ſunt tentoria. Infra hoc capite: *Tandem ad tendas eorum reuertentes, quicquid erat concupiſcibile, diripuerunt.* Vide Meurſii gloſſarium, & ex eo Cerdae aduerſaria. cap. CXXVII. Nos alibi. Nihil huc facit, quod apud Papiam corruptum legitur. *Ten-* Tendae.

*da, quae ruſtice trabea dicitur.* Ibi enim emaculandum - *Tenſa quae ruſtice trahea dicitur.* De quo alibi. *Thenſam* enim per aſpirationem infra illuſtrat idem Papias,

*Robertus Flandrenſis.*) Notanda cum primis, quae de opulenti nuper & praepotentis principis paupertate, cum ad hunc conflictum accederet, notat Albertus Aquenſis extremo libro quarto. Ipſum enim equum, quem tum inſidebat, uendicando tantus princeps acquiſiuerat.

Aggreſſus paſſiue.

*Eos aggreſſos.*) patiendi ui. Hericus Altiſſiodorenſis, Libro III. v. DXXI. Nec datur aggreſſos & adhuc exire Britannos. Sequentia ſatis copioſa, etiam eloquentia atque arguta ſunt, modo ſoloecismis & ſtribiliginibus ſermonis potuiſſet abſtinere. Quod uitium ſeculi multis tamen ſi non uirtutibus, certe tamen earum ſpecie ingenioſis fictionibus redemit Baldericus.

Irremediabiliter.

*Irremediabiliter.*) Tamquam a peſtilentia quadam raptis, cuius nullum iam penitus reperiatur aut exſtet remedium.

Mutilare enſes.

*Mutilabantur enses.*) Robore ictuum frangebantur. Sic ſupra lib. II. cap. XVI. haſtis confractis, enſes mutilabantur, &c. Deſcriptio ſatis elegans.

*Tenui armorum discrimine.*) Arma armis conſerta fuiſſe dicit. Virgilius XI.

*Tertia ſed poſtquam congreſſi in praelia totas*
*Implicuere inter ſe acies, legitque uirum uir.*

Non bene ergo MS Bongarſianus, in quo legitur, armatorum diſcrimine.

*Impingebant.*) Id eſt percutiebant, ſe illis inferebant.

*Pedes pedibus.*) Ex illo Virgiliano- haeret pede pes, denſusque uiro uir.

*Illapſus-*

*Illapſus diuinitus* ) Eadem ſcribunt Fulcherius & Guibertus & alii. Locis modo dictis.

*Legio tota.*) Omnis Turcicus exercitus. Vide ad Albertum Aquenſem.

*Et in fugam elapſos.*) Membranae habent prolapſos. Sententia egregia eſt. Qualibus pleroſque omnes harum hiſtoriarum conditores ſuperat Baldericus.

*Succenturiatos.*) In ſubſidium coactos. Vetus gloſſographus. Succenturiatus.

*Tendas eorum.*) Tentoria, ut ſuperiore capite dictum. Sic auctor primus cap. XV. tota denique nocte Wilhelmus, uti mala res, in tenda Boamundi iacuit. Vide gloſſarium Graeco-barbarum Ioannis Meurſii.

*Oues lanigeras.*) Lanae gratia, non carnis, nutriendas. Gloſſa uetus.

*Alimenta.*) Victualia, Omnia uictui apta. Alimenta.

*Supercilio iactantiae.*) Innato faſtu, gloſſa. Supercilium iactantiae.

*Praeſentialiter.*) Ipſo opere. Praeſentialiter.

*Montaneorum anfractus.*) Scribe *montaneorum.* Sic enim omnes hoc genus auctores. Et iſte infra, cap. XXIV.

*Parturiebant.*) Conficiebant. Vide ſupra ad caput. XXIII. lib. I. Parturire.

## CAP. XX.

*Municipio ciuitatis.*) Arcem Antiochenam dicit, ut ſaepius ſupra.

*Effuſos.*) fuga irremediabili.

*Praeſentior aderat.*) Propior caeteris. MS. *praeſenter.* Nihil muto. Praeſentior.

*Ab eis.*) Chriſtiana nempe omni militia.

*Adoptaſſet.*) Omni uoto optaſſet.

*Exploſis.*) cum ignominia abiectis. Sic ſupra lib. I. cap. III. Exploſus.

*Speciofae chriſtianitatis.*) glorioſam dicere uult.

*Pasſionibus.*) aerumnis, ſupra ſic non uno loco. Supra hoc libro. c. XII.

CAP. XXI.

*Coruini generis legatus*) Vti coruus ex caſtello Noae emiſſus numquam rediit. De Hugonis magni emanſione plerique ſcriptorum aliter.

*Sunt aeſtimanda.*) In membranis eſt-ſunt exſequenda.

Enucleatius. *Enucleatius.*) cum omnibus circumſtantiis.

*Duces & familiae.*) Militia ſingulis ſubiecta, familia uocatur.

Subſidiari. *Subſidiabimur.*) Succurremus, pro copia & fortunis praeſentibus. In gloſſario Cyrilli: ſubſidia, Βοήθεια. Subſidium. Βοήθεια, Συμμαχία. Elegans uerbum, ductum ab ſubſidiariis militibus, de quibus uide Feſtum.

Vtilimum. *Vtilimum.*) Vtiliſſimum. De Raimundo Pileo omnes caeteri hiſtorici.

*Pannis obiectis protecti.*) Scribendum-parmisque-Ineptiunt autem plerique omnes iſti auctores in talibus commemorandis, quae nemo alioquin neſciat non fuiſſe a pugnaturis in hoſtem omiſſa.

Coloni. *Colonos illos.*) Incolas. Vti notatum eſt ſupra.

*Caſtrenſium more militum.*) Qui caſtris collatis conflictum cum hoſte ſemper exſpectarent, & omnibus ad eum modis ſemper eſſent parati.

*Celeri geſtu.*) Corporum celeri motu. Procurſu & recurſu.

CAP. XXII.

*Condixerunt*) Mutuo ſibi promiſerunt. Ita locutus eſt ſuperiore pagina. Sic *condictus cum hoſte dies*, conflictui deſtinatus, apud Plautum. infra cap. XXIII.

*Fe-*

*Fecerunt dies aliquot.*) Vide ad initium lib. II. ſupra.

*Liuidarentur.*) Macularentur. Aliquoties iam uſus eſt hoc uerbo. Liuidari.

*Lecto aegritudinis.*)Sic in graui & capitali morbo loqui auctores huius generis, in commentariis aduerſariorum adnotatum eſt. Mira prudentia & elegans eloquentia ſunt in hoc auctore, cum homo aliquis inſignior laudandus uenit. Vt in ſequentibus hoc loco uerbis. Lectus aegritudinis.

*Omnibus omnis erat.*) Omnino legendum, ut eſt in membranis - omnibus erat omnia. Prouerbiali quadam locutione. Exempla copioſe data ſunt ad Petronium.

*Imperialibus exeniis.*) Maximis impenſis, imperialia, ſumma omnia. Supra hoc libro cap. XII. De exeniis ad Gulielmum Tyrium, & aduerſariorum lib. CXLVII. cap. XIV.

*Zelo.*) Odio. Vide tertio eodem aduerſariorum uolumine. lib. CXXXII. cap. II.

*Ad nihilum redegit.*) Eradicauit. Humotenus peſſumdedit. Supra cap. XXI.

CAP. XXIII.

*Sollicitabantur.*) animi erant anxii. Sollicitari.

*In propatulo.*) Palam. Nulla diſſimulatione. In propatulo.

*Collaudauerat.*) Vide ſupra de uſu huius uerbi.

*Exoccupatius.*) Occupationibus aliis ſepoſitis. De ſimultate iſta conſule caeteros item ſcriptores. Pulcre autem loquitur Baldericus. Exoccupatius.

*Induciata.*) per inducias uelut prolata & procraſtinata.

*Id totum ita conceſſum eſt.*) In manuſcripto clarius legitur - *ita conſenſum eſt.*

*Palliata ambitione.*) In manuſcripto libro una uox eſt -- ſubpalliata --

*Honorem.*) Potentiam. Notatum ſupra.

CAP XXIV.

*Montaneae ſatis altae.*) Montes ueri, non colles, ut Romae, aut alibi. Vide Petrum Bellonium, libro II. obſeruationum cap. CV.

Prominere. *Prominet*) imminet. Sic ſaepe de eadem arce hactenus locutus eſt. De inſigni nunc quoque huius urbis ſpecie & amplitudine uide modo nominatum Bellonium, recentiorem tamen etiam Ioannem Cotouicum lib. V. Itiner. cap. IV. In quo uidebis quantum, etiam a Bellonii aetate, tanta urbs deterior facta fuerit.

*Formoſis moeniis.*) Quae ſola nunc pars tantae urbis ſpectaculo digna ſupereſt.

*Octoginta & quinque reges.*) Fabulae tralatitiae.

*Nullus meminerit copioſiorem.*) Vicies centena hominum millia fuiſſe ex aliis ſcribit. Bartolfus Peregrinus de Nangeio, libro a Bongarſio edito, cap. XVII. Pag. DLXIX. Tot, inquit, erant ſagittarii &c. ut facile Francos undique concludere poſſent, & niſi terror Dei eſſet in illis, comprehendere exercitulum Chriſtianorum non dubitarent. Computatus eſt enim, ſicut a captis relatum eſt, Turcorum & diuerſarum nationum exercitus; & uicies centena millia inuenti ſunt pugnatorum ad bella procedentium.

*Sibimet cogitabant.*) Suum perſequebantur commodum.

*Agarenorum nationibus.*) In membranis manuſcriptis eſt - Ag. familiis - -

CAP. XXV.

*Pro muro.*) Ad eum, iuxta eum.

*Nam & ſcalae.*) Scribe cum Mſ. *licet ſcalae.*

*Culmen.*

*Culmen maeniorum deſpiceret.*) Altitudine ſuperaret. *Porrectius mox dicit.*

*Porrecturam.*) Altitudinem, ſic mox *porrectius.* Porrectura.

*Struem illam.*) ſtructuram, machinam. Albertus Aquenſis lib. II. cap. XXX. Quadam die cum plurimorum principum ſtrues & machinae muro Nicaeae applicarentur, & quaedam non in uanum, quaedam fruſtra laborarent &c. Notandum autem quod modo Turcorum clamoribus magnam uim Baldericus adſcripſit. Qua de re uidenda quae ſupra notata ſunt, ad caput primum libri ſecundi.

*Exorabant.*) Enixe orabant. Vide uolumen Exorare. primum aduerſariorum.

*Ancilibus.*) Scutis. Affectatio eruditionis. Ancilia. Supra lib. II. cap. VIII. lib. IV. cap. XX.

*Nihil otioſum admittere*) Scribe cum membranis -- nihil otii ſibi admittere.

*Oleum, quod maxime illum ignem extinguit.*) Inepta & falſa ſcriptio. Scribendum enim *acetum* non *oleum*. Error ex Caſtellana ſiue Hiſpanica lingua oriundus uidetur, ubi *azeyte*, quod latino aceto expreſſum eſt, oleum notat. De eo igne accuratius ſcripſimus, ipſam eius compoſitionem proponentes lib. CXLVII. Aduerſariorum cap. X. Vbi errorem hic Baldrico adſcripſimus, qui poteſt tamen ut ſit potius librariorum, cum prudens, doctusque alioquin ſit in ſuo genere iſte auctor.

*Verſutias.*) machinas omnes & attentationes Verſutiae. ingenioſas De Gutferio de Turribus paria ſcribunt aliquot alii auctores.

## CAP. XXVI.

*Temperaretur.*) Ex ſaeua & crudeli, qualis

ſolet confieri ui omnia occupantibus & exſcindentibus hoſtibus, in mitem aliquam & conſideratam poenam. In manuſcripto Bongarſiano eſt - Temporatam - Errore, puto, ſcribae.

Rapaciter. *Rapaciter abſtulerunt.*) Id eſt ſumma celeritate.

*Didicerant.*) Nouerant ubique iacere cadauera, itaque nullo loco ea abhorrebant. Nam ſentire uel uidere uel inter mortuos dormire ſine faſtidio iam illis.

*Conſuetum erat.*) Mſctus liber pulcre haec corrigit: Nam ſe ſcire, uel uidere, uel dormire inter mortuos, ſine faſtidio iam iidem conſueuerant.

*Tantulumcunque.*) geſtu adiuuanda eſt oratio. Vide Ioſephi Scaligeri notas ad ſententias Publii Syri, graece redditas. Si tamen ſatis bene memini

Auſterus. *Auſtera.*) Guſtui eſuique aduerſantia, neque commoda.

Verutatus. *Verutatas.*) Verubus circumactas.

## CAP. XXVII.

*Hoc uerbum.*) Hebraiſmus, & locutio Latinae ſcripturae.

*Vltio ſuſpendebatur.*) Alioquin mulctam tuliſſet tanta inhumanitas.

*Pectus & os percutiebant.*) Indignantium more, de quo multis alio loco.

*Dentibus.*) Iocatur. Quia nempe carnem eorum deuorabant.

Caſtrenſis. *Caſtrenſis fames.*) Militaris, hominum alioquin non ad omnia faſtidioſorum.

*Lues incurabilis eſt.*) Vide multis ad ciuitatem diuinam Auguſtini.

Grauedo. *Grauedinem.*) Afflictionem. Germaniſmus. Beſchwerniß. *Plerique.*

*Plerique.*) Id eſt multi. Sic ſaepe loquitur Iulius Obſequens in annalibus prodigiis. Plerique.

*Prouidentia.*) Cura communis emolumenti. Vide prudentiam hominis in politicis his monitis; qualia de ſingulis paginis ſeſe oſtentant.

*Conſules.*) principes. Vide ſupra ad Robertum monachum.

*Querelis.*) diſſidiis. Vt hodie in idiotiſmo Gallico.

*Rurſus accingamur.*) Velut cingulo huius expeditionis ſoluto. In manuſcripto libro legitur -- protinus accingamur. Melior uulgata lectio.

AD

# BALDERICI,

## ARCHIEPISCOPI DOLENSIS, HISTORIARVM PALAESTINARVM

## LIBRVM IV.

## ANIMADVERSIONES.

### CAP. I.

*Occaſiones querelarum.*) Praetextus, ſpecies in uulgus ſparſae. Occaſio.

*Alius.*) Alter horum. Nimirum comes Raymundus. Fine libri III.

*Praeuaricari.*) Contra conſcientiam eludere. Praeuaricari.

*Quoniam tamen nequibant pacificari.*) Scribe cum Mſ. Bongarſii - tandem.

*Proſecutus eſt.*) Compellauit. Vide ad collationem Karthaginienſem in aduerſariorum uolumine ſecundo. Vbi ſuper hoc uerbo multi autores illuſtrantur. Proſequi.

*Conſabulandi.*) Colloquendi. Ex uſu loquendi ſcribit, qui adeo fuit frequens, ut etiam nunc Hiſpanis ubique *fabulari*, loqui deſignet.

*Concordandis.*) In concordiam redigendis. Saepe ſic loquitur auctor primus harum hiſtoriarum. Vt cap. II. V. XXXIV. XXXV. XXXVI.

*De uia.*) Id eſt itinere Hieroſolymitano, quod

Paſſagium. *paſſagium* poſtea ſpeciatim dictum eſt, ut uidemus in ſcriptis Torſellii Sanuti.

*Compunctus autem corde.*) Sic ſcribendum.

*Si ſibi ipſis dominentur.*) Vide, quae ubertim ſcripſimus ad Claudianum, Paneg. in quartum Honorii conſulatum -- Tunc omnia iure tenebis cum poteris rex eſſe tui -- Item alibi ad Auguſtini ciuitatem, de ſeruitio uitiorum.

*Obſtinentur.*) Indurentur, ne ulli rationi ſcilicet cedant. Deſtinatum talem hominem uocat latiniſſimus omnium poetarum, Catullus.

*At tu, Catulle, deſtinatus obdura.*

Coagulare ſe. *Coagulauit ſe.*) firmiter conſociauit. Vide ad librum ſuperiorem.

*Nudis pedibus.*) Iniunxerat hoc ante obitum pro re magna Petrus Bartholomaeus, qui lanceam dominicam per medium ignem tranſtulerat & inde appetierat.

*Ante Marram.*) In obſidentium eam principum caſtra.

*Exheredandum.*) Bonis & poſſeſſionibus ſuis eiiciendum notatum alibi. Vide ad Gulielmi Britonis libri octaui argumentum.

*Fiduciam fecit.*) Aſſecurauit eos, ut nunc loquimur, per iuramentum.

*Dilutaretur regnum.*) Hoc eſt non *affligeretur*, non anguſtiaretur. Vt loqui ſolent hoc genus auctores.

CAP.

CAP. II.

*Euadare.*) Vado transmittere. Euadare.

*Supererat.*) Imminebat, dominabatur. Sic lib. III. cap. XXV. Qui muris ſupererant, formidare, in nullo tamen deficere. *Extimplo* de more ſcribit hic auctor, neque aliter ueteres eius membranae. Securitas, iuramentum. Sie libro I. Ipſe Baldericus cap. XIII. Agilaeus cap. XLV. Gulielmus Tyrius lib. XVI. cap. II. Guibertus abbas lib. VI. cap. IX. Supereſſe.

*Gratuita.*) Admodum grata, facili acquiſitu. Sic Roberto monacho lib. VIII. cap. VIII. *Gratuita uallis &c.* Gratuitus.

*Caſtrenſes.*) Noua natione, caſtellani, caſtrorum incolae. Sic mox iſthic. Caſtrenſes.

*Subinde.*) Id eſt poſtea, ex eo temporis ſpatio. Exinde. Subinde.

*Gratulanter.*) Cum gaudio. Ita ſuperius non ſemel. Gratulanter

*Praecipitando.*) praecipiti itinere. Feſtinando. Praecipitare.

CAP. III.

*Caſtellum hominibus reliquit.*) Deficit uox una. Scribe - *hominibus uacuum*, repetit mox eadem uerba.

*Copioſum.*) abundans, refertum.

*Mandauit donaria.*) miſit. Sic loquuntur omnes fere huius commatis autores. Mandare.

*In haec uerba iſta dirigit.*) Hac ſententia, hac conditione.

*Frequentiis.*) multitudine copioſa.

*Inuincibilis Francorum ferocitas.*) genus indomitum ſupra cap. I.

CAP. IV.

*Non anceps.*) Id eſt periculoſisſimum, ob multitudinem hoſtium.

In

*In bellis mora modica eſt.*) Omnino legendum, ut eſt in MS. mora modica obeſt, & uincentibus lucrum datur maximum. Verum firmatur, quod ad ſuperiorem librum diximus, ſententiarum pondere caeteros uincere hunc ſcriptorem.

*Bello, bello, &c.*) Praelia & conflictus intelligit.

Praeambulus. *Praeambulum Deum.*) Ductorem. Anteambulo Martiali lib. II. Epigr. XVIII. &c. Epiſtola haec bona eſt ſenſu, inepta uerbis & compoſitione. Sic infra cap. VII.

*Tunc minime Turcos.*) Illuſerat enim illis Raimundus comes, pretio ab obſeſſis corruptus, ut ſcribunt Albertus (ſi memini hunc) aliique auctores.

*Alii alios.*) mutuo ſeſe eos inuaſiſſe dicit.

Tergiuerſatio. *Tergiuerſatione.*) fuga. Obiectione tergorum.

*Probitati.*) Virtuti bellicae. Vide ad Gulielmum Britonem.

## CAP. V.

*Sine obſidione obſeſſi.*) Elegantisſime. Multa talia notamus ad Claudianum.

*Sedebant igitur ad caſtrum illud.*) ſic ſcribendum.

*Inprimis.*) Non occurrit nunc nobis primus hic locus. MS. nihil mutat.

*Nauigium.*). Claſſis. Vide ad Britonem lib. VII. v. CCCLXXVI.

*Quorum nomina in memoriali uitae ſuae contineat.*) Si hoc ſolo loco nobis codex antiquus adfuiſſet, operae tamen nobis pretium in tota eius collatione feciſſe uideremur. Verisſime enim iſta emaculat, reponendo: Et plures alii ceciderunt, quorum nomina in memoriali uitae IESVS continet. Quae nequaquam ab aliquo librario ſic ſunt reſtituta.

*Datis*

*Datis ei muneribus.*) Scribendum *eis* ut habet idem liber uetus.

CAP. VI.

*Exalbuerant.*) Florem poſuerant, ut matureſcerent fructus. Exalbeſcere

*Vaporat.*) Calet. Ità Caelius Aurelianus, & alii Vaporare.

*Martio mediante fabae colligebantur nouellae: Idus Aprilis frumenta ſecabantur, & uindemiarum redibat autumnus.*) Autumnum cum meſſe in Aprilem concurrere, hoc eſt uindemiam cum redactione frumenti eodem menſe confici, res incredibilis eſt. Et uindemiam ſane de ſuo adiicit Baldericus, uerba enim primi auctoris, quae ſequitur, eius non meminerunt. Sic enim ſonant; cap. XXXV. Medio Martio menſe comedebamus nouellas fabas, medio quoque Aprili frumentum. Scribendum puto - Et in Maii medium imminere uidebatur autumnus - Sic ibunt omnia ſecundum ordinem temporum.

*Euincere poſſent.*) penitus bellum illud exſtinguere. &c. Infra cap. XIII. Euincere.

*Diſcurſum gentilium.*) Id eſt occurſum a uariis locis. Sic expoſitio uetus.

*Prouiſores.*) Procuratores.

*Mediaſtini.*) Serui uilioris operæ. Vide Nonium, & quae amicus noſter Laurentius Pignorius conſcripſit commentario de ſeruis. Philoxenus. Mediaſtinus, περιχύτης. Sic enim in eo emaculandum, & uideo iam monuiſſe doctiſſimum Vulcanium, qui tamen, ſi diligentius fuiſſet ibi, longe optimis illis auctoribus gloſſariorum meliora conferre potuiſſet. Requirunt enim omnino nouam editionem. Mediaſtinus

*Gradatim.*) pedetentim. Alibi dicit, ſicut Clerici ire ſoleant in proceſſionibus. Vel ſi alius

us quis ita ſcripſit; neque auctor enim neque locus memoriae nunc ſuccurrit.

Excubitus. *Excubitus.*) Peruigilatio, peruigilium.

Indiſciplinatus. *Indiſciplinati.*) Non ſecundum diſciplinam uiuentes. Egregia uero iſta ſunt, ſi uera. Sic cap. ſequente.

## CAP. VII.

Bella bellare. *Bella bellatus eſt.*) Imitatione cuiusdam maiorum gentium auctoris haec dicta puto.

Superciliosſus. *Supercilioſi.*) Superbi, contumaces. Vides autem intentionem auctoris. Nimirum ſupra meritum extollendi mediocriter bonos, ut pudefierent prorſus mali.

*Nihil utilius diſciplina.*) Vide Valeriani homiliarum unam atque alteram. Qui auctor mediis temporibus prorſus ignotus non fuit; citantur enim conciones eius aliquot locis a Thoma Hibernico in ſententiis, ut Tomo III. Aduerſariorum notamus.

Hoſpitare. *Hoſpitandi.*) Hoſpitio excipiendi.

*Die ſollemniter exhauſto.*) Sacris actionibus, lectionibus, auditionibus, inſumto.

*Curſum irroratum.*) Scribe *incoatum*. Iuuenis enim martyrium paſſus eſt.

*Heſternis temporibus.*) paullo ante decurſis. Mira eſt locutio. Quia *hodie* nempe pro praeſenti tempore dicitur.

Ceruicoſitas *Ceruicoſitati.*) obſtinationem in exſenſo paganiſmo dicit.

*Duntaxat.*) ſcilicet. Hoc enim ſignificatu ſaepius utitur hac uoce. De S. Georgii apud Moſcouitas hodierno cultu, omnia nota ſunt.

*Venuſtatos aedificiis.*) ſic uenuſtari muris, ſupra lib. III. cap. XXIV.

Fructificare *Veproſa fructificabant.*) nil ibi praeter uepres pro-

prouenibat. Alludi puto locum aliquem ſcripturae, qui nunc non ſuccurrit.

*Dapſilitatibus.*) Munificentiis. Dapſilitates

*Pauperatae.*) Ita Horatius lib. II. Sat. V. Deceptum caſſa nuce pauperet-Petrus Bleſenſis. Sermone. XLI. Baldericus noſter lib. I. c. II. c. XVI. lib. II. c. VIII. c. XIV. Pauperatus.

*Inexaudibilis.*) Qui facile exaudiat. Mira etiam locutio. Inexaudibilis.

## CAP. VIII.

*Viginti quatuor miliariis.*) Quam exigua dicat miliaria exinde clarum, quod tot numero iſta in unius diei iter componat.

*Famis.*) Maximum deſiderium fami longae & inueteratae pulcre comparat.

*Quaſi nouo.*) In manuſcripto libro eſt - ac ſi innouato.

*Moroſa.*) longa, mora moleſta. Vide commentaria ad Gulielmum Britonem. lib. X. v. CCCCXLIX. Quae ſane omni generi talium auctorum pulcram facem praelucere poſſunt. Plerumque enim multa exempla inferunt, & nouas res docent. Moroſus.

*Vix autumabant.*) Perpulcra deſcriptio eſt animi deſiderata ui uelut intabeſcentis. Vide talia a nobis data ad Claudiani Epithalamium Honorianum.

*Illuceſcendum.*) Certo naturae ordine in lucem reducendum.

*Sed quoniam quaſi differebatur.*) inconcinnus ſermo, quem pulcre expedit liber ſcriptus, legendo - ſed quadam ui quaſi differebatur.

*Inſtabant.*) Iter illac perrecturis, neceſſario tranſcendenda ſe obiiciebant.

*Annuit*

*Annuis laboribus.*) Plerique integrum annum in itinere conſumſerant. V. Schol.

*Tamquam dies poſtrema mercenarii.*) Alluſio ſcripturae. Hiobi cap. XIV. uel alio loco, non enim uacat omnium memoriam repetere.

*Gaudium ſuſpiria.*) Vide notas ad Albertum Aquenſem & Claudianum.

*Terram deoſculati ſunt.*) More ueteri petita loca tenentium. Sic Caeſarem aiunt, Africam caſu appellentem, omen osculo in bonum ex prauo uertiſſe. Memorat eam rem, claſſicis ſcriptoribus, ut puto, neglectam uetus & admodum craſſa ſcheda uitas triginta quatuor primorum imperatorum continens, quae penes nos eſt.

Pera. *Pro peris.*) duo uerba ſunt. Perae, notum geſtamen peregrinorum.

Extorris. *Dominos extorres.*) Id eſt alienigenas. Ita infra cap. XIII.

CAP. IX.

Mazerinus. *Mazelinis.*) Mazerinis. Id eſt alienigenis, adulteris. Multi pridem doctorum uoci iſti explicandae adfuerunt, quare nos eam merito omittimus.

*Lituo retrahendi.*) Tubam ad conflictum apud ueteres militem concitaſſe, lituum a conflictu reuocaſſe, notamus ad Papinium. Eodem haec etiam uerba alludunt. Gulielmus Brito lib. VI. v. CCCCXLVI.

*Omnia peruerſo contingunt more Iohanni.*
*Non tuba congreſſum cecinit, lituusue regreſſum,*
*Vt fur ingreſſus, ut latro regreſſus, abiuit.*

CAP. X.

Aliquoties. *Aliquoties.*) Frequenter. Locutio uſitatiſſima Valeriano Cimelenenſi.

*Acurdus de Montinerlo.*) De Montemerulo. VC.

*Mili-*

*Militantes ad portum.*) Scribendum - iubilantes cum libro uetere.

*Conuenerant in praelium.*) diuerſae nempe duae illae acies.

*Garrientes.*) hunc Turcico clamori ſonum adſcribunt iſti auctores. Inprimis primus Bongarſianorum, ad quem & ſupra notatum eſt. Garrire.

*Superſunt.*) Superueniunt eos. Gratius Cynegetico. Supereſſe.

- - *canis illa ſuos taciturna ſuperuenit hoſtes.*

Vide ad eum nos.

## CAP. XI.

*Ab impetu illo taliter.*) Scribendum totaliter.

*Eos aduerſabantur.*) Scribe *eis* cum membrana manuſcripta.

*Quam uelut diremtam deuehebant.*) Scribe cum MS. Quam ſcilicet care emtam deuehebant. *Odorata*, eſt olfactu percepta.

*Pretioſus.*) Vltra modum carus. Pretioſus.

*Indigetes.*) Hoc eſt indigenae, incolae. Miro uſu. Indigetes.

*Abdicauerant.*) Abdiderant, abſconderant. Infra cap. ſequente. Abdicare.

*Deſignati principes.*) Electi in conſilium publicum.

*Brachio.*) Id eſt robore, fortitudine militari. Sic infra cap. XVI. Brachium.

*Rebelles.*) pugnaces, belligeri. Rebellis.

## CAP. XII.

*In modico.*) Poſt exiguum tempus. Ex euangelio. Artifices machinarum, puto, nominantur ab aliis ſcriptoribus.

*Inaltandis.*) altioribus reddendis. Inaltare.

*Pro ſuo magno munimine.*) *Molimine*, melius legitur in membranis.

*Contra montuoſos.*) Scribendum-contra montes ullos-

Expectare. *Exſpectat.*) poſcit, flagitat.

CAP. XIII.

Orditus. *Sic orditus eſt.*) *Orſus eſt.* Eſt in MS. illud tamen forte alibi auctorum inuenit & inde imitatus eſt Baldericus. *Orſum* tam de incipiente quam de finiente ſermonem, aut etiam aliud quid dici, notat libro primo Diomedes. Sequens ſermo ſemi poeticus, tam ad locutiones quam metrum factus eſt.

Contradicere. *Contradicunt.*) Negant nobis ad eam acceſſum. Eſt locutio eius aeui, quam ad ſatiem exemplis alibi illuſtratam dedimus.

*Ganniunt.*) Vt friuola & nullarum uirium animalia.

Euincere. *Euincere.*) ſuperare nos. Notatum ſupra, ad cap. VI.

*Abdicabitur.*) Denegabitur. Sic capite praecedente.

Mortes. *Quibuslibet mortibus.*) Id eſt afflictionibus, cruciatibus: paſſionibus, ut loqui ſolet.

Reſpublica. *Rem quidem publicam noſtram.*) *Patriam* dicere uult.

*Fratribus ueſtris illudunt uel angariant.*) Melius MS. *fratres ueſtros-*

Tormentare. *Tormentant.*) tormentis afficiunt, cruciant. Caeſarius Heiſterbachenſis lib. I. Miracul. cap. XXXII. Expediri uellem, utrum locus, in quo tormentabatur, intra metus fuerit inferni, ſiue purgatorii. Barbare poſtea utitur Baldericus uerbis *ſubſannandi*, *improperandi*, *exprobrandi*, quorum exempla dari tanti non eſt.

CAP. XIV.

*Sibi erat & ſacerdos & epiſcopus.*) Pulcra locutio. Vt apud Muſaeum.

Au-

Αὐτὸς ἦν ἐρέτης, αὐτοςόλ☉, αὐτόματ☉ ναῦς.

*Ciuitati inſiſtebant.*) Scriptio priſca. - Ciuitati occupandae inſiſtebant.

*Moraſque ſuis ſuccenſebat.*) Hoc eſt *improperabat*, amare eos inceſſebat. Succenſere.

*Omnium manibus ſuisque fortiter praeliabantur.*) inſigniter pulcra locutio, adhortari enim non ceſſabant milites, & ſic eorum ipſimet manibus pugnabant.

*Nomine Letaldus.*) Maxima pars ſcriptorum nomen huius fortisſimi Herois certatim uelut memoriae conſeruauit, & aſſeruit. Poſt eos qui dedita opera haec bella ſcripſerunt, etiam Ordericus Vitalis. lib. IX. Ramboldum illi quemdam Cratonem coniungens. *Hora*, inquit, *tertia, qua Iudaei dominum ante Pilatum damnauerunt, chriſtiani, memores illius passionis, tamquam recentes uires reſumſerunt, & quadam noua eis ſuperueniente audacia, quaſi nihil antea laboraſſent, praeliari caeperunt.* Dux enim Godefridus, & Euſtachius frater eius, fortiter praeliabantur, & illos reliqui ſubſequebantur. Tunc Letaldus, & Raimbaldus Croton, probi milites, murum aſcenderunt, & conſtanter dimicantes exclamauerunt. Illico illos & alii ſubſecuti ſunt. Qui uero muros illic usque defenderant, paſſim diffugiebant, nec usquam de ciuitate tutanda procurabant. Chriſtianorum multitudo, ciuitatem ingreſſa, nemini parcebat. Is auctor uerba ipſa Balderici noſter ponit, ſeriemque totam ſequitur: Profeſſus tamen in fine narrationis & contraxiſſe ſe illum, & interpolaſſe multis locis, & expleuiſſe.

*Emungebantur.*) Dum potirentur urbe uidelicet barbari.

Coercere. *Coercebantur.*) arcebantur. Sic loquitur lib. I. cap. II. &c. Fulcherius Carnotenſis. cap. XII. cap. XVIII. cap. LXV. cap. LXXVIII. c. LXXXVII. &c.

Dare impetum. *Dederunt magnos impetus chriſtianis.*) Gallicum - donner des aſſauttz.

Vsque ad ſuras. *Vſque ad ſuras.*) Vsque ad cauillas. Auctor primus cap. XXXVIII. qui quid per eam uocem ſignificatum uelit, hinc poſſumus intelligere.

Peculiare. *Peculiauerant.*) peculiatim adſcripſerant. Vtitur hoc uerbo praefat. lib. II. cap. VII. lib. IV. cap. XV. Vide aduerſar. lib. CLI. cap. II.

CAP. XV.

*Debuit eſſe.*) Coegit ingens proſperitas unumquemque gaudere.

Cauſſari. *Cauſſetur.*) accuſet, inceſſat.

Neuter. *Neuter.*) Nullus. Expoſitio uetus.

Imaginare. *Imaginabant.*) meditabantur. Imaginare quando eſſe effigiare notatum memini a uiro doctiſſimo Franciſco Iureto. Notis ad Paullinum Benedictum de uita Martini. Noſter ſic etiam ſupra lib. II. cap XXVI.

Sedere. *Sederunt.*) Quieuerunt, otioſi uelut conſederunt. Ita etiam ſupra. Et Bartolfus de Nangeio in ſuo libello cap. XXVII.

Incenſum. *Incenſo compunctionis.*) hoſtia, ſacrificio.

CAP. XVI.

Requietio. *Requietionis.*) Requiei conſtantis.

Cauſſa. *Publicam cauſſam.*) rem. Gallicismus.

*Recapitularemus.*) Vide ad Claudianum Mamertum.

*Reſpiciat ad quem.*) quem inſtar principis honorare debeat.

*Mille mortibus.*) Cruciatibus. Supra ſic aliquoties. Sic *mors continua*, perennes afflictiones denotat lib. II. cap. XXIV.

*Vr-*

*Vrbe inconſulta.*) Non prouidentes illi de communi conſilio.

*Vacantius.*) Securius & per otium. Vacantius.

* *Moderniora.*) recentiora. Sic moderna tempora. lib. I. cap. XXXI. lib. II. cap. XXXVIII. Albertus Aquenſis. Modernitas, nouitas. Fulcherius, cap XL. cui *Modernus rei*, rudem notat. Vox latina non eſt, qua neſcio, qua auctoritate uſus ſit doctisſimus Heinſius, prolegomenis aut praefatione in Heſiodum. Moderniora.

*Fabulam.*) narrationem. Dictum in aduerſariis. Fabula.

*Apoſtolico.*) Id eſt ſummo pontifice aut Papa. Dictum ſupra & alibi. Patriarcham dicere, ne quid Romano praeſuli detrahat, docent ſequentia. Apoſtolicus.

*Militiam teneat.*) tueatur & defendat. Quanti militiae honor & tutela regibus huius regni contra patriarcharum auaritiam & technas conſtiterit, uidere licet in hiſtoriis Alberti Aquenſis, Gulielmi Tyrii, & aliorum. Militiam tenere.

*Subrogatum.*) Hoc eſt communibus ſuffragiis praeſtitutum. Subrogare.

*Efficacisſimus.*) Fortiſſimus. Sic *efficax Hercules* indicitur in Priapaeorum auctore. Efficax.

*Serenitas.*) Animus mitis, nec per iram quid faciens. Mire tales animos in heroibus ſuis commendant panegyriſtae, aliqui laudatores. Vide Claudiani panegyricum in Manlium Theodorum, & noſtra ibi commentaria. Etiam Gunterum in deſcriptione Friderici primi, principis laudatisſimi. Serenitas.

*Dapſilitatem.*) Munificentiam. Dapſilitas.

*Poteſtatiuo.*) Ex communi conſilio & ordinatione. Oratio autem haec ut ficta eſt, ita mini- Poteſtatiuus.

me tamen ſpernenda, ad conſiderationem regalis officii.

*Arnulphum.*) Laudant hunc hominem alii iſti. Gulielmo Tyrio ſi credimus, uix peiorem mortalem terra tunc aluit.

*Vicarium.*) ad tempus rebus eccleſiaſticis praeponendus ſuadetur.

Induciare. *Induciandam.*) protollendam. Notatum eſt ſupra hoc uerbum.

Poſt eras. *Poſt eras.*) die aliquo ſequente; non diu differendam rem ſuadet.

Siquidem. *Siquidem.*) Equidem.

Praeſidiari. *Praeſidiabitur.*) Praeſidebit conſilio eccleſiaſtico.

## CAP. XVII.

*Satellitibus & clientibus.*) Vide ad Gulielmum Britonem.

Obiurgare. *Obiurgat eos metus.*) puſillanimos reddit & uinci faciliores.

*Quos nocere poſſent.* Sic ſcribitur in membranis. *Nocere aliquem* locutio eſt horum auctorum. Sic ſupra lib. I. cap. XIX.

Nocere aliquem.

*Ad unguem.*) quam diligentiſſime.

Enucleatim. *Enucleatim.*) omni ſollertia & diligentia. Sic lib. II. c. XXIV. Enucleatius, lib. III. cap. XXI.

*Paene totum orbem.*) Sic loquitur nunc quoque Gallicismus de magnis copiis.

Areſcere. *Areſcent.*) Id eſt deficient. Locutione ſcripturae, praecipue pſalmis frequentata.

*Inpingemus.*) In membranis ſcriptis eſt - impinguemus. Optime. Et ſic locutum ex Plauto ſupra adnotatum eſt.

## CAP. XIIX.

Indicta uerba. *Indicta uerba.*) commiſſa, mandata, iniuncta.

Irrecuperabiliter. *Irrecuperabiliter.*) Vt uiros ſemel profligatos recu-

recuperare non poſſent. Bellum hoc ultimis paginis deſcribit auctor primus. Deſcribunt etiam caeteri, qui uel adfuerunt, uel a praeſentibus hauſerunt. Cum primo autem illo auctore hiſtoriam ſuam claudit Baldericus noſter; quod faciunt etiam alii.

CAP. XIX.

*Ex patriarcha.*) Mandato eius. Sic locutus eſt etiam ſupra.

*Stellis innumerabiliores.*) Prouerbio omnibus litteris celebrato.

CAP. XX.

*Sitis immoderantiam.*) Quae omnem tolerantiam excedebat. Conferenda autem narratio haec caeterorum hiſtoriis, qui eadem ſcripſerunt; inuenientur enim & hoc loco, quae praeter illos legiſſe iuuabit. Immoderantia ſitis.

*Dixerant enim.*) Edixerat imperator Babylonicus, ut capite fugientes plecterentur.

*Exclamantes.*) Clamor enim erat ex diſciplina uelut militari, ut ſuperiori capite lectum ſit, cum certis uelut modis ediſcendum fuiſſe. Vide ſupra ad lib. II. cap. I.

*Saepe dicendus.*) Hoc ad gloriam eximiarum hominum pertinebat. De aliis dicebatur - *nec nominandus*, *nec dicendus.* Affatim de utroque alibi. De uexillo *Admirauiſi* & Normanno comite, omnia in primis auctoribus leguntur.

CAP. XXI.

*Dimidiabant.*) Media diſſicabant. Ita Robertus monachus, lib. IX. cap. IV. Baldericus noſter lib. II. cap. VII. &c. Dimidiare.

*Morticina.*) Cadauera. Ex ſcriptura latina. Morticina.

*Oblatrare.*) uocem uel caecam aliquam emittere. Oblatrare.

*Ad ciuitatem arcebat*) Aſcalonem dicit. Quae urbs quantum detrimenti chriſtianis intulerit, Albertus Aquenſis, Gulielmus Tyrius, aliique lecti auctores docebunt.

CAP. XXII.

Conuentio. *Conuentione facta.*) Conſociatis militiae noſtrae agminibus. Sic mox: Non retinebo milites conuentione aliqua. Vel *conuentio* pactum de certis ſtipendiis deſignat. Conuentionem ſolidorum ſaepius uocat Albertus Aquenſis. Vide ad eum.

Auſterus. *Auſtero furore.*) amaro, intolerabili.

*Ab intimis.*) Viſceribus ſcilicet.

Byzantei. *Sexaginta Byzanteos.*) ſcribendum fuerat, Byzanteis. Sed ſic fere ubique loquitur hic auctor. Pretium huius aurei ſuperius adnotauimus.

Bellum. *Bellum.*) Praelium, conflictus.

Pugna euicta. *Pugnam deuictam.*) Membranae habent-euictam-Quod auctoris eſſe exiſtimo, quia bis iam ante ſic eum locutum adnotauimus.

# INDEX CAPITVM

## IN BALDERICI ARCHIEPISCOPI DOLENSIS HISTORIAM PALAESTINAM.

*Prout ea in capita a nobis eſt diſtincta.*


*LIB. I.*

I. Hieruſalem. Pag. 85.
edit. Bongarſ.
II. Sane ſancti. 86
III. Confluxerant. 86
IV. Ploremus fratres. 87
V. Horrendum eſt. 87
VI. His uel huiuſmodi. 88
VII. His auditis. 88
VIII. Multi etiam. 89
IX. Transeundum. 89
X. Quis in tantis. 90
XI. Hanc perſecutionem. 90
XII. Dum haec aguntur. 91


XIII.

XIII. Dux autem. 91
XIV. Tranſiuit. 92
XV. Nonnullis. 92
XVI. Boamundus tunc. 93
XVII. Quid facerent. 93
XIIX. Dux Gotifredus. 94
XIX. Efferebant. 94
XX. Craſſatus. 95
XXI. Praeterea ibi. 95
XXII. Ibant & redib. 96
XXIII. Exterrebant. 96
XXIV. Ciuitate reddita.

*Lib. II.*

I. Qua in die. 97
II. Interim Turci. 98
III. Cooperuerant. 98
IV. Si tamen. 99
V. Qui cum. 99
VI. Collocauerant. 99
VII. Volentes igitur. 100
VIII. Relatum eſt. 100
IX. Conuenae autem. 101
X. Terra uero. 101
XI. Porro Boamundus. 102
XII. Audientes autem 102
XIII. Cogitauerunt. 103
XIV. Hic metu. 103
XV. Nobilitas tamen. 104
XVI. Fecerant autem. 105
XVII. Ad illius. 105
XIIX. Porro quicunque. 105
XIX. Qui uero. 106
XX. Gentiles quoniam. 106
XXI. Facta die. 107
XXII. Quadam uero. 107
XXIII. Aiebat itaque. 108
XXIV. His Boamundus. 108
XXV. Nec multo poſt. 109
XXVI. Exercitus igitur. 109
XXVII. Occupauerunt. 110
XXVIII. Quidam etiam. 110

*Lib. III.*

I. Cum obſideretur. 111
II. Is igitur. 111
III. Is etiam bello. 112
IV. Accito itaque. 113
V. Veterana illa. 113
VI. Sic exhauſta die. 114
VII. Dum haec aguntur. 114
VIII. Iſte ſiquidem. 115
IX. Animata eſt. 115
X. Incluſerunt. 116
XI. Turci oppidani. 116
XII. Igitur fames.
XIII. Haec redarguti. 117
XIV. Imperator confeſtim. 118
XV. Haec dicens. 119
XVI. Conſiliati ſunt. 119
XVII. Nec illud. 120
XIIX. Turci uera 120
XIX. Dux Goth. 121
XX. Admiralius. 121
XXI. Iuit Hugo. 122
XXII. Poſtquam amplius. 123
XXIII. Ordinatis igitur. 123
XXIV. Antioch. ſiquidem. 124
XXV. Altera uero. 125
XXVI. Capta eſt. 125
XXVII. Palam tamen. 126

*Lib. IV.*
I. Cauſſa ſimultatis. 126
II. Hanc fidel. 127
III. Gens autem pag. 127
IV. Boamundus iterum. 128
V. Exterriti ſunt. 128
VI. Tempore proced. 129
VII. Dum hunc. 129
VIII. Apud Ramulam. 130
IX. Obſedit eam. 131
X. Interim nunciatum. 131
XI. Praeualebant. 131
XII. Inuenerunt. 132
XIII. Antequam ego. 133
XIV. Finem dicendi. 133
XV. Et tamen. 134
XVI. de Conſtituendo. 134
XVII. Interea nuntii. 135
XIIX. Rex per praeconem. 136
XIX. Nec iam de pug. 137
XX. Praemiſerunt. 137
XXI. Comes etiam. 137
XXII. Dicunt autem. 138

# GLOSSARIVM, SIVE INDEX.

*A Mari, iuxta mare.* 4, 21
*Abbatia dignus præfat.*
*Abdicare, negare.* 1, 16. 4, 11. 13
*Abbominauerim. Prologo. Abbominare ſegregare hominibus* 1, 2 . & *alibi.*
*Abiectio plebis.* 3, 3. *Abiectir Turcis* 2, 6
*Abſconſe. clam.* 1, 13
*Abuſus. Libido.* 3, 8
*Accelerare, celeriter mittere.* 4, 3
*Accidia.* 3, 15
*Acquieſcere nimis. Confidere* 2, 8
*Adamantinum iecur.* 3, 4
*Adhuc, etiam præfat.*
*Adiacet, præſto eſt.* 1, 22
*ex Adipe prodire.* 3, 7. *Liſiard. cap.* 43.
*Adiurare aliquem.* 3, 9.
*Ad liquidum.* 3, 1
*Admirari, paſſiue.* 3, 12. & *alibi.*
*Admirabilis pro eo.* 2, 27. 28. *Principes,* 2, 20. 3, 5. *Procurator.* 3, 17. *Ciuitatis.* 4, 3. *Caſtri pr.* 14. *lib.* 155. 15.
*Admiraldi ſeruit* 1, 1
*Adoptare, optare* 3, 20
*Aduentitii* 2, 12. 1, 1. 3, 1
*Aduerſari aliquem, oppugnare.* 4, 11
*Adulabilis fabula.* 1. 20. *Adulatiuus.* 3, 4
*Adulterini.* 4, 8
*Aemula obliuio.* 1, 18
*Aethiopum mos pugnandi* 4, 20
*Affabilitas eloquentia. Petrus epiſt.*
*Affectare in amorem ducere* 1, 23
*Agere ſe nequiter.* 1, 9. *modeſte* 15. *ſapienter.* 2, 26. *Agere murum.* 3, 11. *Agenda publica.* 3, 13
*Aggreſſum opus Prol. Operis.* 1, 14. 2, 6. 10. 3. 18. 4. 17.
*Agulani gens.* 3, 1. *Armatura. ibid.*
*Albeſcente die.* 1, 22. 2, 1. *exalbue-*

*buerant fruges.* 4,6
*Alias, alio, aliorſum.* 1,24. 3,24
*Alii alios, ſeſe mutuo.* 4,4
*Aliquoties, ſaepe.* 4,10
*Allicere.* 2,10. *noue.*
*Altera poſt ſecundum dies, tertia* 2,1
*Alteruter, ambo Praefat.*
*Amaricatus* 2,7. *Amaritudo. indignatio.* 2,14. 1,16. *contra dulcorari.* 3,17
*Amicabilia conuitia.* 2,16
*Amictus amictu.* 4,13
*non anceps bellum, certum* 4,3
*Ancilia, ſcuta.* 2,8. 3,25. 4,20
*Andrinopolis.* 1,14. *Adrianop.*
*Angaria.* 1,2. *Verba minacia.* 2,13.24. *Lib.* 152,6.
*Angariare.* 4,13. *Lib.* 152,6.
*Anguſtia ſitis.* 4,6. *anguſtiari.* 1,16. *anguſtioſis ſuis.* 2,21. *anguſtia necis.* 2,27. *anguſtuoſus.* 3,27
*Anhelare, mutire.* 2,2. *properare* 2,7
*Animo ſua dominari.* 4,1. *Animoſitas, confidentia.* 3,17. *animum ſimulare.* 2,6
*Antelucani.* 2,15
*Antiochiae deſcriptio.* 3,24
*Anxiatus.* 1,10. *ad* 12. *Brit.* 478
*Apoſtolicus.* 1,16. 4,26. *Vbi quid ſit. gentis ſuae.* 3,1. *pontifex.*
*Appreciare.* 2,28. 3,12.
*Apprehendere, capere.* 3,24. *& ſaepe.*
*Appropinquare urbem.* 1,16
*Arenae maris inſtar.* 2,1
*Areſcere, deficere.* 4,17
*Armigeri, lixae, pedites.* 1,3
*Armorum fulgor.* 1,23
*Articulus noctis.* 2,6. *belli.* 2,25
*Aſciae.* 1,18
*Aſſidere, incumbere prologo*
*Aſpirat Deus, inſpirat.* 2,23
*Attentare ſibi, retinere.* 3,23
*Auferre lacum.* 1,22
*Augmentatrix.* 2,13
*Aula Dei, templum.* 1,3
*Aures cordis.* 2,23
*Auſpicari, coniectare.* 3,1. *odorari.* 1,4
*Auſterus, immanis.* 4,22
*Auunculus & patruus, idem. praefat.*

B.

*Bari portus.* 1,12
*Belli lege uiuere.* 1,23. *res incertae &c.* 2,19
*Bellatus eſt bella.* 4,17
*Bellum, pugna.* 1,10.15. 2,1.13. 4,4.22. *ad* 10. *Brit.* 720.
*Beſtialis homo.* 1,8
*Boamundi laus.* 1,12
*Bone uir.* 3,9
*Brabiam.* 1,5
*Brachia mentis. Petrus epiſt. ſuo brachio. prol.* 4,11.16
*Britannorum fatuitas. Petrus epiſt.*
*Bullire, coquere.* 3,12
*Burdones.* 2,9.21. 4,4
*Byzantei.* 1,22

C.

*Caballi equi.* 1,19
*Cadauera inciſa ob aurum.* 3,27
*Callere in conſiliis.* 1,16. *callens uir.* 2,22
*Caliſa pontifex.* 3,1
*Camera, cubiculum praefat.*
*Campus Martis.* 2,2. *bellum.* 3,3
*Canicula, conuitium* 3,17. *canes inſipidi.* 4,13. *Turcae.*
*Captiuatum ducere.* 1,19
Ca-

*Capitis inſulſi homo.* 1, 3. *caput militiae.* 1, 16
*Capitula, hymnos.* 3, 8
*Carecta.* 1, 11. 28
*Caritatiuus affectus.* 4, 7
*Carnalitas mutua.* 3, 8
*Carnifices illi.* 3, 4. *Vid. gladiator ſupra & infra.*
*Carrucæ.* 1, 18
*Caſſatus labor.* 1, 20
*Caſtellani, caſtri incolae.* 3, 20. 1, 15. *in ciuitate* 1, 12. *milites in caſtris ſeu campo.* 4, 25
*Caſtra lignea, machinæ ingentes.* 4, 12
*Caſtrenſes, milites in caſtris.* 1, 21 2, 10. 3, 21. *caſtellani* 4, 2. 5
*Caterua, exercitus.* 2, 15
*Cauſſae, res.* 1, 17. 4, 16.
*Cautela.* 1, 14. 3, 4
*Ceruicoſitas, obſtinatio. Petrus epiſt.* 1, 1. 4, 17
*Chriſtianitas, exercitus peregrinorum.* 1, 11
*Ciceronis laus. Petrus epiſt. Bald. prologo.*
*Cieuit.* 1, 8
*Cinerata cupita.* 3, 8
*Cingulum militiae.* 1, 3. 4. 2, 7. 3, 21
*Circulari colla.* 2, 4. *geſtus male affecti hominis.*
*Circumdamur, uiuimus.* 3, 5
*Ciſternæ inquinatæ ingens damnum.* 4, 4. *Hieroſolymitanæ* 4, 1
*Clamor frangit animos.* 3, 25. *chriſtianorum.* 4, 20
*Clitellarii* 2, 8. *lis* 3, 19.
*Coagulare.* 3, 1. 16
*Coelum porrecta mænia* 1, 18
*Coercere, detinere.* 1, 2. 4, *arcere* 4, 14
*Cogitare ſibi, ſuam rem meditari.* 3, 24
*Collegium, agmen.* 3, 1.
*Coloni, ciues* 1, 19. *colonia, ciuitas.* 2, 5
*Colores delet nox.* 3, 11
*Commeatus apoſtolorum chorus.* 1, 14. *fortium* 4, 11
*Commilitones.* 2, 2
*Compactum, pactum, præfat.*
*Compaginatus.* 3, 24
*Competentiæ, analogiæ.* 1, 7
*Compeſcere, caſtigare, præfat. & Petrus epiſt.*
*Compilator, ſcriptor. prol. operis.*
*Complices.* 2, 21. *ad argum. lib.* 9. *Britonis.*
*Concatenatio ſententiarum. Petrus epiſt.*
*Concignus.* 4, 12
*Concitus.* 2, 11
*Conceſſum, concluſum.* 3, 23
*Concordare, actiue.* 4, 1
*Concupiſcibilis.* 1, 3
*Condicere, conſtituere.* 3, 21
*Conducere.* 1, 6. *tuto ducere.*
*Conductus.* 1, 16. 2, 8. 3, 13. 20. 4, 3.
*Confabulari, colloqui* 4, 1
*Confratres.* 3, 20. 4, 4
*Confugium.* 2, 27
*Conopea, tentoria.* 1, 21. *inepte.*
*Conſacerdotes.* 1, 5
*Conſcius, gnarus.* 3, 4
*Conſentire terga, uertere.* 2, 3
*Conſiliati ſunt.* 4, 10. *conſiliarii & amici.* 3, 4. 13. *Conſultum conſilium prol. conſulares uiri* 1, 8. 2, 8. *Conſules populi.* 3, 27 *Lib.* 151. *cap.* 13.
*Conſodales.* 3, 13
*Conſolationes, obſonia.* 4, 3

*Contendunt, negant.* 4,13
*Conti, haſtæ* 1,13. 4,10
*Contradicere ciuitatem.* 4,13.&c.
*Contradita.* 1,3
*Contubernales uteri.* 1,3
*Conuenæ gentes.* 1,4. 2,9. *conuentus, copia.* 2,5.
*Conuenire in prælium.* 4,10. *conuentio.* 4,21
*Conuitiatos.* 2,13
*Copioſi. dites. prol. & lib.* 4.
*Coruini generis, qui non redit.* 1,23
*Corpulatius.* 1,15. *duo* 1,16.
*Coturnoſus hiatus.* 3,2.
*Craſſari, graſſari.* 1,20. 2,18. *Sic & alii autores.*
*poſt* Cras, 4,16. über morgen.
*Craſtinum, dies ſequens.* 4,8
*Crepuſculum diei.* 1,22
*Crucifixor.* 4,3
*Cuniculi antra.* 4,10
*Curare de aliquo.* 1,2.. *curioſiſſime excubare.* 1,13
*Curſitores.* 2,5.9. 3,2.
*Curti, nomen gentis.* 3,1

D.

*Daphne fluuius Antiochiæ.* 2,13. *ſed falſo.*
*Dapifer eccleſiæ.* 2,1
*Dapſilitas.* 1,23. 4,7.15.16.
*De abundat.* 1,9.18
*Debuit eſſe, fuit.* 4,15
*Decuſatum, præf.*
*Decliua ciuitas.* 3,13
*Defecti, affecti.* 4,6. *defectus, clades.* 1,13. *terror.* 2,17. *ire* 3,10.
*Declamare, uociferari.* 2,2
*Dediſcere.* 2,3
*Deitas.* 1,11. *fin.* 3,8.
*Dementari.* 3,6,7. *lib.*155. *c.*16
*Denarii, pecunia, gallicismus.* 1,22. 3,1.
*Denotatum opus.* 2,18
*Deſepelire,* 2,21
*Deſignat, conuocat.* 4,11
*Deſcribendus homo, præfat.*
*Deſperare ab aliquo præf. contra deum.* 1,10
*Deſperatio facit audaciam.* 1,11.
*Deteriores omnium.* 1,4
*Determinatus numerus.* 2,3
*Dicendus ſæpe homo.* 4,20. *Vid. deſcribendus.*
*Dictum factum. præfat.*
*Didicerant, norant.* 3,26
*Dimidiare.* 2,7. 4,21.
*Diremta aqua, care emta.* 4,11
*dirimere genus* 3,15
*Diſciplina nihil melius.* 4,7
*Diſcredere.* 2,2.23. 3,8.9.
*Diſcretius.* 3,4.
*Diſgregatim.* 3,22
*Diſpenſator epiſcopus* 3,22
*Diſſecari, diuidi.* 1,4
*Diſficere a finibus ſuis.* 3,1
*Diuerticula.* 2,8
*in Docta gens.* 3,21
*Domeſticus fidei.* 1,4
*Ducatus.* 1,6
*Dulcorari.* 3,17
*Duntaxat, ſcilicet.* 1,14. 4,7.
*Duracium.* 1,12
*Dux & miles idem.* 1,20

E.

*Ebriare gladium ſanguine.* 2,20
*Educare.* 1,23. 4,22
*Effæminari, timere.* 2,10.26
*Efferacius.* 2,17. 3,19. *efferum pallere.* 3,17
*Efficax, fortis.* 4,16. *lib.* 157. *cap.* 17.
*Elaborabant, noue* 2,19

*Eli-*

*Eliminare, Petrus epiſt.* 1, 2. 3. 21
*Elucubratius.* 2, 17
*Emit marcas, byzantios &c. iis emit.* 4, 21. *& alibi.*
*Emititius ſeruvs. Petrus epiſt.*
*Enim abundat.* 3, 9
*Enucleatim.* 4, 17. *Enucleare E-dicere.* 2, 24. *Enucleatius.* 3, 21
*Epiſcopari.* 4, 16
*Eradere.* 2, 4. 3, 15
*Erant ſperantes.* 4, 20
*Erronea gens, pagana.* 4, 16
*Eſſe inglorioſe.* 3, 1
*Etenim certe,* 3, 2
*Euadare fluuium.* 1, 4. 4, 2
*Euectiones, uſus iumentorum* 1, 2 *ſumtus* 1, 5. 1, 12. , 12.
*Euincere.* 4, 13. *& alibi.*
*Euerberat, ui excitat.* 1, 3. 10. 3, 4
*Euirati, timidi.* 3, 10. *euirare.* 3, 16
*Ex, abundat.* 3, 5. 6.
*Ex eo, eius uice.* 3, 5. *ex chriſtianis* 3, 15 *Sic &* 1, 15. 4, 19
*Exactiones doloſæ.* 3, 20
*Examinatus, congregatus.* 2, 16
*Excoriatis manibus fugere.* 3, 6.
*Excors, timidus.* 2, 4
*Excubitus, uigiliæ.* 4, 6
*Excutere, euertere.* 3, 3
*Exenia.* 3, 22. *lib.* 147. *cap.* 14.
*Exercitus.* 3, 13
*Exhauſto die.* 4, 7
*Exinanire.* 2, 10
*Exoccupatior, præfat. exoccupatus, deſes.* 2, 8. *exoccupatius.* 3, 23
*Exorare.* 3, 25
*Exordinatus.* 3, 17
*Expeditiones.* 4, 17
*Expectat, quærit.* 4. 12
*Expenſæ magiæ, labores.* 4, 9
*Expledi loco, eiici.* 1, 3. 3, 20
*Exprobrari, probris affici.* 4, 13.
*Exta hominum & equorum, uiſcera.* 3, 9
*Extabait turris.* 1, 19
*Exterminium.* 1, 24. 3, 26
*Extimplo.* 3, 5. *& ſæpe ſic iſte, atque alii iſti.*

F.

*Fabula.* 4, 16
*Facere ibi diem. commorari.* 2, 1 3, 4. 22
*Facultates, cibaria, opes.* 1, 24
*Faleræ & fibulæ.* 2, 28
*Fama, rumorum auctrix.* 2, 13
*Famis magnæ deſcriptio.* 3, 12. 22. *uictrix uictoriæ.* 2, 4
*Familiæ, agmina.* 3, 21
*Fantaſmata.* 3, 7. 8.
*Faſtiditi dentes.* 3, 26
*Fatigabilis.* 4, 11
*Filulæ & fuleræ.* 2, 28
*Ficulnea arbor.* 3, 12
*Fidelitas, hominium.* 1, 12. 14. 16 *ſuper ſepulcri* 2, 7
*Fideliter, tuto.* 2, 27
*Fiducialiter.* 4, 3
*Firmitas, arx, caſtrum, munitio.* 3, 2
*Flagellari.* 1, 3. 3, 2.
*Fluuius, tectus cadaueribus.* 2, 10
*Formica, homo uilis. Petrus epiſt. uid. infra Locuſta.*
*Formoſa planities.* 4, 19
*Foreæ, Sciri.* 3, 26
*Franci ditant periuria.* 1, 16. *libertas. Ibid. prudentia.* 1, 22. *conſtantia,* 23, 3, 19. *natura milites,* 2, 3. *alia laus,* 2, 22. *Vide* 4, 3.

Fra

*Frequentiæ.* 1, 12. *copiæ.*
*Frigere animo.* 3, 17
*Fructecta.* 1, 18. *fruteſtificare.* 4, 7. *ex noſtra Em.*
*Fugitiui prælio, capite plexi.* 3, 6
*Fulmineus aduolat.* 1, 14
*Funambuli furtiui.* 3, 6
*Fundibularii.* 1, 19
*Funeſtare cædibus.* 2, 17
*ob Fuſcatur.* 2, 14

G.

*Galli-Franci.* 1, 18. 2, 19
*Galleci, hominum extremi.* 1, 8
*Ga[illegible]o more peritus militiæ.* 4, 16
*Gannire in prælio.* 4, 13
*Gaudenter, pro lego.* 4, 8
*Gaudii lacrymæ.* 4, 8. *Vid. lacrymæ.*
*Genealogia. Stirps* 2, 3
*Generatio. Gens.* 3, 17
*Geniculorum, genithliaces.* 3, 4
*Gens, milites, copiæ.* 1, 12. 16. 17 *ingentes gentes.* 2, 11. 4, 17. 11. 18, 3, 11
*Gentiliter, paganice.* 3, 7
*B. Georgii res & ſepultura.* 4, 7
*Gladiatores, latrones.* 1, 14
*Gloſulæ. præfat. & Petrus præfat. ibid.*
*Glutinum fraternitatis. Petrus epiſt.*
*Gnari uiri, prudentes.* 1, 12. 3, 16
*Gradatim ire.* 3, 17. 22. 4, 6.
*Græci conſilioſi.* 1, 16
*Grando telorum.* 1, 19
*Graſſari.* 2, 3. *Craſſari fere ſemper bis auctoribus.*
*Gratulanter, gaudenter.* 4, 3
*Gratulatur, gaudet.* 2, 22. 3, 2
*Gratuita ubertas.* 4, 2
*Grauedo, aduerſitas* 3, 27
*Gyratio equorum.* 3, 12

H.

*Habeamus pugnare.* 3, 4. *habere ſe bene.* 1, 8. *habita uictoria.* 2, 4.
*Heri & nudius tertius, nuper, ſemper.* 2, 12
*Heroes, duces.* 1, 16. 17. 4, 13
*Heſternum bellum.* 3, 6. *tempus.* 4, 7
*Hiatus, iactantia. prol. operis.* 3, 2. 15.
*Hieroſ. Vide Ieroſol.*
*Homines uiri.* 1, 11. 2, 18. *lib.* 149. *cap.* 26. *imperatoris.* 1, 14 *hominium.* 1, 16. *ultra iuramentum quid* 1, 17. *perpes.* 3, 2
*Honor & uita iunguntur.* 1, 17. *potentia.* 3, 13. *uel* 14.
*Honorificentia.* 1, 2
*Hoſpitandi uenerunt.* 4, 7
*Hoſtis, exercitus. L'oſt.* 2, 13. 14. *lib.* 151. *cap.* 4.
*Humotenus.* 1, 3. 3, 21.

I.

*Iactantiæ peſtis.* 1, 8
*Iaculati lapides, miſſi.* 3, 25
*Iam, abundat.* 4, 17
*Idenditas amicabilis. præf. duo in uno.*
*Iecur adamantinum.* 3. 4
*Ieroſolymitanus, iter id facius. Petrus epiſt. terra circa urbem improba.* 4, 9. *uid. Strabonem.*
*Ignis Græcus oleo extinctus* 3, 25. *Vid. lib.* 147. *cap.* 10.
*Illac.* 2, 22
*Illuceſcendum mane.* 4, 8
*Imaginare.* 2, 26. 4, 15
*Imber telorum.* 2, 12
*Immoderantia.* 4, 20

Im-

*Immolarunt, fecerunt, laborarunt.* 1,24
*Impendere, dare.* 1,15. *impenſior cibus.* 3,11
*Imperatoria fides.* 1,23
*Imperatorem, eius terram.* 1,15
*imperiales delitiæ* 3,12. *exenia* 3.22
*Imperioſus, fortis.* 1,20
*Impetere ciuitatem.* 4,9.
*Impetus, bellum breue.* 4,11. *dare hoſti.* 4,14
*Impingere, immittere.* 1,22. *aliter* 2,1:: 3,19.
*Improbitas illata, iniuria.* 1,15
*Improperium,* 1,23. *improperare alicui.* 4,13
*Inaltare.* 1,19
*Incentiua.* 2,14
*Inconſulta urbe, neglecta* 4.16
*Incorporare. Petrus epiſt.*
*Indemnis.* 3,11.20. 1,23
*Indicibiliter. Petrus epiſt.*
*Indigetes, incolæ.* 4,11
*Indigentiæ.* 2,23
*Indifficulter.* 1,1.
*Indiſciplinate.* 1,19. 3,7
*Indolis bonæ ingenii.* 2,3
*Induciata res.* 3,23. 4,16
*Indultum, parcitum.* 2,27
*Ineptiæ infandæ.* 1,3
*Inexaudibilis.* 1,14
*Inexplicabiliter.* 1,10
*Infractus, inſuperatus.* 1,19. 2,1 3,3
*Ingenuitas, nobilitas.* 1,6. 2,4
*Ingratitudo, nouerca. præf.*
*Ingruentia iaculorum.* 1,18. *mortis* 2,14 *belli* 2,16.19.
*Inimicari* 1,14.15. 2,4.18.24. 3,2.22.27. 4,16. *ad Robert. lib.7. cap.13.*
*Iniuriata corpora.* 1,2.3. *iniuriare* ,3. 2,20. *damna.* 1,13
*Innumerabilior.* 2,4
*Inſciolus, indoctus. Petrus præf.*
*Inſtabat, neceſſe erat.* 2,20. *mons* 4,8.
*Intellectus, uiſus, præfat.*
*Intercidere, incidere. Petrus præf.*
*Interdicere, eripere.* 1,22
*Intermiſſa, relicta.* 1,16
*Interſigna.* 2,12.
*Interſtitium terrarum.* 1,2. 3,18
*Interuenire, obuenire.* 2,17
*Intractabile tempus.* [illegible]20
*Inthroniſare.* 4,16. *ſæpius.*
*Inuaſa caſtra.* 1,13. *inuaſores.* 1,13
*Inuidentia. prologo operis.*
*Iocundari. præfat. Petrus epiſt. iocundus uultu.* 1,6. 3,8.
*Ipſa die illa ipſa.* 1,18. *& alibi.*
*Iri ultum, ulturi, mire.* 3,14
*Irrecuperabiliter.* 4,18
*Irremediabiliter.* 3,19
*Irremotus comes.* 3,20
*Irrequietudo.* 1,19. *induſtria.* 2,9,21. 3,18.
*Irreuerberatus gladius.* 2,3. *tenſus.* 3,4
*Irrorantia, tiæ.* 3,17
*Iter legentis, (curſum dicimus) præfat.*
*Iubar diuinum, flamma.* 1,3
*Iumenta ſumus an homines &c.* 3,3

L.

*Lacrymæ gaudii.* 1,7. 4,8.15.
*Languidiora tentoria.* 2,12
*Laterea imperatoris.* 2,13. 4,18
*Latrocinantes, bellantes.* 1,4
*Laudare, conſentire.* 2,13.25. 3,23

*Laureare.*

*Laureare.* 1,4. 1,24
*Lecto ægritudinis decumbere.* 3,22
*Legalis, honeſtus.* 1,21
*Legio, exercitus.* 1, 9. 11. 16. 20. 3,19
*Letaldus, expugnator Hierus.* 4,14
*Liberaliter, egregie.* 4, 1. *morum. præfat.*
*Libripens cautus, æſtimator.* 3, 4.
*Licentiam poſcere.* 1,6
*Lingulæ uexilli.* 2,16.
*Lituus retrahendi.* 4, 9. *ad Brit.* 6. 446
*Liuidare. præfat.* 2, 16. 3, 4. 22.
*Locuſtæ, conuitium.* 3, 3. 4. *uid. formica.*
*Lombardi & Longobardi.* 1, 9. *bis. Vide ſupra alios.*
*Longanimitas,* 2,22
*Loquantur ædificia.* 1,2
*Lugubris, lugens.* 3, 1. 22
*Lupanaris multitudo.* 3,8
*Lupis atrociores.* 3,22

M.

*Maiores. prol. op.* 2, 16. 3, 23. 25. 27. 4, 4.
*Mala corona nomen.* 2, 25
*Mandare hoſpitium.* 1, 3. *commendare.* 1,22
*Mandata, nuntia.* 2, 23. *tradere.* 2,25
*Manu in manum epiſcoporum.* 3, 23. *militum pugnat dux.* 4, 14. *uictoria.* 1, 18. *complodere.* 2,8
*Maſticare.* 2, 5
*Maturare per eccleſias.* 3, 8. *uid. Notas. greſſus.* 3,17
*Matutinatus Lucifer.* 2, 1
*Mazelini, adulterini.* 4, 9. *Fabrit. poet. Chriſt. Ariſtarch. &c.*
*Meatus, tranſitus.* 1,16
*Mediaſtini.* 4, 16
*Memoriale.* 4, 5. *liber commonitorium.*
*Mendax & mendoſus. prol.*
*Merzatum, forum.* 1, 14. 15. 18 2, 24. *&c.*
*Mi mater.* 3, 5
*Micturire, mingere.* 1, 9
*Militares multum uix.* 2,3
*Minati, ducti.* 3, 14
*Milites, pedites. oppon. prol. operis.* 2, 1. 3. 5. 17. 3, 21. 4, 10. 13.
*Milliaria 24. iter diei.* 4, 8
*Moderanter.* 1, 16
*Moderatus iræ.* 2, 7
*Modernior.* 4, 16
*Moliri iter ſuum.* 2, 5
*Montaneæ.* 3, 19. 24. 4, 7. 10
*Moroſa nox.* 4, 8
*Mors continua. afflictiones.* 2, 24
*Morticina, cadauera.* 4, 21
*Mortui, occiſi.* 2, 12. 17
*Multa multitudo.* 1, 6. *multitudinibus.* 4, 20
*Municipium arx.* 2, 27. 28. 3, 1. 2. 34. 3, 11. 20. 4, 4. *caſtellum. gloſſar. Philox.* 33.
*Mutilatio.* 1, 21
*Mutuet, ſumat.* 2, 1. 2, 16

N.

*Adnauerant naues.* 2, 14. *Virgil.*
*Nauigium, claſſis.* 1, 17. 22. 4, 5. 21
*Nauſea.* 4, 11
*Neceſſariæ, utiles.* 2, 2
*Neceſſitates.* 2, 14. 22
*Negotiatio, negotium. Petrus præfat.*
*Neuter, nullus.* 4, 15
*Nepos, ex ſorore filius.* 1, 8
*Nichea, Nicæa.* 1, 12

*Nihil prope, homo nullius pretii.* 4, 13
*Nimbus telorum.* 1, 18
*Nimirum, abundat.* 1, 7
*Nobilitas, optimates.* 2, 18
*Nocere aliquem.* 1, 19. 4, 17
*Notarius.* 3, 4. *ſcriba.*
*Nouerca ingratitudo. præfat.*
*Nox mala in bellicis rebus.* 2, 27.
*Nudis pedibus ire, humilitas.* 4, 1. 8. 15.
*Nugaces, mendaces.* 3, 4
*Numerus innumerus.* 1, 8
*Nux denario emta.* 3, 12

O.

*Obdulcoratio. Petrus epiſt.*
*Obiurgare metus.* 4, 1
*Oblatrare, obſiſtere.* 4, 21. *oblaterare forte à latere.*
*ex Obliquo monere. præf. reſponſo.* 2, 15
*Obſeruare, cuſtodire.* 1, 9. 18
*Obſidiones, bellorum moræ.* 4, 4
*Obſtinari.* 4, 1
*Obſtare.* 3, 25
*Occidens, genere faeminino. Petrus epiſt. eius fatuitas. ibid.*
*Occubitus ſtellarum, caſus.* 1, 7
*Oculatus totus.* 2, 16
*Occaſiones, prætenſiones.* 4, 1
*Occiſio facta.* 3, 22
*Offenſa, error.* 3, 13
*Officere.* 3, 6
*Omnibus omnem eſſe.* 3, 22
*Onuſti, ditati.* 4, 5
*Opinio, exiſtimatio. præf. opinari, credere.* 2, 3
*Optimates. heroes.* 2, 7. 13, 15
*Opulentiæ.* 1, 3.
*Oratores, interceſſores.* 1, 5. *Hieroſolymitanus præf.*
*Orbis totus, ingens copia.* 4, 17
*Orditus, orſus.* 4, 12
*Ordeicius panis.* 4. 11
*Oriens decorata. Petrus præf.*
*Oriundus proſapiæ.* 3, 25
*Os percutere.* 3, 27
*Oſcula carorum.* 3. 15. *lib.* 152. *cap.* 3.
*Otioſus, nullius pretii.* 3, 25. 4, 5
*Otium, ſcriptio. prolog.*

P.

*Palatini conſules.* 1, 8
*Palliari, ſignari.* 1, 7
*Palpitando. ſuſpirando.* 1, 14
*Palpitare, metuere.* 2, 28
*Paleæ, pabula equorum.* 1, 13
*Pannis tecti milites.* 3, 21.
*Pares noſtri. indices, optimates.* 3, 23
*in Partem ire.* 3, 23
*Parturies, facies præfat.* 1. 23. *Sic peperiſſet,* 2, 3. 8. 3, 19
*Paruiſſimus. Petrus epiſt.* 2.
*Paſſio.* 1, 11. 3, 12. 20. *Patitur uineam regio.* 4, 9.
*Patres conſcripti.* 2. 14. 24. 4, 11. *inepte.*
*Patrimonia. bona auita.* 1, 3
*Patronus epiſcopus.* 3, 22
*Pauperare.* 1, 2. *pauperatus.* 1, 16. 2, 8. 14. 4, 7.
*Pauſare.* 2, 7
*Paxilli tentoriorum.* 1, 21. *paximatius panis.* 3, 12
*Pectoris magni, cordatus homo.* 3, 21. 4, 16
*Pectus percutere.* 3, 27
*Peculiare, ſibi ſoli rapere. præfat.* 2, 7. 4, 14. 15. *lib.* 151. 2.
*Pede, carmine. Petrus epiſt.*
*Pedetentim.* 1, 1
*Pedor.* 3, 8

*Pelagonia, regio.* 1, 14. *Paphlagonia.*
*Penates, bona ciuitatis.* 1,24
*Peræ ſigna peregrinorum.* 4, 8
*Percellere mare remis.* 3, 6
*Percunctatos.* 1,15
*Perpendi, offendi. prolog. fin.*
*Perpera aliqua.* 1, 15. *querela puto. mire.*
*Perſonæ probabiles.* 3, 17
*Peſtis ſitis.* 3, 22
*Pigritari. prolog. operis.* 1,19
*Pincinati populi.* 1, 13
*Piræ, acerui.* 4, 15
*Plebecula, exercitus.* 3, 15
*Plebiſcitum, communis conſenſus. prol.*
*Plerique, multi.* 3, 27. *plerumque ubique.* 2, 7
*Plumbei cordis.* 3, 4. *plumbum in tectis.* 1,9
*Pluuiola.* 3, 7.
*Poetæ. homines acutiores quique. Petrus fin. præfat.*
*Pondus belli.* 2, 2. 16. 3, 7. 18
*Porrecta in coelum mœnia.* 1, 18
*Portitor.* 3,15
*Poſt aliquem ire.* 1, 16
*Poteſtatiuus. præfat.* 1, 22. 4, 16. *homo ſibi imperans.* 1,15. *domini.* 2,26
*Præambulas.* 4, 4. 7. *lib.* 159. *cap.* 13.
*Præciperet, occuparet.* 1,17
*Præditus, inclitus.* 3, 1
*Prænunciabat.* 3, 1
*Præpondero, præfero.* 3, 1
*Præpoperare.* 2, 1. *aliquem.* 3,17
*Præripere ſe.* 2, 19.
*Præſentare.* 1, 13. *præſentaliter,* 3, 19. *præſentior.* 3, 20
*Præſidium.* 1, 6. 14.
*Præſtigiæ, ingenioſitas.* 3, 4
*Præſumtiuus labor.* 3, 4. *ſpes* 3, 25.
*Primiſerius.* 1, 6. 2, 9.
*Principari.* 2, 7. 13. 4, 8.
*Proataui.* 3, 8
*Probitates.* 1,12. 2,6. 3,3. 4,4
*Proceritas machinæ.* 3, 25
*Procurare, paſcere, cibare.* 1, 16. *cogitare.* 2,1. 3,3
*Proditores, deſertores &c.* 3,6. *ad* 6. *Brit.* 83.
*Proficeret, utile eſſet.* 2, 3
*Profligatus, afflictus.* 1,19
*Prohibere, negare.* 2, 6
*Prominet, eminet.* 3,23. *ſic ſæpius.*
*Propugnantes.* 3, 21
*Propulſare, urgere.* 2, 25
*Proſequi, exſequi.* 3,23
*Proſperator.* 4, 15. 1, 4
*Protelata ieiunia.* 3,15. 3, 12
*Prouehere murum.* 3, 11. *prouecta mœnia, alta.* 1, 1
*Prouiſores.* 4, 6. 16
*Pubeſcentia ora.* 3,1
*Publicani.* 4, 3
*Publica res, noſtra.* 4, 28
*Pugionibus uibratis, gladiis.* 2,17 4,21
*Pulpito reſidens.* 1, 3
*Purpurati ſanguine.* 1, 5. 2,17
*Purpurati, numiſmatis, pretium.* 2, 12

## Q.

*Quamdiu, quouſque.* 4, 1
*Quæſtiones, allegationes.* 3,23
*Quantumlibet, parum.* 2,9. *quantuslibet.* 1, 22
*Quatenus.* 1, 2. 12. 20.
*Querelæ.* 3,27
*Quidem abundat.* 2, 1
*Quid facerent.* 1, 17

*Quieuit, mortuus eſt. præfat.* 1,10
*Quisquiliæ, homines uiles.* 3, 2

R.

*Rabidiores.* 1. 11
*Raginaldus, Rainaldus.* 1,9
*Reaccendi.* 1, 3
*Rebellare.* 1,22. 2,19. 4,11
*Recapitulare. prol. fin. & fine operis.*
*Recentare.* 4. 20
*Recluſi.* 1, 7
*Rector abbas. præfat.*
*Rectum erat.* 1,9
*Redargutus.* 3, 13
*Reddita ciuitas.* 1, 24. 152, 6.
*Refellere.* 3, 25
*e Regione, contra.* 2, 19. 3, 11
*Regionarii, incolæ.* 1, 15
*Renes ſolutus, timore.* 2, 14
*Requietio.* 4, 16
*Retrahendi lituus.* 4, 9.
*Roga.* 1, 15
*Rumigerulus comes.* 3, 14. *mendax.*
*Ruſticanus libellus. prol. operis.*
*Rutilans titulus.* 2, 16

S.

*Sabbatiſare.* 2,15
*Sacramentum.* 1, 7
*Sagittati ſunt.* 1, 10
*Salebræ luteæ.* 2, 12
*Saluſtii laus. prol. operis.*
*Sanctuarium Dei, chriſtianitas. prol. operis.*
*Sanglarius.* 2, 19
*Sanguine decolor fluuius.* 4, 4
*Sanguis ad ſuras.* 4, 14
*Sanum, utile.* 2, 11
*Satis, abundat.* Petrus *epiſt.*
*in Saturitate bibere.* 1, 10
*Scala.* 2, 25. 27
*Scapulas dare.* 4, 12. *terga fugæ.*
*Scholæ inſtar caſtra.* 4, 6
*in Sciolus, indoctus.* Petrus *epiſt.*
*Sclauaria, Sclauonia.* 1, 12
*a Se deſipere.* 3, 15
*Securitatem facere.* 4, 2. *iuramentum.* 1, 13
*Sedere, quieſcere.* 4, 15
*Seminarium Odii.* 1, 24
*Sentire, nouo ſenſu.* 3, 26
*Seminiuerbius.* 1, 2
*Senectus nationis, prudentia.* 3, 4
*Seniores.* 2, 24
*Sepultura Turcorum.* 2, 20
*Sequaces, diſcipuli.* 1, 6
*Serenitas, uirtus.* 4, 16
*Seriatim.* 2, 8. 3, 8.
*Sermo, ſententia.* 1, 8
*Seruiens.* 2, 25
*Seruitum ducti.* 3, 26
*Seu, &, ter.* 2, 2. *Sic uel ſæpius.*
*Si, quod.* 1, 22
*Sibi quisque epiſcopus & ſacerdos.* 4, 14
*Signum, uexillum.* 3, 20
*in Signum poſiti, ſcopum.* 1, 10
*Silicinum pectus.* 1, 3. 3, 4
*Simulacra turcica.* 1, 3. *Sed errat. ſimultatum.* 1,24. *armorum.* 3, 3. *periurii.* 3,20
*Sin.* 3, 23. *&c.*
*Singulatim.* 1, 3.
*Singultuoſus.* 3, 7. 22
*Siquidem, tamen.* 1, 3. 8. 3, 2. *lib.* 152. *cap.* 6.
*Sitibundæ fauces.* 3, 22
*Sitis, uincit inuicta.* 1, 9. *peior fame.* 4, 11
*Sollenniter accurate. præfat. ſollennis ingens.* 2, 4
*Spectacula piunarum.* 4, 4. *& ante.*

*Speculatio,*

*Speculatio, ſpectaculum.* 1,20
*Speculator, epiſc. Petrus præf.*
*Sperantes, putantes.* 2,27
*Spes moriturorum.* 3,26
*Spiritum totum efflare. Ieaſci.* 1,15
*Spurci Turcæ. prologo.* 1,3. & *alibi.*
*Stantarus.* 4,10.22
*Stellarum diſcurſus, prodigium.* 1,7. *cecidiſſe uiſæ. ibid. innumerabilior.* 2,4. 4,19
*Stemmata, decora.* 2,24
*in Stercore natus, plebeius.* 2,28
*Stipendia, alimenta.* 1,3.7
*Stipes publica.* 1,2. *neceſſaria.* 1,13
*Stridor Turcarum.* 2,19. *Gloſſ. auctoris primi. lib.*154. *cap.*6.
*Strues, machinæ.* 3,15
*Subinde, exinde.* 4,2
*Subintrare, ſubſequi. præfat.*
*Subiugalia.* 2,4
*Subrepſit.* 1,7
*Subrogatus, electus.* 4,16
*Subſidiabimur.* 3,21
*Subſtantiolæ.* 1,23
*Subſannare alicui.* 4,13
*Subtumulare.* 2,21
*Succesſio, poſteritas. prol. operis. Vid. mox.*
*Succenſere moras.* 4,14
*Succenturiæ.* 2,16. *ſuccenturiati.* 3,19
*Succeſſiuus, ſuccedens. præf. Petrus epiſt. ſucceſſiua felicitas.* 2,10
*Succreſcere.* 2,19
*Suffoſſio muri, igne addito.* 1,19
*Sugillator. præfat.*
*Superi, pulcre.* 3,26. *ſuperis alienare, occidere.* 4,15
*Supercilium, ſuperbia. prol.* 1,4. 3,19. 4,7
*Supereſſe, eminere.* 3,25. 4,2
*Superſtes, ſucceſſor. præfat.*
*Superſtitioſus. Petrus.* 3,15
*Suriani, Chriſtiani.* 2,5.7
*Suſpitioſus dico.* 1,3
*Suſtinere, exſpectare.* 1,9. 2,9

T.

*Tabeſcit ciuitas.* 2,21. 3,10
*Talio.* 4,8
*Tam, abundat. Petrus epiſt.*
*Tancredi pulcer dolus.* 1,17
*Tantulumcunque.* 3,27
*Temeritas, audacia.* 3,1
*Temperare mentem.* 3,25
*Temperanter, modeſte. prolog. operis.*
*Tendæ, tentoria.* 3,18.19
*Tergiuerſatio, fuga.* 4,4
*Teſtimonium perhibere, præſtare, mire.* 1,10
*Timoratus.* 3,7
*Titillantes, titubantes.* 2,16
*Tonitruum hoc.* 1,8
*Tormentant.* 4,13
*Torrere, ſerpentium.* 1,10
*Totum, omne.* 2,11.21. *tota uoluntate. præfat.* 3,19. 4,5
*Trutinamus, æſtimamus.* 4,15
*Turcopuli.* 1,13.22
*Turcorum fortitudo.* 2,3.4. *natura milites.* 2,3. *origo Francica.* 2,3
*Turres ſuppoſito igne ſuffoſſæ.* 1,19
*Tyranni hoſtes.* 1,1. *regii.* 1,8. *reges.*
*Tyranni latrones.* 1,4

V.

*Vacantius.* 4,16
*Vallare, cingere.* 1,10

*Vaticinium, mendacium.* 3,14
*Vber glebæ.* 1,16
*Vbi ubi, ubique.* 2,14
*Vectura, equi.* 2, 5
*Vel, &* 1,6. 2,28. 3,10. *&c.*
*Veliuolæ naues.* 1,22
*Velle & nolle idem.* 2,21
*Venditare uendere.* 2,12
*Venuſtatus.* 3, 24. 4, 7
*Veproſus.* 4, 7
*Verecundari, pudefieri.* 1, 7. *lib.* 1, 8. *cap.* 14.
*Vereri, timere.* 1,15
*Verutatæ carnes.* 3,26. *ueru toſtæ.*
*Veterana, uetula.* 3,5
*Vexillum ſignum.* 1, 6
*Via maturanda, iter* 4, 1. *Viam ire.* 1, 7
*Viator Hieroſolymitanus. præfat.*
*Victorioſus.* 3, 4
*Viduli, inſtrumenta ferrea.* 1,18
*Vinum conpunctionis.* 1, 10
*Virtus, copia.* 2,16. 3, 18.
*Viſa ſunt ſuccreſcere.* 1, 24
*Viuaciter, ueraciter.* 2,23
*Vmbra diaboli.* 4, 13
*Vncini ferrei.* 3, 25
*ad Vnguem.* 4, 17
*Vnicus, amicus ſummus.* 2, 23. *bis.*
*Vnum quid.* 2, 18
*Voluntarius.* 1, 13
*Vomer prædicationis. Petrus præfat.*
*in Vrbanitas codicis prolog. operis.*
*Vt Vterini fratres.* 3,16
*Vterus uiri, Petrus epiſt.*
*Vtilitates, uirtutes. præfat.*
*Vt libet, nihil addito.* 1, 8

Z.

*Zelare, prol. operis.*

# NVM. IV.

AD

# RAIMVNDI AGILEI,

## ET PONTII DE BALADVNO LIBRVM DE BELLIS PALAESTINIS.

# ANIMADVERSIONES.

## PRAEFATIONE.

QVi fuerint hi ſodales, tam in expeditione belli ſacri, quam in ſcribenda hac hiſtoria, ſatis ex hoc ipſo commentario liquet. Item hinc diſcas quando Pontius iſte perierit, ictu nimirum lapidis e petraria. Vide infra caput. XLVIII. celebris

celebris miles fuit, ut ſcias uel ex eo, quod inter heroas bene de chriſtiana re meritos pluribus ſcriptoribus eius etiam nomen memoretur. Epiſcopi Viuarienſis, quantum noſſe datur, alibi animaduertimus. Verisſimam eſſe hanc narrationem prae caeteris uideri uult Raimundus noſter, idque ſub atteſtatione infernalium tormentorum atteſtatur ipſe dicto cap. XLVIII. Multa tamen inſunt fabulis quam ſimilima, ut putem praeſtigiis nonnunquam illuſum fuiſſe optimum hunc canonicum. Precibus autem Pontii ſcripta eſt haec hiſtoria ad praeſulem modo nominatum, ut iam memorato capite Raimundus auctor adnotauit.

*Laboris noſtri participationem.*) Hoc eſt meritorum noſtrorum. Sic enim tum praedicabant & perſuadebant populis clerici, deberi bonis operibus compenſationem a Deo, itaque ea imputabant & uendebant militibus & proceribus laicis. Hiſtoriae autem huius ſcriptionem inter bona opera non ſine faſtu ſuo recenſet iſte Raimundus. Exemplis huius doctrinae ſcatent omnes libri; inprimis hiſtoria eccleſiaſtica Normannorum Orderici Vitalis, circa eadem tempora concinnata. Participatio laboris.

*Recedentes a nobis.*) Sane imbelles iſti & pauidi magni proceres illuſtresque militia heroes fuerunt, ut Stephanus comes Bleſenſis, & Carnotenſis, uir conſilio armisque omnium fere primus, certe nullo inferior. Gulielmus de Grantemaiſnil, qui uxorem habebat ſororem Boamundi, cumque his alii, quos legere habes apud auctorem primum, Robertum monachum, Baldericum archiepiſcopum, Albertum Aquenſem, Gulielmum Tyrium, Rubertum abbatem, & nonneminem aliorum.

Apoſtaſia. *Apoſtaſiam.*) Ita uocat deſertionem militiae Palaeſtinae, quaſi aeterna ſalus in eius continuatione uerſata fuerit. Locuti ſunt pari impietate & aliorum quidam.

*Paganitatem.*) Idololatras ſiue Mahometiſtas omnes dicit. Sic in libro cap. xxv. dies haec totius chriſtianitatis confirmatio & paganitatis exinanitio.

*Langobardiam.*) Suſpecta hoc loco haec uox eſt. Nam de propioribus orienti regionibus ſermo utique habendus erat. Quid enim ad iter tantum haec regiuncula Italiae? Patronus Raimundi, dum uixit, unicus fuit epiſcopus Podienſis. Eius nomen *Aimarus* ſupra & alibi illuſtrauimus. Fratris etiam mentio non uno loco in hoc libro 15. appellatus fuit, *Gulielmus Hugo de Montilio.* Vt Agilaeus noſter prodit infra c. LX. veriſimile igitur eſt, natiuum agnomen etiam epiſcopo fuiſſe. *Aimarus Hugo de Montilio.*

CAP. I.

Diſpendium. *Diſpendia)* Diſcrimina dicere uult. Sic *diſpendia muneris*, cap. XLVIII.

*Ducatum.*) Vox perperam barbariei incuſata. Vt quam uſurpent Suetonius, Iuſtinus, Varus, Manilius, Apuleius. Vide nos ad librum II. Thebaidos. V. CCIII.

*Latrones inermes.*) Ipſi enim peregrini ſub armis iter faciebant.

*Doloris cognitione.*) Vtique ex uehementi clamore mutilatorum miſerorum hominum.

*Palpare & per motum remouere nebulas.*) Notanda res, non enim falſam putes.

*Erat defendens.*) diligentiam in hoc officio notat iſta locutio. Sic infra cap. XXVIII. Erat ens. Erat ſperans, Baldericus lib. IV. c. XX. &c.

Locutio

Locutio orta eſt ex Latina ſcripturae interpretatione, quam in omnia ſcripta ſtudio tractatores aliique patres tranſtulerunt, unde linguae Romanae nitor tandem in ſcholas & monaſteria eſt redactus.

*Hoſpitabatur.*) Id eſt in hoſpitium ſe recipiebat, Baldericus lib. IV. c. VII. hoſpitandi gratia uenerunt circa Caeſaream. Crebro ſic Albertus Aquenſis. Hoſpitari.

*Epiſcopi conſilium.*) Fuit ſane, ſecundum Sidonii uerbum, homo conſilioſiſſimus. Vt omnes auctores conteſtantur. Baldericus eum fuiſſe teſtatur conſilium nobilium, ſpem orfanorum, imbecillium ſuſtentamentum, militibus militem, clericis clericum, ducem & patronum totius expeditionis, prudentem, clementem, iucundum, qui eſſet ſimul omnia. lib. IV. cap. XXII. Alia obuia non congerimus.

CAP. II.

*Frequenter fraternitatem confirmauit.*) Multis officiis. Sic frequentationes Turcorum & officia odio habuiſſe Balacum dicit Albertus Aquenſis. Lib. V. cap. XXI.

*Retribuit.*) Id eſt tribuit, locutione ſcripturae.

*Incrudeſcentes.*) Furentes animis, & feritatem omnem oſtendentes. Incrudeſcentes.

*Plagauerunt mortaliter.*) Vulnerarunt ad mortem. Tam plane crudas & ruſticas locutiones in hoc auctore illuſtratione ſane dedignamur. Vide tamen aduerſariorum lib. CLVI. cap. III. plagandi uerbo ſaepius utitur. Plagare.

*Filiatione.*) Adoptatione. Vide ad Albertum Aquenſem lib. III. cap. XXI. Populorum, quos nominat, uocabula, partim corrupta, ex aliis ſunt reſtituenda. Filiatio.

CAP. III.

*De pincenatis.*) Vide ad eundem Albertum, lib. I. cap. IX.

*Infra*) Id eſt *intra* more ſcribendi talium. Vide ad Gulielmum Tyrium.

*Antemuralia.*) Et haec iam ad alios hos auctores illuſtrata ſunt. *Vide nota.*

*Acclamata Tholoſa.*) Vide ſupra ad Baldericum. Lib. II. cap. I.

CAP. IV.

*Milites de roga imperatoris.*) Eius ſtipendiarii & annonarii. Vide ad eumdem auctorem lib. I. cap. XV.

*Itineris uſui.*) Scribendum puto itineri.

*Bellum imminere.*) A Turcis utique ut forti & praepotente populo.

*Tanti uiri.*) Comitis nempe. Non enim de Imperatore haec capias.

*Hac ſola uice.*) Mirum amorem in ſuos milites huius principis commemorat. Quem euidentius etiam demonſtrant, quae capite primo narrata ſunt. Non enim ſuo proprio corpori, ſuaeque ualetudini pepercit, ſaltim ut militi aliquo modo ſatisfieret.

Ammonitio *Ammonitionis.*) Conſilia omnia nequam hominis hac uoce intelligit.

*Inopinabilem.*) Incredibilem prorſus, nullique perſuadendam. Mortes ſunt tormenta, ut ſupra in Balderico.

*Silentio dignum.*) Maluiſſe ſe dicit ſilentio rem praeterire, quam narrare; & tamen narrandam fuiſſe. Singularis conſideratio multarum rerum fuit in hoc homine, non imprudente, ſed mirifice ſuperſtitioſo & querulo. Reuera ad omnia uerum clericum agit, omnia ad epiſcopi ſui au-

ctoritatem

ctoritatem augendam, ſuasque ipſius res promouendas redigit.

CAP. V.

*Vt dominum alium faceret.*) Agnoſcebat enim ſibi dominum, qui hominium ei faciebat. Tamen mea ſententia melius ſcribatur - dominum alium caperet, aut alii militaret, niſi illi propter quem patriam ſuam dimiſerat.

*Regnum ſuum & ſuos.*) ſe & ſuum imperium. Ita enim per ſingularem faſtum loquebantur Graecanici principes. Vide Luitprandi legationem.

*Querebatur.*) Scribendum - queratur.

*Mandat & remandat.*) Vrget per nuntios.

*Vitam & honorem iurauit.*) Pertinacia comitis factum eſt, ut principes caeteri hoc iuramento contentum eſſe debere Imperatorem ſciſcerent. Baldericus lib. I. cap. XVII. Auctor primus. cap. VI. & reliqui. Auctoris primi ipſa uerba ſaepiſſime ponit etiam Raimundus iſte; cum tamen in alio fuerit exercitu, & aeque rebus geſtis ipſe adfuerit. Quae ſane res mira mihi obuenit.

CAP. VI.

*Vallum.*) foſſam dicit. Sic Albertus Aquenſis & alii. Vallum.

*Baliſtaria.*) Loca balliſtis & tormentis locandis facta. Baliſtana.

*Exinaniuit.*) In nihilum redegit. Exinanire.

*Veluti diſpoſito.*) Ex diſpoſito. *Diſpoſitum* eſt conſilium. Sic Robertus monachus lib. VIII. cap. cap. I. Reuelatum eſt conſilium comiti S. Aegidii, & ipſe laudauit diſpoſitum. Corippus diſpoſito iam Caeſar eras. Diſpoſitum

CAP. VII.

*Poſt uim facta teſtudine.*) Scribendum - poſt uiam factam teſtudine

*Inanem*

*Inanem reddidit.*) Sic legendum omnes uident.

Laudare. *Laudauerunt.*) Conſenſerunt ut urbs imperatori retraderetur.

Proditor. *Proditorem.*) Proditorem dicunt hi ſcriptores omnem eum, qui contra datam acceptamque fidem aliquid egerit, fecerit, dixerit, conatus fuerit, conſenſerit fieri, aut cognitum non aperuerit ei, cui fidem debebat. Vide commentaria noſtra ad Gulielmum Britonem, talium obſeruationum theſaurum exhibentia, non uno loco.

*Imperator cum prodidiſſet.*) Scribe - idem prodidiſſet. Pari modo. Loquitur tamen pariter ſequentibus ſtatim lineis.

CAP. VIII.

*Vti autem.*) Illico cum - ſcribas melius - ubi autem.

*Fertur inſigne miraculum.*) Miriſſima res non commemorari idem ab aliis ſcriptoribus, qui & ipſi adfuerunt. Praeſertim Fulcherio Carnotenſi, qui ipſi diſcrimini interfuit. Lege late apud eum omnia a cap. XI. Vt a nobis diſtinctus eſt.

CAP. IX.

*Imperatoris uires.*) Copias. Vide Commentarium ad lib. IV. Thebaidos Papinii. v. CLIX.

*Verno.*) In uer ipſum. Quod *uernum* appellant tales auctores, immo & longe meliores. Vide Aduerſariorum lib. X. cap. XI.

*De tam pluribus.*) Scribendum - iam de pluribus.

CAP. X.

Antiochiae deſcriptionem, ut tum fuit, aliquot ex his autoribus, tradiderunt. Vide Albertum Aquenſem lib. III. cap. XXXVIII. Gulielmum Tyrium, lib. IV. cap. nono, & alios. Vt ante hoc ferme ſeculum fuit, monuimus ſupra, legendum

Petrum

Petrum Bellonium lib. II. Obſeruat. cap. CV. Vt nunc eſt, Ioannem Cotouicum, libro V. itinerarii Syriae &c. Quatuor eam reges condidiſſe, & quadriurbem fuiſſe memorat Strabo lib. XVI. cuius haec ſunt uerba: Ἐϛὶ δὲ ἡ μὲν Ἀντιόχεια καὶ αὕτη τετράπολις, ἐκ τεττάρων συνεϛῶσα μερῶν· τετείχιϛαι δὲ καὶ κοινῷ τείχει, καὶ ἰδίῳ καθ᾽ ἕκαϛον τὸ κτίσμα· τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτῶν ὁ Νικάτωρ συνῴκισε μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου μικρῷ πρότερον· τὸ δὲ δεύτερον τοῦ πλήθους τῶν οἰκητόρων ἐϛὶ κτίσμα· τὸ δὲ τρίτον Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου· τὸ δὲ τέταρτον Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. Καὶ δὴ καὶ μητρόπολις ἐϛὶν αὕτη τῆς Συρίας, καὶ τὸ βασίλειον ἐνταῦθεν ἵδρυτο τοῖς ἄρχουσι τῆς χώρας. Οὐ πολύ τε λείπεται καὶ δυνάμει καὶ μεγέθει Σελευκείας τῆς ἐπὶ τῷ Τίγρει, καὶ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ. Apud quem plura de ſitu eius habes. Omnia uero dixit, qui Alexandriae eam componere uoluit. Quam urbem amplitudine & opulentia alias omnes ſuperaſſe ſcribit Ariſteas. Quod reſtringit Ioſephus, Romam excipiens, fine libri quinti de bello Iudaico. Qui idem eiuſdem operis lib. II. cap. XVI. ſpatium eius clare deſignat, triginta nempe ſtadiorum in longitudinem, decem in latitudinem. Alia notata ſunt in aduerſariis, & ad Zachariae Mitylenaei dialogum de perennitate falſa mundi.

*Pedes montium.*) * Imam partem. Vide comment. ad Claudianum. Perquam autem eleganter, pro ſuo aeuo, hic loquitur Agilaeus, ut uideas doctum hominem fuiſſe, ſi iudicio uti potuiſſet, quod ſtrangulauerunt fere in omnibus illa tempora. Pedes montium.

*Maxime praerupto.*) Praecipitio. De numero,

ro exercitus Francorum, alibi dictum eſt. Etſi enim magnum de eo loqui uideatur Agilaeus, alii tamen altero tanto maiorem eum faciunt. Nemini tamen nos ſatis accredimus.

Miles. *Milites.*) Equites dicit eximios, eosque gregariis, quos ſatellites aut clientes uocant, & peditibus eximit atque opponit. Vide multis ad Gulielmum Britonem.

CAP. XI.

*Corripi potuiſſet.*) Plane capi atque aſportari, aut deleri.

*Modus hoſpitandi.*) Certis & non excedendis cuique aſſignatis hoſpitiis.

*Pectus leuare uellent.*) Hoc eſt accipere ab incolis aut uenditoribus. Idiotiſmus.

*Acciperentur.*) emerentur, diſtraherentur. Inde acheter hodie Gallicum. Sic infra c. XV.

*Copiam.*) neceſſariorum abundantiam.

*Facultate caedis.*) inſidiarum & latrociniorum ſucceſſu.

*Reuerterentur.*) reuerſi fuiſſent. Solaeciſmus temporis. Vide abunde alibi notata ad Rigordum de uita Philippi Auguſti.

*Necari in flumine.*) Suffocari aqua.

CAP. XII.

Armigeri. *Armigeros.*) Id eſt fixas, & uulgus militare.

*Baſumariae.*) Legendum - Mahumariae; intelliguntur autem fana ſuperſtitionis Mahometanae. Notatum ſupra ad alium auctorem. Et ſic auctor primus. Qui paria cum Raimundo noſtro ſcribens, cum ipſe eſſet in exercitu Boamundi, mirifice et ſuam firmat, & Raimundi auctoritati teſtimonium perhibet. Buſamarias uocat etiam infra, cap. LXI. & Mahometem Bahumet cap. L. ut nihil in ſcriptura ſit mutandum.

Caſa-

*Caſalia.)* tuguria, humilima aedificiola. Caſellas uocat Gulielmus Brito. Caſulas dicit Agilaeus noſter infra, cap. LV. Vide notata Iſ. Caſaubono ad Polybium, lib. I. Nobis ad Gulielmum Britonem. Caſalia.

*Bellum.)* praelium. Saepe ſic Septiminus de bello Troiano.

*Quaſi per unum militarium.)* facilis ergo ſagittae percuſſio, procurſu equi adiuta.

*Iuxta metuendi.)* pariter, locutione Salluſtiana.

*In Hiſpaniam ducerent.)* Non uidi magis. Caeteri auctores qui eandem hiſtoriam narrant, terram Saracenorum dicunt; quam conſtanter tamen hic auctor Hiſpaniam uocat: ut capite ſequenti, cap. XIV. in finem. cap. XXXVI. Vnde eo nomine (uel ei certe affini) cenſitam aliquam illic regionem credibile dixeris. De re ſiue hiſtoria uide Robertum monachum lib. IV. c. III. auctorem primum cap. XIII. Baldericum, lib. II. cap. XI. &c. qui, ut dixi, terram Saracenorum nuncupant. Nos tamen dubitare, ob frequentiam uocis, malumus quam temere aliquid mutare. Forte tamen *Saraceniam* ſcripſit; ob inuſitatum uſum, uoce corrupta. Hiſpaniae ſitum alioquin incognitum non habuit Agilaeus noſter, ut uidemus ex capite LXIV. infra.

*Hoſtes ingredi omnes per pontem.)* Regredi, in urbem reuerti dicit.

CAP. XIII.

*Obruituri lapidibus.)* Obruendi. Eſt ſolaeciſmus auctoris, non exſcriptoris.

*Cauſentur.)* iurgia nectant, & nos conuicientur. *Pudor* bis *ignominiam* notat. Notanda eſt diſtinctio inter Francos & prouinciales. Prouincialibus enim etiam ab aliis auctoribus in hac Pudor.

ex-

expeditione ſeparatim conuitia canuntur. V. rapaces notantur ab Alberto Aquenſi, lib. VIII, c.XI. Garrulitatis eosdem incuſat Guibertus abbas lib. II. cap. xix. &c. Qui autem hoc nomine in ea expeditione cenſiti fuerint, hinc diſci debet.

*Centum de hoſtibus.*) non ſua ſolius manu. Ita enim male acceperis.

CAP. XIV.

*Semper nitantur cingere ſuos.*) Turpis macula. Scribe - cingere hoſtes-

*Operae pretium eſt.*) hoc eſt laudabile admodum negotium.

*Accipiebantur.*) Emebantur - ſupra cap. XI. & notatur alibi.

*Patiebantur.*) coacti quidem, minime uolentes. Et ſane aliam uocem hic latere exiſtimem. Iſta enim, quocunque uertas, deſidiam aut ſtultitiam Heroibus infert.

Palea. *Palea*) pabula equorum. Notatum bis iam ſupra.

*Propter honorem.*) Vt acquireret potentiam, diuitias, gloriam. Quae omnes peſſum ibant, his rerum omnium urgentibus iniuriis & anguſtiis. Non enim praeferebatur caeteris princeps magnae iam famae, quod ambitione ſumma quaerebat.

*Ambitione princeps.*) Omnino ſcribendum- praeceps - ita mox: quorundam mentes ita caecae & praecipites erant, ut neque a luxuria neque a rapina reuocarentur.

CAP. XV.

Flagellare. *Flagellaret.*) affligeret. Vide de hac locutione ad Papinium

Luxuria. *Luxuria.*) Libidinis omne genus hac uoce indicatur. Ita Guibertus abbas. lib. II. cap. x. Albertus Aquenſis lib. VII. cap. IV. Fulcherius Carno-

hotenſis, cap. XLI. Saxo Grammaticus, lib. II. Hiſtor. Dan. cap. XXIII. plura ad Albertum.

*Naribus truncus & omni uirtute.*) pulcre dictum. Deſcriptionem ſceleſti hominis non ineptam ex Syriade nouitii poetae Petri Angelii Burgaei proponere memini ad Albertum

*Propulſarent.*) Id eſt continuo affligerent. Propulſare.

*Haec omnia.*) fames & paupertas militum per totum exercitum.

*Fraternitati conceſſa ſunt.*) In commune nimirum depoſita.

CAP. XVI.

*Turcopoli enim dicuntur.*) Vide Albertum Aquenſem, lib. V. cap. III. Erant autem leuis armaturae milites Gulielmus Tyrius lib. XXII. c. XVII.

*Perpetuum pudorem.*) Ignominiam ex proditione.

*Plus quam duo millia.*) Inſigne miraculum diuinum. Nec abnegem uerum. Miraculum.

*Vt quaſi pro ludo*) ut irent in praelium quaſi ad nuptiale feſtum. Vide notata ad Albertum Aquenſem. lib. VI. c. XLIII.

CAP. XVII.

*Bellum fieri.*) Pugnam committi. Bellum.

*Accingere poſſent.*) Scribe - ne more ſuo nos cingere poſſent. De eo Turcorum more ſupra traditum eſt, cap. XIV.

*Poſterioribus infarcirentur.*) Pulcra locutio. Denſatos ſic dicit infra. cap. XIX.

*Incluſa eſt.*) malim legere ex ſuperioribus incluſa eſt.

*Tanta pugna in caſtris fuit.*) mendoſum & hoc ſonat: ſcribe - in campis - tamen nihil mutandum, cum in caſtris relictos pedites etiam fortiter feciſſe dicat.

*Suſcepimus eo die.*) Apparet, auctorem in caſtris remanſiſſe, non praelio interfuiſſe.

*Cuſpidem in terra figebant.*) Ignominiae nota uexillum inuerſum.

CAP. XIIX.

Firmare. *Caſtrum firmaretur.*) Hoc eſt muniretur, & contra inſultus hoſtiles firmaretur.

*Nullo modo.*) Scribendum - ullo modo.

*Muros muniebat.*) Tam ex noſtra parte, quam hoſtium. Neque enim & Turci tranſire paludem ex urbe poterant, aut muros tranſcendere, ut chriſtianis nocerent.

Vallum. *Vallum, quod a monte deſcendens.*) Foſſatum intelligi puto, ut ſupra & alibi.

Laudare. *Laudabat populus*) Poſcebat uel aſſentiebatur.

Portitor. *Portitores.*) rectores, geſtatores. Vide I. Sauaronium ad Sidonium, Lib. VI. Epiſt. IV.

*Tantum patiebantur*) Quia nempe raro quid eiusmodi contingebat.

CAP. XIX.

*Collideremur.*) Belli uerbum. Horatius; Graecia barbariae lento colliſa duello.

Trudere. *Prius truderat*) In fugam coniecerat.

*Pro imperio procedere.*) Vt ſuo arbitrio, minime coacti.

*Deſcendendam.*) ad deſcendendum coacturam. Alluditur Gallicus uſus uerbi *deſcendre* tam enim aliquem ad deſcenſum promouere eo idiomate ſonat, quam per ſemetipſum deſcenſum conficere.

*Pacem habuiſſemus de Antiochia*) nulla amplius pugna opus habuiſſemus. Copias omnes Turcarum deletas fuiſſe, niſi portam Caſſinus aperuiſſet, autumat.

Spondales. *Spondalibus de ponte ſumtis.* Ligneum pontem fuiſſe comparet. *Spondales* dicit tabulas grauiores de ponte, quibus facile homo aut occidatus

tur aut mergatur. Exteriorem partem pontis dici puto; ut ſponda exterior eſt lecti pars, pluteus interior, interprete ex ueterioribus Papia.

*Aſcenſo gradu.*) uno gradu uenientibus altior conſiſtens. Vereor autem, ut integer ſit hic locus, & ne triginta iſtorum caedes ab auctore Gotofrido ſint adſcriptae.

CAP. XX.

*Proſequuntur.*) Id eſt perſequuntur, impetunt, exſecrantur. Proſequi.

*Comprehenſus.*) Vt equus eius ipſos extraheret.

*Suadere non potuerunt.*) Id eſt certum numerum interfectorum inire. De *ſuadendi* uerbo ſupra ſatis eſt ſcriptum. Vide etiam ad Manlium Claudiani noſtri. Suadere.

*Quidam de Turcis.*) Ibi terra a Turcis obruti. Nam de caeſis in iſto praelio loquitur.

*Ex his igitur eorum.*) Excidit uox una uel & altera.

*Et in flumine tractos.*) Lege in flumen *extractos* aut *detractos*.

*Tamquam de multitudine conualeſcentes.*) *Multitudo* eſt ſuperfluitas omnium in corpore humano humorum. De ea ante hos amplius ſeptuaginta annos librum ad Galeni intellectum ſcripſit Bartholemeus Euſtachius, quem cum Erotiani lexico Hippocrates Venetiis edidit, eum legere potes. Multitudo.

*Et licet multa*) Sententia cum uerbis corrupta. Scribe: *Nam praeteritae* aeſtatis graui ac diuturno morbo fatigatus; & adeo mollis per totam hyemem fuerat, ut nec ad militandum, nec ad largiendum promtus eſſe diceretur. Daret licet multa quia plura poſſe credebatur, nulla dediſſe uidebatur.

*Et terminato.*) praefixo, determinato. Sic cap. XLI. Terminata die pugna incipitur. Baldericus, eiusdem Hiſtoriae. lib. VII. cap. XII. Terminatus.

*Circinata ciuitate.*) Circumuecta. Circinatus.

*Recuperatae ſunt.*) Fuerant enim praeterita hieme a Turcis abactae.

*In itinere maris.*) cum ad mare per gentes Franci fugati ſunt a Saracenis, ut ſupra ab Agileo, & ab aliis item memoratum eſt.

*Dictioni.*) Ditioni. Ita tamen in Mſtis libris ſaepius, adiecta littera, hanc uocem ſcriptam offendimus, & monuimus alibi. Dictio.

## CAP. XXII.

*Dedit et comes.*) De hoc aliisque inter comitem Raimundum & Tancredum commerciis aliter alii ſcribunt; uero ſimilia ſunt, ſi ſola legas, omnia. Raimundus hic noſter comiti quidem addictiſſimus fuit, tam horrendo tamen ſacramento ueritatem ſuae narrationis conteſtatus eſt, ut fidem ei negare facile non poſſimus.

*Conſtrinxit.*) Coarctauit, redegit in arctum, fecitque puſillanimes.

*Per annos quatuordecim.*) Nota tempus obtentae a Turcis Antiochiæ. Et iam id facere meminimus animaduerſionibus ad Albertum Aquenſem.

*Domeſticorum.*) Vernarum, ſeruorum. Eo obtentu dicit, per uim circumciſos. Domeſticus

*Turcauerant.*) Circumciderant uolentes, & religionem ſuam profiteri coegerant. Ita interpretatur ſuam mentem ipſe Raimundus noſter, infra cap. LXI. Id hodie etiam eos facere notum eſt, ſi quis fana eorum temere inierit aut interdicta eorum ſuperſtitione Chriſtianis uerba pronunciauerit. Tales per uim ad apoſtaſi- Turcare.

ſtaſiam adacti, ad diſcrimen caeterorum, *Turcati* mox appellantur.

*Tumiditas ab exercitu defluxiſſet.*) Scribendum -- timiditas - docent ſequentia. Pulcra autem haec uerba ſunt, & ſemipoetica, nec facile meliora fieri poſſint.

Turcatus. *Quidam de Turcatis.*) Haec eſt uera cauſſa redditae Chriſtianis Antiochiae. Nimirum iugi Turcici pertaeſum Graecum hominem, peruim diræ illi ſectae inactum, reſiluiſſe, & ueritati, a teneris imbibitae, hac occaſione ſe rurſum applicuiſſe. Omnium ueriſſime puto iſtud negotium ab iſto ſcriptore narrari.

Collis. *Ad collem ciuitatis.*) Eminentem locum. Melius tamen *callem* legi arbiter.

*Fulcherius, frater Budelli.*) Primo huic Antiochiae exſenſori honorem ſuum merito ſeruat noſter Raimundus, tacentibus cæteris plerisque omnibus.

*Poſterulam quandam.*) Portam obſcuram, a commeantibus & uiis publicis remotam. Ita capite ſequente: Caſſianus egreſſus per poſterulam. Poſticum aliis. Horatius.

*Atria ſeruantem poſtico falle clientem.*

Pſeudothyrum in palatio, obſcurum talem egreſſum, uocat Ammianus lib. XIV. Cuius ſocrus, commiſceri ſibi generum flagrans, ut ferebatur, per palatii pſeudothyrum introducta, oblato pretioſo reginae monili, id aſſecuta eſt, ut Clematius occideretur.

*Non ceperunt aliquem.*) Id eſt omnes occiderunt.

*Dies albeſceret.*) Supra notatum ad Baldericum.

*Signa noſtra.*) Boamundi uexillum ſanguinei colo-

coloris. Albertus Aquenſis lib. IV. cap. XXIII. Rubicundum fuiſſe memorat Fulcherius Carnotenſis.

## CAP. XXIII.

*Decollatos.*) Qui colla fregerunt cum ſeſſoribus præcipitati.

*Crudele eſt.*) Homini nempe clerico, etiam narratio ſanguinis fuſi crudelis uidetur. At non ſic eius patronus, epiſcopus Podienſis, qui ingentem exercitum (ita uocat non unus auctor) ducens, ipſe mediis in hoſtibus magnas ſaepe caedes fecit.

*Credite quantum uultis, & aeſtimate ſupra.*) Apud animum ueſtrum computate, quantum credibile ſit in opulentiſſima & maxima urbe (tali quidem ut uix toto terrarum duae tresue eam ſuperauerint) tot annos altiſſima pace & totius orientis commerciis terra marique florentiſſima, reperiri pretioſarum rerum potuiſſe: Ego uero uobis ſpondeo, longe ampliora ueſtra cogitatione ſpolia ea fuiſſe.

*Retinuerunt caſtellum ſuum.*) Id eſt munierunt, & intra id copias contraxerunt.

*Audiendo ſaltatrices.*) Vide ingenuam hominis audaciam, qui haec ſcribere non metuat. Syri autem ab antiquo ſaltatores. Virgilius Copa.

*Copa Syrica caput Graia redimita mitella,*
*Criſpum ſub crotalo docta mouere latus &c.*

Virgilio non indignum putamus id elegidion, & ei palam adſcribit Priſcianus.

*Ciuitatis cuſtodia eſt.*) magiſtram arcem Antiochiae appellat Fulcherius Carnotenſis. Situm eius deſcriptum habes ſupra, cap. IX. &c. Caput ciuitatis, infra, cap. XXIV.

Bellum. *Bellum illico futurum.*) Praelium, pugnam.

Ordines. *Ordinibus factis.*) Turmis diſpoſitis. Has etenim ordines & ſupra appellauit. Diſpoſitionem uocat infra & ſic Rigordus in pugna Bouinenſi: In medio huius diſpoſitionis in prima fronte erat rex Philippus &c.

*Ab hoſtibus qui in caſtello erant.*) Hoc eſt; ne, ſi illi contra militiam aduenientem procederent, hoſtes ex magiſtra ciuitatis arce in urbem erumperent, & omnia inibi peſſumdarentur.

*Aſſequeretur.*) Id eſt *affectaretur.*

CAP. XXIV.

*Repulſam pugnandi.*) Videntes non poſſe Chriſtianos ad conflictum elicere.

Tarditas. *Tarditatem ſuam.*) puſillanimitatem, timorem.

*Rurſus diu uehementius pugnant.*) Scribendum puto-- rurſus utrique - Nam de Chriſtianis etiam hic locutum indicant ſequentia.

Intrudere. *Se intrudunt.*) Summa ui ingerunt.

*Per caſtellum.*) Caſtello ui facile exſuperato, ut putabant. Sed intelligi caſtellum magiſtrum docent ſequentia.

Suffocari. *Suffocati ſunt.*) Per tumultum occiſi.

*Ab itinere ſuo.*) Ne iter ipſorum in arcem impediretur.

Sopiri. *Noſtri ſopiebantur.*) Feſſi laboribus obdormiſcerent.

Decapitatio. *Decapitationem.*) Caedem quamcunque. Turci enim & Saraceni enſibus ad decapitationem aptis utentes, uno ictu facile tale quid conficiebant.

*Qui laſciuientes filios correxerat.*) Sic legendum. Intelligit autem id quod paullo ante dixit de laſciuia & epulationibus principum.

*Sicut*

*Sicut triſtis titubarem.*) Triſtitia talis daemonis autumatur uexatio. Ita ſaepius in libro qui Appuleio, aut Appuleio Celſo Botanicus adſcribitur, item in Vegetii libris de mulo medicina.

*Et ego iacebam.*) Somnolentus, aut omnino ſopitus.

*Concuſſio.*) Terrae motum dicit, de quo paullo ante. Concuſſio.

## CAP. XXV.

*Signare populum cruce.*) Antiquiſſimus mos militum Chriſtianorum, in fronte praeferre ſignum crucis. Vide quae alibi ad Tertullianum de corona militis, & in aduerſariorum commentariis dicta ſunt. Ineptiſſima autem uere Chriſtianis tota haec fabula eſt. Veri enim antiſtites neutiquam ad tales ſuperſtitiones adhortati milites fuiſſent, ſed ad orationes, & poenitentiam, & eleemoſynas.

*Ex quo genitus eſt.*) Homini militari & non nimis ingenioſo facile talia perſuaſa ſunt, ut nimirum ſe diligi a Deo prae caeteris opinaretur. Sic enim imaginatus eſt, ſibi pro ſingulari beneficio Dei, antequam in lucem prognaſceretur, hanc ipſi lanceam inueniendam eſſe deſtinatam.

*Praeter camiſiam.*) Camiſia interius ad cutem indumentum, ex uſu ipſo lineum. Subuculam uocant alii : Guibertus abbas, lib. cap. XLIX. ex noſtra diſtinctione. Hugo de Tiberiade, ſuo diffidens numero, conciſa camiſia, quam ſubuculam dicunt, haſtae pro uexillo appoſuit, itidemque ſocios facere iuſſit. Deſcribitur quaſi talis ſubucula a Petro Bleſenſe, ſermone XLI. Quem uir ſui aeui uere (cum Ioanne certe Saresburienſe & paucis aliis) doctiſſimus in ſynodo habuit: *Aſtrinxiſti*, inquit, *fauces tuas amictu cir-* Camiſia.

*cumiecto, cuius initias circumductae ante pectus molliter ligaſti, indutus camiſia quadam linea quae communi nomine dicitur alba, quam propter ſui confuſionem circa renes fortiter aſtrinxiſti, cuius manicae adeo ſunt ſtrictae, & manibus aptatae, ut rugam ibi non habeant.* Fuiſſe uirile potius quam muliebre ueſtimentum, apparet ex Palladii Lauſiaca hiſtoria capite de Magiſtriano quodam Καὶ δίδωσι αὐτῷ πέντε νομίσματα, καὶ λέγει αὐτῷ· Συγχώρησόν μοι μεῖναι ταύτην τὴν νύκτα, μετὰ ταύτης τῆς κόρης. Εἰσελθὼν οὖν μετ' αὐτῆς εἰς τὸν ἀπόκρυφον οἶκον, λέγει αὐτῇ Ἀνάστα, σῶσον σεαυτὴν καὶ ἐκδύσας αὐτῇ τὰ ἱμάτια, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐσθῆτι μεταμφιάσας αὐτὴν τοῖς τε καμισίας, καὶ τῇ χλαμίδι καὶ τοῖς ἀνδρείαις πᾶσιν. Λέγει αὐτῇ &c. Eam Hiſtoriolam recte ſingulari capiti aſſerit Graeca Ioannis Meurſii editio; perperam alteri connectit latina translatio Gentiani Herueti interpretis non nimis accurati ad omnia. *Linteam ſindonem*, talem ſubuculam cape, apud Anſonium in Ephemeride.

*Puer, eia, ſurge, & calceos*
*Et linteam da ſindonem.*

Origo uocis deducta a *cama*, qua ſua aetate lectum breuem appellatum ſcribit Iſidorus, & ex eo repetit Venericus ſiue Waltramus, doctiſſimus ſcriptor apologiae Henrici quarti imperatoris, quem librum edidit primus ex Fuldenſi libraria Vlricus Huttenus; Cama autem Hiſpanis nunc etiam lectum ſonat. Supparus. *Supparum* dictam camiſiam puellarem notat ex Feſto Paullus Longobardus: *Supparus* ueſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt *camiſia*, dicitur. Afranius.

*Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.*

Quo

Quo loco adiecta interrogandi nota ſcribendum arbitror. - - Puella non ſim, Suppparo *ſi indutæ ſum?* In eo enim lepos dicti eſt, ut per ueſtem ſe puellam eſſe, uelit per riſum probare. Eſt autem *camiſia* ueſtis intima, cuti nude inducta, poſteriore aeuo etiam foeminarum uſui. Caeſarius Heiſterbachenſis lib. II. Mirac. cap. XI. Illa confuſionem aeternam corporali anteponens, mox exiuit, ueſtas poſuit, in camiſia rediit, & quam paratisſima foret ad omnem obedientiam ſatis oſtendit. Barbaram uocem eſſe, ſcribit Scaliger ad Feſtum. Paullo intruſam obiiciens, eam tamen, uti communem ſuo aeuo, utitur Hieronymus in epiſtolis. Etiam Benedictini monachi talibus ſecundum regulam ſuam induebantur. Licebatque ſingulis binas habere, ut altera eluta, uſui eſſet altera, uti uides apud modo nominatum apologiae auctorem, ſiue is Waltramus ſiue Venericus fuerit. Item canonici ſancti uictoris, docente Iacobo Vitriacio lib. 2. cap. XXIV. Nigris cappis, & tunicis albis laneis induti, pellibus agninis, & lineis utuntur camiſiis. Earundem, non ut barbararum, ſed principibus etiam uiris uſitatarum, mentio eſt etiam apud Victorem Vticenſem. lib. I. Pers. Vendal. *Proculus*, inquit, *ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de palliis altaris, pro nefas, camiſias ſibi & femoralia faciebat.* Et haec hactenus hoc loco.

*Baſumariam.*) *Mahomariam* ſcribendum, ut ſupra dictum.

*Arenaria*) Agro aut planicie auena conſito. Arenaria.

*Diſpoſitionem.*) Vltimam uoluntatem, teſtamentum dicit. Diſpoſitio.

*Famelicum me eſſe.*) Scribe - ne famelicum eſſe - &c. De-

*cumiecto, cuius initias circumductas ante pectus molliter ligaſti, indutus camiſia quadam linea quae communi nomine dicitur alba, quam propter ſui confuſionem circa renes fortiter aſtrinxiſti, cuius manicae adeo ſunt ſtrictae, & manibus aptatae, ut rugam ibi non habeant.* Fuiſſe uirile potius quam muliebre ueſtimentum, apparet ex Palladii Lauſiaca hiſtoria capite de Magiſtriano quodam Καὶ δίδωσι αὐτῷ πέντε νομίσματα, καὶ λέγει αὐτῷ Συγχώρησόν μοι μεῖναι ταύτην τὴν νύκτα, μετὰ ταύτης τῆς κόρης. Εἰσελθὼν οὖν μετ' αὐτῆς εἰς τὸν ἀπόκρυφον οἶκον, λέγει αὐτῇ Ανάστα, σῶσον σεαυτὴν καὶ ἐκδύσας αὐτῇ τὰ ἱμάτια, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐσθῆτι μεταμφιάσας αὐτὴν τοῖς τε καμισίαις, καὶ τῇ χλαμίδι καὶ τοῖς ἀνδρείαις πᾶσιν. λέγει αὐτῇ &c. Eam Hiſtoriolam recte ſingulari capiti aſſerit Graeca Ioannis Meurſii editio; perperam alteri connectit latina translatio Gentiani Herueti interpretis non nimis accurati ad omnia. *Linteam ſindonem*, talem ſubuculam capе, apud Anſonium in Ephemeride.

*Puer, eia, ſurge, & calceos*
*Et linteam da ſindonem.*

Origo uocis deducta a *cama*, qua ſua aetate lectum breuem appellatum ſcribit Iſidorus, & ex eo repetit Venericus ſiue Waltramus, doctiſſimus ſcriptor apologiae Henrici quarti imperatoris, quem librum edidit primus ex Fuldenſi libraria Vlricus Huttenus; Cama autem Hiſpanis nunc etiam lectum ſonat. Supparus. *Supparum* dictam camiſiam puellarem notat ex Feſto Paullus Longobardus: *Supparus* ueſtimentum puellarum lineum, quod & ſubucula, id eſt *camiſia*, dicitur. Afranius.

*Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.*

Quo

Quo loco adiecta interrogandi nota ſcribendum arbitror. - - Puella non ſim, Ѕupparo *ſi induta ſum?* In eo enim lepos dicti eſt, ut per ueſtem ſe puellam eſſe, uelit per riſum probare. Eſt autem *camiſia* ueſtis intima, cuti nude inducta, poſteriore aeuo etiam foeminarum uſui. Caeſarius Heiſterbachenſis lib. II. Mirac. cap. XI. Illa confuſionem aeternam corporali anteponens, mox exiuit, ueſtas poſuit, in camiſia rediit, & quam paratisſima foret ad omnem obedientiam ſatis oſtendit. Barbaram uocem eſſe, ſcribit Scaliger ad Feſtum. Paullo intruſam obiiciens, eam tamen, uti communem ſuo aeuo, utitur Hieronymus in epiſtolis. Etiam Benedictini monachi talibus ſecundum regulam ſuam induebantur. Licebatque ſingulis binas habere, ut altera eluta, uſui eſſet altera, uti uides apud modo nominatum apologiae auctorem, ſiue is Waltramus ſiue Venericus fuerit. Item canonici ſancti uictoris, docente Iacobo Vitriacio lib. 2. cap. XXIV. Nigris cappis, & tunicis albis laneis induti, pellibus agninis, & lineis utuntur camiſiis. Earundem, non ut barbararum, ſed principibus etiam uiris uſitatarum, mentio eſt etiam apud Victorem Vticenſem. lib. I. Pers. Vendal. *Proculus*, inquit, *ipſe rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de palliis altaris, pro nefas, camiſias ſibi & femoralia faciebat.* Et haec hactenus hoc loco.

*Baſumariam.*) *Mahomariam* ſcribendum, ut ſupra dictum.

*Arenaria*) Agro aut planicie auena conſito. Arenaria.

*Diſpoſitionem.*) Vltimam uoluntatem, teſtamentum dicit. Diſpoſitio.

*Famelicum me eſſe.*) Scribe - ne famelicum eſſe — &c.

De-

Defluente tempore. *Defluente tempore.*) Senſim interlabente; Virgilius - nos fluendo ducimus horas - -

Bracae. *Bracis lineis indutus*) Femoralibus ſupra camiſiam, ut modo in Victoris Vticenſis uerbis uidimus. *Braceae*, notiſſimum indumentum ab antiquo Gallicum, de quo pridem iam alii ſcripſerunt. Graecis Βράκια, ut apud Heſychium in Ἀναξυρίδες. Ἀναξυρίδες, φημινάλια, βρακία, βαρβαρικά, ἔνδυμα ποδῶν &c. Quae uox addenda eſt Lexicis Graecobarbaris uirorum doctiſſimorum, ab iis praeterita. Ineptiſſimum autem & pene blaſphemum ſanctiſſimorum apoſtolorum animabus, tot iam ſecula diuina requie receptis talium curam ullo modo adſcribere.

*Epiſcopus autem nihil eſſe praeter verba.*) uides ingenioſisſimum hominem. Vtique enim totam rem nouerat, uel & ipſe commentus fuerat hic praeſul. De tota hac aliiſque ſimilibus fictionibus, ex bona mente profectis, longo ſermone alibi diſſertauimus.

*Capellano Raimundo.*) Erat is hic ipſe ſcriptor. Vt iam ex pluribus ipſius locis in prolegomenis ſuis notauit optimus & doctiſſimus Bongarſius.

## CAP. XXVI.

Venia. *Sumta uenia.*) Sacroſanctam euchariſtiam dicit. *Veniae* etiam ceremoniae uſibus receptae dicuntur, Caeſarius Heiſterbachenſis lib. VII. cap. XXXIX. Plus delectabatur in ſanctis meditationibus, quam in genuflexionibus, per quas ſpiritus contemplantis impeditur. Non multas, ut dixi, in oratione uenias petiuit, ſed ſtans, uel ſupra genua iacens, erecto uultu coelos reſpicere conſueuit. Vid. lib. CLVI. aduerſ. cap. XI.

*Veniam*, remiſſionem peccatorum, & iunctam

iunctam, de more, poenitentiam, hic cape. *Veniam* etiam reconciliationem cum omnibus quos offenderat dicere poteſt. Ea enim neceſſaria erat reconciliaturis ſibi Deum. Vide infra cap. LXX.

*Magis epiſcopo credunt.*) In genere omnes epiſcopi Podienſis conſiliis utuntur & acquieſcunt, in armis & re bellica ſuum quisque pro ſe princeps exercitum ducit.

CAP. XXVII.

*Super crucem iurauit.*) More uſitato tum, aque praeſulibus eccleſiaſticis confirmato. Exempla notiſſima ſunt, & alibi commentariorum etiam nobis adnotata.

*Praecipitare ſe de altitudine turris.*) de indiſcretis huiusmodi auſibus pulcra ſunt, quae docet Ioannes Chriſtianus, optimus morum Chriſtianorum magiſter.

*Pauci ſteterunt in fide.*) Conſidera neceſſitatem huius figmenti.

*Portas recluſiſſent.*) Id eſt occluſiſſent ſumma cum diligentia. Vſus ſic iam antea eſt hoc uerbo noſter Agileus cap. XXIII. Sic *recluſus* in monte Oliueti, ita ibi occluſus, ut tota ſua uita inde prodire non poſſet aut uellet. Infra cap. LXVI.

*Wilhelmus de Granduna.*) de Grantemaiſnil. Frater eius uocabatur Albericus. Vide auctorem primum cap. XXIII. & ex eo alios.

*Die autem alia.*) Id eſt ſubſequente die. Craſtinam ſolent nuncupare.

CAP. XXVIII.

*Conſtituit eum uexilliferum.*) Magnus hic omnino honos fuit homini religioſiſſimo, ut tunc ferebant tempora. Vexillifer.

In

*In octauis.*) Die octauo, eiuſdem nempe tituli, redeunte.

*Luſtra ſex quae iam peracta.*) Vtrumque comma trochaicum eſt ex libro ſecundo carminum Venantii Fortunati, carmine pariter ſecundo, petitum. Vnde eo iam tempore auctoritatem eius, nobis admodum dilecti, Vatis, perſpicimus. Alia eiuſdem encomia, uulgo nondum praenotata, eruimus & oſtendimus aduerſarior. lib. CXXIV. & lib. CXLVIII. Quibus iſtud etiam addendum.

*In ipſa hora ita ignorauit.*) figmentum amouendae ſuſpicioni mendacii. Nec tamen perculſioni diuinae nihil id circo tribuimus.

Recuperare *Recuperare.*) In notitiam & memoriam redigere.

## CAP. XXIX.

Pallium. *Palliis.*) Omni genere pretioſorum ueſtimentorum ſcilicet. Pallia enim omnia tegumenta intelligunt. Vt exempla ubique occurrunt.

*Conſcientiae militum.*) Intra pectora ſua omnes erant timore pleni; & ſupra iam dixit, paucos non fugae imminuiſſe cap. XXVII.

Solidatus. *Duas ſolidatas.*) Duorum ſolidorum pretium intelligit.

*Sanguine equorum uiuebant.*) Inſtar Scytharum Hippomulgorum.

*Imminebant.*) Id eſt praeſto erant, aderant, inerant.

Exhorreſcere. *Noſtros exhorruerunt.*) Horrore affecerunt, terruerunt.

Periculum. Periclitari. *Per pericula certantes*) mortem dicit *periculum*, ut ſaepius Albertus Aquenſis *periclitari* pro *perire*, uſurpat. Lib. VII. cap. V. Lib. VIII. cap. VIII. Lib. XI. cap. XLI. Vt iam ad eum adnotatum eſt.

*Poſt*

*Poſt bellum.*) Poſt pugnam, ſi eam ineundam arbitrarentur principes.

*Pro dictatore.*) Summo conſiliario & praeceptore. Dictum iam ad alios auctores. Vide auctorem primum cap. XXVII. & ab eo caeteros, eius aſſeclas. Dictator.

*Expugnate.*) Inpetite, inuolate eos &c. Expugnare.

*Quoniam totidem.*) Niſi dictis paruerint, ab altero latere dicit alterum tantum exercitum hoſtilem ſuperuenturum, neque famem ceſſaturam, niſi inuicem ſeſe ipſi comederint.

## CAP. XXX.

*Confortauit*) Scribe -- confortauerit.

*Supplicare ſibi coegit.*) Venerari ipſum more Turcico. Ita loquitur infra cap. xxxv. Non tamen puto ab aliis narrari uiolentiam hanc Corboranni barbaricam. Gulielmus etiam Tyrius, uerbis alioquin non parcens, ſpreta maieſtate tanti principis, nullam illi reuerentiam Petrum dicit exhibuiſſe, tamen minime tyrannicis uerbis exceptum, dimiſſumque eſſe &c. Lib. VI. cap XV. Nec Albertus tale quid commemorat. Lib. IV. cap. XLV. late omnem hiſtoriam rei geſtae recenſens.

*Murum calceum.*) Ingentibus petris calce compactis. Hoc enim docent ſequentia.

*Multis petrariis.*) Machinis caſtri muro ſuperpoſitis. Quia uero talia tormenta firma baſi opus habebant, facile concluditur, quod de muro modo diximus. Petrariae.

*Se Deo dederunt.*) Germaniſmus & Galliciſmus. Deo ſe dare.

*Pedites praeirent militibus.*) Ita ſolebant certo pugnam inituri. Rigardus Gothus in illa celeberrima pugna Bouinenſi, inter Philippum Auguſtum

guſtum regem Franciae, & Othonem Saxonem quartum imperatorem & ſocios: *Electus*, inquit, *properauit ad regem, & dixit ei, quod hoſtes ueniebant diſpoſiti & ad bellum parati. Et dixit ei, quod uiderat equos militum coopertos, & ſatellites pedites praecedentes, quod erat euidentisſimum futurae pugnae ſignum.* Tamen non de ſatellitibus, ſed de tota acie peditum capienda ſunt uerba Raimundi noſtri. *Gens* militiam notat, exercitum, ut ſaepius iam alibi adnotatum eſt.

Gens.

## CAP. XXXI.

*Cuius quippe.*) Mendoſa uox. Scribe huius & erunt plana omnia.

*Equos emittere, excutere arma.*) Alluduntur uerba Virgilii de Turno. Lib. VIII.

*Vtque acres concuſſit equos, utque impulit arma.*

Scachi.

*Infra tentorium ſuum Scachis ludebat.*) Ludum Perſicum aut earum ad orientem gentium eſſe Scachos, iam aliis obſeruatum. Idem in eadem re tradit Fulcherius, cap. XX. *Amirdalis cum ſigna procerum noſtrorum uidiſſet, ſtatim Corbagatho Ammirato maiori intimauit. Quid ſcaccis ludis, en Franci ueniunt.* Quem ſcriptorem, adhibito etiam primo, Agilaeo componens, plurima tribus communia inuenies.

Spacioſus.

*Spacioſi.*) Laxis ordinibus, extendentes de induſtria manipulos, & pedetentim incedentes, quaſi modo proceſſionando circumire eccleſias, dicit Robertus monachus. lib. VII. cap. V. Vnde proceſſionaliter incedere, neſcio quis alius dixit.

Proceſſionaliter incedere.

Sagittare.

*Hoſtes nobis incurrere uolebant & ſagittabant*) Scribendum

Scribendum puto-nolebant,ſed ſagittabant; uim nimirum Francorum cominus metuentes,

## CAP. XXXII.

*Facto gyro.*) Id eſt retrorſum uerſi.

*Ordinibus.*) Turmis militaribus, ordine Antiochiam egreſſis. Sic ſupra, cap. XXIII.

*Teſtificaretur.*) confirmaret euidenti hoc teſtimonio.

*Accingere.*) Id eſt incingere, circumcingere. Accingere.

*Apparuerunt quinque aliae acies.*) De miraculo hoc ſupra aliquid dictum eſt.

*Imbrem diuinum.*) Hoc uere contigiſſe memorant alii etiam. Baldericus lib. III. cap. XVII. *Nec illud ſilentio ſupprimendum arbitror &c.* Potius enim quae ad hiſtoriam pertinent, in auctoribus legi uolo, quam noſtras notas iis onerare. De mirifico Dei & euidenti auxilio in conflictu hoc tam prorſus imparis militiae, dubium non eſt, & tot ſcriptorum conſenſus certum eſt ueritatis documentum.

*In praelium paſcendo deduxerant.*) praebito in itinere pabulo. Foenum enim copioſum praeſto fuiſſe modo ſcripſit. Mihi tamen ſuſpecta eſt iſta lectio.

## CAP. XXXIII.

*Currentiſſimos.*) Velociſſimos. Vt nunc etiam ſunt Turcici equi. *Currax* uerbum eſt Gratianum, qui *laqueos curraces* perhibet. Currentiſſimus.

*Atrox atque timidum bellum.*) Altera uox ſuſpecta eſt. Quid enim timidum bellum? An *horrendum?* Tamen aliam uocem latere autumo. Bellum timidum.

*Concipiens dolorem.*) Morbum inuidiae & ambitionis intellige. Loquitur autem pro parte comitis Tholoſani, Boamundo aduerſarii.

Requirere. *Requirere coepit.*) Sibi uindicare, poſcere in ſuam ditionem

*Cauſſis concertarent.*) Lites dicit & diſceptationes.

*Eo modus iniuriae.*) Scribendum eo motus-Potentia commouit homines ad inferendas humilioribus iniurias. Factum fuiſſe dicit id quod Varronis uerſus canit.

*Qui pote plus urget; ut piſces ſaepe minutos*
*Magnus comeſt: Vt aues enecat accipiter.*

*Nec tueri eos.*) ſcilicet qui ui opprimebantur.

*Remiſſi.*) Animum remittentes in otium, torporemque: Inde ad petulantiam & licentiam iniurias aliis inferendi.

*Eremitteret.*) contra eos e munimentis ſuis pugnaret.

## CAP. XXXIV.

*Curauiſſemus.*) More ſuo & ſociorum ſtrenue ſolaeciſſat in temporibus, uti Grammatici uocant, uerborum abutendis. Sunt auctoris ſphalmata non librariorum.

Pulueri tradere. *Pulueri traditum eſt.*) Sepultum, & in terram depoſitum. Crebro ſic loquuntur in rebus ſepulcralibus omne genus ſcriptores. Pudet autem fere legere ſequentia, adeo blaſpheme de ſalute animae in rebus friuolis uerſante, loqui audent.

*Vsque ad mortem eſuriens.*) Impie & inſcitiſſime, de eſuritione & morte in inferno. Forte tamen ſcripſit - cum usque ad mortem exurerer. Supra enim de combuſtione capitis locutus eſt.

*Beata uirgo Maria.*) Praeſes epiſcopalis eccleſiae Podienſis.

Supplicare. *Supplicauit ei.*) Hoc eſt prono corpore ei gratias egit. O ſtultitia! ô impietas! Ita autem locutus

cutus eſt & ſupra cap. XXX. Corbaras dux Turcorum Petrum eremitam, inclinare nolentem, ſupplicare ſibi coegit.

CAP. XXXV.

*Eſt auerſa ab eo.*) Scribendum - ea eſt auerſa ab eo.

*Plagauit.*) Vulnerauit. Dictum eſt ſupra. Plagare.

*Vt ſapias.*) Scias. Abuſu plurimorum hoc genus auctorum infra, cap. LVII. Sapere.

*Poteſtatem ſuam.*) ui, non iure. Dictum itidem alibi. Stilus huius paginae apud Agileum noſtrum affectat ſimilis eſſe ſcriptori, qui Hermae uiſiones Latio dedit.

*Concordaueritis.*) Concordes uixeritis. Concordare.

*Comes cum filiis Dei.*) Ita blandiendo comiti, facile homini, plus bellicoſo quam litterato aut ſapienti, perſuaſerunt quae uoluerunt aſtutiſſimi, bona tamen mentis intentione, mortalium.

CAP. XXXVI.

*Nihil fuit.*) Non conuenerunt eo principes, Figmenti inſcitiam perſpicientes. Et ſane qui craſſum hoc non perſpexerunt, fuerunt iuxta Aeſchylum,

τυφλοίτατ' ὦτα· τόν τε νοῦν, τάτ' ὄμματα.

*Quoddam caſtrum.*) Ab aliis Turcis poſſeſſum & defenſum.

*Reciperet.*) Suſciperet ut dominus. Recipere.

*Pro cauſſa pauperum.*) Magnum eleemoſynarium hunc ſuum comitem facit iſte clericus. Nec mirum, rem enim ſuam ſic agebat.

*Reclamabant.*) Inclamabant, obteſtabantur. Reclamare.

*Crucem praetenderent.*) Adeo nempe iam erant chriſtiani.

*Cum grandi diſpendio.*) Ingratitudinis & iniuſtitiae ducem Gothofredum inſimulat quam ue-

re, ipſe ſecundum iuramentum ſuum uiderit. Nos nihil tale credimus.

*Raimundus.*) Seipſum dicit.

*Epiſcopus Atenſis ait.*) Puto ſcribendum - epiſcopo Atenſi ait. - - De Simone enim capellano iſta loquente, non de epiſcopo ipſo, ſermonem eſſe puto.

*Gratiam animo accepi.*) Qualem operari ſolent praeſentia Numina, etiam gentilium poetarum confeſſione. Vnde Maro - laetos oculis afflaret honores. Et ita non uno loco etiam Graeci, Homerus, &c.

*Pater.*) Chriſtum dominum & Deum ipſum dicit; quem patris nomine etiam ſuperius honeſtauit. Et ita infra, cap. LI.

## CAP. XXXVII.

Se excuſare. *Se excuſaret.*) negaret ſibi ſe eius conſcium eſſe. Galliciſmus. Sic cap. V. Bamundus ſe adiutorem imperatoris pollicetur, ſi quicquam comes contra ipſum moliretur, uel ſi hominium & iuramenta diutius excuſaret. Id eſt negaret lenibus uerbis.

Sublatus. *Sublati ſunt.*) In altum euolarunt, ut de angelis & aliis talibus loquitur ſcriptura.

*Capellanis & principibus ſuis.*) Vides quid quaeſierit tot & tantis figmentis chorus clericorum: nimirum primum locum inter conſiliarios huius ſuperſtitioſi principis. Capellani enim palam hic ipſis eius generoſis proceribus praeponuntur.

*Epiſcopum Romanum.*) Pontificem Romanum recognoſcentem, ut loquuntur. Hoc nempe agebatur, & ſic dimidiam ditionis eius partem epiſcopo nouo comes ſubiecit. Relligionem Orientis ubique multum a Romanis canonibus diſſen-

Google

diſſenſiſſe, opus non eſt doceri. Cum exſtent horumdem temporum ſcriptores Graeci & Latini, hos oppugnantes, & iurisdictionem occidentalis epiſcopi detrectantes.

*Vltra Antiochiam.*) uerſus Palaeſtinam. Sed *Antiochiam* hic territorium Antiochenſe uniuerſum intelligit; ut ita ſatis amplum faciat territorium noui praeſulis ſui.

CAP. XXXVIII.

*Cum electo ſuo.*) Ita uocat epiſcopum illum recentem, quia a pontifice Romano confirmatus & conſecratus nondum erat. Sic ſaepe tales uocantur a Rigordo, Gulielmo Britone, Gulielmo Tyrio, Gulielmo Neubrigenſe, Gulielmo Gemeticenſe &c. Electus.

*Mortem magis pugnando.*) Compone his quae ſupra ſcripta ſunt, cap. XXXI. Occidi iſti poſſunt, uerti in fugam non poſſunt &c.

*Numerum XII. apoſtolorum.*) uides omni occaſione omnia ad ſuperſtitionem huiusmodi detorqueri. Saepe tamen neceſſaria fuerunt talia argumenta, nec mala ſemper intentione, etſi plerumque argenti amor ſublateat, formata. De qua re multis alibi, & ſingulari prope libro, diſſertatum memini. Vide quae his diebus in aduerſariis ad Bonifacii epiſtolas monita ſunt.

*Vsque ad triginta occideret.*) Sexaginta Turcos caeſos eo tam impari conflictu dicit, ut unus miles, ſupputatione facta, quin chriſtianus quinque Turcos equites occiderit. Sciendum autem ſatellites ſiue pedites, qui equitibus ſeu militibus raro non maiore numero adfuerunt, non adnumerari militibus in talibus caſibus. Qua de re memini pluribus ſcribere ad Gulielmum Britonem, ad quem commentarium, ut

multa aliorum ſcriptorum parium illuſtrantem, ſaepe & iure optimo lectorem remitto.

*Spineam coronam.*) Qua dominus coronatus fuit, ut ferebant. Fuiſſe eam dicebant factam ex *ſpina alba*, quae herba ſalutaris dicebatur. Marcellus Empiricus, cap. XXIII. Herba ſalutaris, id eſt ſpina alba, qua Chriſtus coronatus eſt, quae quaſi uuam habet, lienem leniter, in eodem loco perfricata, ſanabit. Modo ea uerba non ſint a Gloſſatore quodam (ut loquimur) aucta. De quo tamen nihil definiam, cum conſtet ex aliis locis, etſi de pagana ſuperſtitione plurima exſcribat & ſuo libro inferciat is Marcellus, Chriſtianum tamen hominem fuiſſe.

Herba ſalutaris.

## CAP. XXXIX.

Leuiter habere.

*Leuiter habebant.*) Non magnopere eius dominium curabant; neque ſuam rem quaerebant in ea diſputatione, maioribus ut putabant, rebus gerendis acquirendisque intenti. Sic *uile habere*, infra cap. LXV.

Laudare alicui.

*Laudare ei.*) Conſentire. Notatum eſt ſupra.

He ho.

*He ho.*) Eho, barbarice pronuntiatum. Et ſic infra cap. XLIII. Heho, & propter Antiochiam lites, & propter Marram lites, & in omni loco certamina.

Pax diſcors.

*Diſcordem pacem.*) Minime ueram aut ex animo profectam.

*Cruces iniuriis afficiebant.*) Diximus de his contumeliis ad Albertum Aquenſem.

Timide timere.

*Timide timebamus*) Hebraiſmus eſt. Nec mutanda ſcriptura.

*Et quoaequaretur.*) Scribe -- ſolo aequaretur. De completione ualli ſiue foſſati, de qua mox, eadem haec intelligas, & ſcribas -- & coaequaretur.

CAP.

## CAP. XL.

*Hac in aetate & habitu)* Scribendum puto. -- hoc in ſtatu & habitu. Non enim de aetate mutata dixit, neque omnino tale quid dicere conueniebat.

*Nattam ſuper quam ceciderat, humefecit.)* Memini uidere homines doctos qui *mappam* ſiue *nappam* more hodierno gallico emendandum arbitrarentur. Sed mutatione nulla prorſus opus habemus. Νάκη enim, *nala*, ſiue & *nata* eſt pellis ouina. Vide quae de hac uoce notauit optimus doctiſſimusque quondam homo Elias Vinetus, Notis ad Perſium, nuperrimae Pariſienſium editionis, pag. LXXXIV. Abſoluit ſcripturam & ſignificationem huius uocis eius clara iteratio penes Agilaeum noſtrum. Conſentit illa quorumdam huius uocis expoſitio penes Feſtum qui dixerunt omnia ex lana opera *Nacas* olim dicta. Et mendoſus ſit Papias Gloſſarum ueterum coacernator, in quo legitur -- *Naca, cancer.* - De Pelle Graecum Heſychius: Νάκεσι δέρμασι προβάτων, τάπησι, κωδίοις, ϗ νάκη ὁμοίως. Νάκος, κώδιον, αἰγεῖον δέρμα μετα τριχῶν &c. Etymologici magni auctor. Νάκα τὸ αἰγεῖον δέρμα· κωδία, ϗ κώδιον, τὰ προβάτων. Item Suidas, & Pollux lib. VII. cap. XIV. In Papia uox excidiſſe uidetur, & ſcriptum magiſtro - Nacae, caprina bellis. Vel ſi quis quid propius litteris comminiſcetur.

*Timore famis.)* Hoc eſt omnes fame perire metuunt.

*Totius miſeriae.)* omnium miſeriarum. Sic loquitur infra cap. XLVI. Harum enim quaedam in unam omnium redactio eſt fames. Vide comment. ad Auguſtini ciuitatem diuinam.

*Qui in coelo eramus omnes audiremus.*) Stulta locutio. Sed ad captum militarem aptata.

*Montes uel antra tueri.*) Locutiones Pſalmis debitae.

Oppreſſor. *Oppreſſoris.*) qui ui pauperem ſpoliat, *oppreſſor* audit in ſacris litteris.

## CAP. XLI.

*Pro ſolo nomine ſuo.*) Non ſecundum ipſorum merita. Ex modo poſitis uerbis.

Tenere. *Tenuit haec pugna.*) Continuata eſt.

Sperare. *Ob hoc itaque ſperantes.*) Exſpectantes. Oratio ab auctore ſolaeca eſt. Et ſic ſaepius offenſa eſt ſupra; ſequiturque talis fine cap. XLII. cap. XLIII. cap. XLVIII. cap. LXXIIX.

*Sui deſpectum.*) Vitae ſuae contemtum.

Afficere. *Donec ad mortem afficiebant.*) Vocis *donec* uſus barbarus eſt. *Afficiebant* eſt *torquebant*, puniebant, occidebant. Vide aduerſarior. lib. III. cap. XIX.

## CAP. XLII.

*Nec ipſe nec qui cum eo erant pugnae profuerunt.*) Non hoc dicit Agilaeus, quod iſta lectio infert, cum utique, niſi Boamundi militia ſuperueniſſet, neutiquam urbs eſſet ſubacta; ſed ſententia eſt, etſi plurima loca ciuitatis & munimenta Boamundus occupaſſet, parum tamen lucri ad eum perueniſſe militibus nimirum comitis meliorem inde partem praecipientibus. Itaque ſcribendum hoc loco. Nec ipſi, nec (iis) qui cum ero erant, pugnae profuerunt. Mendoſa etiam hoc modo erunt ſequentia, & legendum. Et cum nondum plurima haberent ſpolia &c. Si ita non leges, uidebis auctorem, quod minime alioquin facere conſueuit, ſibi ipſi contradicere.

Tamen

*Tamen inter ipſos.*) Scribendum -- Tamdem. --- Ad extremum, inquit, inter ipſos principes, licet admodum nuper reconciliatos, recruduerunt diſſidia.

*Obclamare.*) Quo die ille reuerteretur Antiochiam.

CAP. XLIII.

*Prout erant.*) Secundum dignitatem & auctoritatem eorum.

*Ne perdat eam.*) Ne ui aut dolis aliorum ipſi eripiatur.

*Quidam famelicus.*) Euidentia diuinae aſſiſtentiae argumenta, ſi uere ſic iſta contigerunt. Quomodo autem in ore omnium geſta, & publicae omnium lectioni edita, fingi potuerint tanta prodigia, niſi tot millia hominum oculo mentibusque omnino caruerint, nequaquam diſpicio.

*Cauſſando.*) argumentando. Notatum enarratumque uerbum alibi. Cauſſari.

*Corpora Saracenorum iam faetentium.*) Minore faeditate Fulcherius de uno aliquo Saraceno, cap. XXII. At cum noſtro Albertus Aquenſis lib. V. cap. XXIX. Gulielmus Tyrius, lib. VII. cap. XI. Guibertus abbas. lib. VI. cap. XIIX.

CAP. XLIV.

*Diruerent, praecepit.*) prudenter diſſimulaſſe iram ſcribit Gulielmus Tyrius.

*Hiſpaniae.*) Montis Libani confinia dici diſcas ex Alberto Aquenſi, & aliis.

*Priuatis.*) amicis & conſiliariis interioribus. Priuatus.
Notatum ſupra.

*Nimiam leuitatem.*) Quod res euentum non habituras, ſuſciperet. De uoce *leuitatis* pluri- Leuitas.
mis non uno loco ad Gulielmum Britonem.

*Prouentu rerum & crucis.*) Crucis ſignum habet pro Dei certo fauore, quod corporibus pauperum diuinitus impreſſum apparuerit.

Dimittere. *Dimiſerunt.*) dederunt & depoſuerunt in cuſtodiam.

CAP. XLV.

*Dicentes ſe allaturi.*) Allaturos nimirum. Et ſic caetera. Eſt ſolaeciſmus auctoris.

*Hoſpitio illo.*) Quemuis locum pernoctationis ita dici, diximus ad Albertum Aquenſem.

*Obuiam nobis uenirent.*) Offerentes dona, & ſupplicantes. Quod utrumque ipſi fecerant.

*Regi cognita fuiſſent.*) Fraudes nimirum ſuas a Francis reſcitas.

*Plenitudinem.*) Rerum omnium abundantiam.

Equi Farii. *Equos Farios ibi mercarentur.*) Aegyptios puto intelligi caeteris gratiores atque utiliores. Infra, cap L. Caeperunt oſtendere illi de parte comitis equos Farios, & diuitias ſuas. Et cap. LI. Tancredus accepit a comite Raimundo quinque millia ſolidorum, & duos equos Farios optimos, ut in ſeruitio eius eſſet. Puto tamen alios equos fuiſſe.

Dextrarius. *Dextrarios optimos.*) Deſtriers. Gallicum. Vbertim alii & nos alibi.

CAP. XLVI.

*Centum millibus equitum.*) Vides quantus fuerit prius exercitus comitis Tholoſani. Capiendus autem ſimul, illi ſemper iunctus, Podienſis epiſcopi potens apparatus. Et hic enim praepotenſis exercitus titulo ab aliis notatur, ut ſupra monitum.

*Aſſequebantur.*) Spe dandi damni affectabantur.

CAP. XLVII.

Circinatus. *Circinatis.*) Circumuectis.

Ordi-

*Ordines militum & peditum.*) Acies dicit, per ordines inſtructas. Ordines militum.

*Et ſic.*) Dele duas has uocul as, omnia difficiliora facientes.

*Ventilare.*) occulte ſibi inuicem iudicium facere. Infra, cap. LXXVII. Ecce miles quidam de Monte Olindi cum clipeo ſuo uentilare caepit ad eos, qui erant ex parte comitis, & ad alios, ut ingrederentur. Pariter Albertus Aquenſis, lib. I. cap. XIX. lib. IV. cap. XXXVII. &c.

*Non dubitauerunt.*) Excidit uox quae mentem ſcriptoris perſpicere impedit. Sequentia tamen uerba indicant, Saracenos praeſtolari eorum aduentum uoluiſſe, ſi chriſtiani ad eos contendiſſent.

*Iratus ſibi.*) Sic loquuntur ſcriptores de iis, qui in extremo periculo uel morbo ſunt. Vide commentaria noſtra ad Papinianam Thebaidem. In ſui & ſuorum odium infra cap. LXII. Iratus.

## CAP. XLVIII.

*Deprecabantur.*) poſtulabant. Deprecari.

*Signa & ſigilla.*) Vexilla maiora & minora. Signa & ſigilla.

*Nullius priorum.*) Ad exemplum Turni Maroniani.

*Turnus ego, nulli ueterum uirtute ſecundus.*

*Noſtri uiri fortes.*) Ignauis enim ad tantas res aggrediundas nec animus fuit nec acceſſus, urgentibus ſeſe inuicem heroibus.

*Pontius Baladunus.*) Notatum de hoc ſupra ad alios. Et locum hunc Agilaei emendatum dedimus ad Albertum Aquenſem. Nunc uero, ſtilo & genio auctoris familiarior factus, ſecundum eius captum, & loquendi conſuetudinem non laborandum de caſtiganda lectione arbitror. Vtcunque autem ſancte iurat, caute tamen loquitur.

tur. Iurat enim non de ueris rebus, ſed de *creditis* ſolum. Credita autem dici poſſunt etiam falſiſſima. Nihil enim tam ſtulte fingi fere potuit, quod ſuperſtitio idiotica non aliquatenus crediderit.

*Captare diſpendia.*) Dicendum erat *ſtipendia* uel *compendia*. Ex rei autem interiore ueritate maluit *diſpendia* dicere. Munera nempe nocitura animae, poſtquam iuramentum hoc conſignatum fuit.

## CAP. XLIX.

*Tortoſam, ciuitatem ualde firmisſimam.*) Inter ignobiliores huius hiſtoriae eorum ſcriptoribus ciuitas haec tranſitur. At nobilitauit eam ſuperiore ſeculo poeſis Torquati Taſſi Italica, ſane ingenioſa, docta, & tandem digna quae a noſtro heroe in Germanicum idioma transferretur, quae ſane minima laus non eſt maximo illi Italici Idiomatis uati.

*Fruſtra eueniebat.*) fruſtrabatur optato ſuo fine atque exitu.

*Crederem.*) credendo poſſem aſſequi.

## CAP. L.

Pertinentiae. *Pertinentiis ſuis.*) praediis & reditibus.

*Vnde nos litteras.*) Eo argumento ſcriptas & confectas.

*Acciperent monetam eius.*) Notandum quod ſuperiorem fatetur princeps aliquis eum, ex cuius mandato recipit monetam eius in ſuum territorium.

Calumniari alicui. *Calumniaremur ei.*) Hoc eſt dominium eius ad ipſum non pertinere aſſeueraremus, & nobis id uindicaremus. *Calumniari* alicui aliquid, eſt ſuper illo cum eo actione experiri. Notarunt docti, & nos pridem ex omni genere, barbarae aetatis ſcriptorum.

*Obtu-*

*Obtulit candelas.*) Venerationi loci ſacri conteſtanda. De talibus a comite Tholoſano & epiſcopo Podienſi candelarum oblationibus, ſupra memorauit iſte Raimundus. Vetuſtius exemplum eſt apud Corippum, initio libr. II.

*Illicet angelici pergens in limina templi,*
*Impoſuit pia tura focis, cerasque micantes*
*Obtulit, & ſupplex lacrymis ita fatur obortis.*

Infra. cap. LXIII.

*Et incenſum.*) tus, eſt S. Scripturae locutio. Et ita haec iuncta eidem Corippo.

*Papa Turcorum.*) Sic inepte Califam uocat. Vide Vitriacum lib. I. cap. VII. Papa Turcorum.

*Babumeth.*) Mahumethem ſolens ſic uocat. Et notatum iam ſuperius.

*Sarraceni illud compoſuerant.*) Immo comes ipſe Tholoſanus, pecunia corruptus, ſi fides traditionibus Alberti Aquenſis & aliorum.

CAP. LI.

*Bruno colore.*) Notiſſimus color inter rubitundum & nigricantem medius. Brunus color.

*Subcaluo.*) Scribendum. *Subcaluum.*

*Dominus ſic diſſertus.*) diabolia uiſio, ſi uera. Et praeterea in figura etiam crucis falſa, non enim illa antiquitas talem Chriſto crucem affinxit.

*Ego in Hieruſalem ueni.*) Verba repetita ſunt errore typographico.

*A dextris Dei collocantur.*) Agmini illi inſeruntur, qui a dextro Dei latere collocati ſunt. Nota ſunt domini uerba in euangelio.

*Hominum probitate.*) Virtute bellica. Vide ad Gul. Britonem. Probitas.

*Sed occidite.*) Vbi autem Iudam occidi praecepit dominus?

*Stabilini.*) Conſtantiſſime decreui. Stabilire.

*Velles-*

*Vellesne ſic tibi fieri.*) Multa huius aurei dicti exempla habes a nobis collata ad Alexandrum Lampridii libr. CLXV. Aduerſariorum.

Poteſtas. *Poteſtatis.*) Magiſtratus. More Italico.

*Non exſoluetur.*) paenas purgatorii intellige.

*Prohibitum.*) Mandatum prohibitorium.

CAP. LII.

*Mihi ſuccreuerint.*) Sceleſtae fictiones, animae, & quidem uita mortali defunctae, talia adſcribentes; illuſione omnium ſani cerebri hominum.

*Maieſtatem quandam.*) Venerabile ſimulacrum dicit. Sed pudet, taedet, pigetque lectionis tam ſtupidarum impiarumque fictionum. Suriani fuerunt habitatores montanorum, a Suo ſiue Tyro ciuitate dicti, ut ſcribit idem hic noſter infra. cap. LXI.

*Mandauit omnibus diſcipulis ſuis.*) Quantam caecitatem arbitraris infuiſſe hominibus, quibus iſta perſuaderi potuerunt? An ergo talia promiſit dominus & Deus noſter Iheſus Chriſtus, poſt obitum apoſtolis & diſcipulis ſuis, nimirum ut ſpiritus animaeque eorum, non ſolum terrenis, ſed etiam bellicis & ſanguinariis negotiis implicarentur. O exſenſibilitatem, ſi ita licet loqui, & plus quam brutum ſtuporem, credentium talia! Summam autem impietatem credentium!

CAP. LIII.

*Iſdem.*) Id eſt *idem*, ſaepiſſime ſic loquuntur hoc genus auctores, ut alibi dictum.

*Euangelio beati Petri.*) Surianos tale quid a ſe haberi iactaſſe hinc intelligimus. Eiusdem mentio etiam infra cap. LXI.

*Magni teſtimonii.*) uitae multis teſtimoniis probatae. Sic infra cap. LV.

*Et*

*Et inde uitam finierat.*) Scribendum - exinde uitam finierat.

*De lancea ſicut & de paſſione domini.*) Egregia collatio. O impius ſtupor!

## CAP. LIV.

*Facie ad faciem.*) Diabolum fortaſſe pro Deo uidit. Solaeca iterum oratio eſt & hiſtoria tam horribilis, ita accurate deſcripta, ut animus contremiſcat.

## CAP. LV.

Si uerum eſt, illaeſum hunc hominem immanem hunc ignem tranſiiſſe, illuſtriſſimum miraculorum falſorum hoc exemplum puto, quae quidem poſtremis temporibus euentura, etiam ad electorum, ſi fieri poſſet, ſeductionem filius Dei praedixit. Nam quid lancea illa ad Chriſtum, in gloria ſui noſtrique patris iam translatum &c. Taedet enim longius ueritati, fidei, ſpei, Chriſtianae ad tales nugas horribili Dei ira, & ſatanae potentia, redactae, immorari. Aliter omnino Fulcherius qui & ipſe rei geſtae adfuit, rem nimirum fictam fuiſſe, & hominem ſtolidum periiſſe cap. XIIX. Fulcherium mendacii rurſus arguit Guibertus abbas.

*In fide illorum.*) Fides, inquit, ſit penes ipſos. Niſi ſi *per fidem ipſorum* dicere uoluit.

*Crepuerunt eum.*) Lacerarunt, confregerunt.

## CAP. LVI.

*Plagae non erant magnae.*) Vulnera intellige. Sic *plagatum* pro *uulnerato* non ſemel ſupra dictum adnotauimus. Infra cap. LXV. Plaga.

## CAP. LVII.

*Faciem eius & caput.*) Si illaeſa haec fuerunt, immo ſi homo aliquantulum in igne moratus eſt, ſi lanceae uexillum aduſtum non eſt, ſane mi-

miraculo res digna fuit, etſi homo de caetero conquaſſatus fuerit, & tot poſtea diebus mortem obierit.

*Raimundus.*) Eſt iſte ipſe hic Agilaeus, culpans ſemet, ut fidem traditioni faciat.

CAP. LVIII.

*Beneficiis ſuis.*) ſingularibus & extraordinariis.

*Videamus nos.*) probemus mutuis experimentis uirtutem noſtram. Locutio ſcripturae.

Aſſultare. *Aſſultarent.*) Gallicismus. Aſſaillir. Aſſault.

*Tumultu.*) rabie & clamore.

Aquaeducti. *Aquaeducti*) Aquaeductus. Sic loquitur etiam infra hoc capite.

*More proceſſionis.*) Ordine ſeruato. Non per tumultum.

Laudare. *Si laudatis.*) Si uobis uolentibus res fieri poteſt. Dictum ſupra de hoc uerbo.

Sapere. *Cras ſapiat.*) Sciat, edoceatur. Supra cap. XXXV.

*Veſtiet.*) cinget muris, & muniet quos uolet, deſtruet itidem merentes.

*Ex Dei promiſſione.*) Vbi illa? an per illa modo dicta miracula? Forte ſcribas - permiſſione --

*Erit laus.*) tum nimirum, cum merebitur.

CAP. LIX.

Lapidatus. *Lapidata.*) uexata, contumeliis affecta &c. De lapidationibus ſpeciatim in aduerſariis.

CAP. LX.

*Sic & tenuit.*) Ambae uoculae ad hoc caput pertinent. Scribe: Et ſic tenuit epiſcopus. Ait enim haec fantaſmata monſtrauiſſe modum, quem praeciperent.

*Sine numero centena millia.*) Millies centena millia hominum dicere uult.

*Me nihil compoſuiſſe.*) finxiſſe. Sic uſurpauit

uit hoc uerbum etiam ſupra, cap. LIV. Et uſurpauit etiam infra, cap. LXXVI.

*Tantum, quantum uixiſti.*) Vt alterum tantum tempus adhuc uiuas.

*Prope quinque leugas*) Excidiſſe uocem *Tholoſae* arbitror.. Nam iſta conficienda praecipiuntur poſt reditum comitis in prouinciam. Sed neutrum horum euenit, nam neque patriam ſuam rediit hic princeps, neque lanceam hic nominato loco dedicauit. Haec enim obſcuro quodam caſu deperdita eſt; & Raimundus ipſe mortem obiit in Monte-Peregrino, ante Tripolim, ut ſcribunt iſti auctores. Vide Gulielmum Tyrium lib. XI. cap. II. Leuga.

CAP. LXI.

*Pulcros paruulos ſuos.*) Deformiores enim non placebant diabolo, ſimiae Dei, cui eligi iubebantur integerrima quaeque animalium in lege Moſaica.

*Turcandum.*) Vide ſupra ad caput. XXII.

*Illuſa.*) Conſtuprata. Vide commentaria ad Petronium. Illuſus.

*Iuuenes.*) Vtriuſque ſexus. Infanda Turcorum Sodomia notiſſima.

*Pro uino, ut nequius agerent.*) Paria ſcelera his uerbis obumbrantur.

*Bruta animalia contra eos Deus armaſſet.*) Quod ſaepius alibi factum. Et oſtendimus ſingulari capite tertio aduerſariorum uolumine.

*Suo.*) Id eſt eius, Petri nimirum euangelio, cuius mentio etiam ſupra, cap. LIII.

CAP. LXII.

*Sui & ſuorum odium.*) Vt homines ex aerumnis deſperabundi facere ſolent, omnia nimirum & ſe ipſos prope odiſſe. Vide ſupra ad caput

XLVII. pariter mox comes admonetur, ne ſibi & aliis ſit moleſtus. &c.

*Moneſaciebat.*) Saepius admonebat. Hoc enim dicere uult.

*Conquiſitae erunt.*) Occupabuntur, idiotiſmus Gallicus.

*Legatum.*) Sanctum aliquem aut ſpiritum, aut ſpectrum dicere uult.

*Verberibus lacerabat.*) Subito ex benefico per auaritiam mutatus in maleficum.

CAP. LXIII.

*In quantum nouerat.*) Solorum enim clericorum erat tunc temporis uel omnia uel ſaltim plurima noſſe. Innuit inſtructionibus clericorum hunc comitem opus habuiſſe.

*Omezios.*) Puto *Orieſieſis*, uel ſi aliter ſcribendum, nomen hic eſſe corruptum. Eius Syri doctoris eccleſiaſtici nunc etiam aliquid ſupereſt, ſi modo fides danda titulis, & doctorum obſeruationibus.

*Pulcerrimus ualde.*) Nihil mutandum, ſic enim & ſupra locutus eſt - ualde firmiſſimam ciuitatem appellans Tortoſam, cap. XLIX.

CAP. LXIV.

*Securitatem earum.*) Noſtram, ab eorum tutela ortam. Sic ſupra c. XLV. &c.

*Ibi poterit.*) Scribe - potuerit.

*Reperit literas.*) de columbis litterarum hinc inde portatricibus uide nuper admodum notata ad Albertum Aquenſem, libro quinto, capite nono.

*Generatio canina.*) Nunc quoque Turcicum contra alias omnes gentes conuitium.

*Praecedebamus.*) Scribendum - procedebamus.

CAP.

## CAP. LXV.

*In illam eccleſiam.*) dele uoculam *in*, uel ſcribe *ibi illam*. Sic paullo ante - uiſum a maioribus-delendum τo a, ut nemo non uidet.

*Incolatus ſui.*) Vbi uixerat ipſe, & ubi reliquiae eius erant. Alluduntur autem uerba regis & pſaltae, carmine CXIX. Incolatus.

*Laudatur modo.*) Placere incipit populi nonnullis conſiliariis.

*Vt non niſi diſcalceati.*) Non exſtat hoc clare nunc ſupra. Sed emendandum omnino eſt ex his uerbis. Humilitas autem magna haec habebatur, & meriti putabatur erga Deum alicuius, nudis pedibus incedere. Supra. cap. XXXI. cap. XXXII. c. XLV. c. LIV. infra c. LXX. c. LXXIX. Diſcalceatus.

*Ambitioſo curſu.*) Currebant enim certatim propter emolumenta iam dicta. De caſtris ante urbem ſacram collocatis, conferendi etiam caeteri auctores.

## CAP. LXVI.

*Conſeruemus haec ſacra.*) Parcendum monet locis & aedificiis ſacris, ne iactu petrarum aut igne immiſſo confringantur aut concrementur.

*Inuidiam ſuorum.*) Non potuit igitur coercere ſuos ut uoluit etiam tam locuples, circumſpectus (niſi quoad ſuperſtitiones) & bellicoſus princeps.

*Recluſum.*) Eremitam in publicum non prodeuntem.

*Altitudinem.*) ſummitatem, faſtigium. Eadem ſcribunt caeteri auctores.

## CAP. LXVII.

*Natatoria Siloe.*) Piſcinam dicit. Notus hic fons ex tot recentibus terrae ſanctae deſcriptoribus. De eo fonte ſic nouiſſime ſcribit Ioannes

Cotouicus: Valle Gehennon ſuperata, ad Siloah fontem perreximus. Is aquis optimis uberrimus ad radicem montis Moriah ſcaturit. Ob caecum-natum hic Chriſti uirtute illuminatum chriſtianis inprimis uenerabilis: Quin imo Turcae Maurique omnes eius aquas magni faciunt, atque oculorum uitiis prodeſſe aiunt. Mirum quod de eodem ſcribit Iacobus a Vitriaco, libri prioris cap. LXXXV. Fons Siloe non ſingulis & continuis, ſed diebus interpolatis ter uel quater in hebdomada dulces aquas ex uiſceribus ſuis emittit, &c. Vide & compone quae hic narrantur.

*Mutare greſſum.*) Pedem pedi praemittere, aut gradum unum procedere.

*In plateis.*) Caſtrorum aut hoſpitiorum interſtitiis.

## CAP. LXVIII.

*Ibi eſt mare propius Hieruſalem.*) Proxime. Id eſt nullo omnino loco mari propinquior adiacet atque accedit Hieroſolyma.

*Raimundus Peleth.*) Scribendum *Raimundum*. Eſt is qui Petrum Bartholomaeum poſt tranſitum ignem populo eruiſſe ſcriptus eſt ſupra, cap. LVI.

*Abſorbere.*) Deglutire. Locutio ſcripturae.

*Sed ex uulneribus incaleſcentes.*) Vetus poeta apud Agellium - uireſcit uulnere uirtus. Ita diuinis uerſibus de Romanorum uirtute Horatius,

*Gens quae cremato fortis ab Ilio*
*Iactata Thuſcis aequoribus, ſacra*
*Natosque, maturosque Patres,*
*Pertulit Auſonias ad urbes;*
*Duris ut ilex tonſa bipennibus*
*Nigrae feraci frondis in Algido,*

*Per*

* *Per damna, per caedes, ab ipſo*
*Ducit opes animosque ferro. &c.*

Lib. IV. Carm. IV.

*Tantum puluerem excitauit.*) Sollertiam hanc hominis iam alibi laudauimus.

*Subſellia.*) Ephippia, & equorum omnem habitum.

*Donec ad laſsitudinem.*) Voce *donec* hactenus iam aliquoties ſic eſt uſus. cap. XLI. &c.

*CAP. LXIX.*

*Adhuc.*) Etiam caeteris non conſideratis.

*Mandabantur.*) nuntiabantur. Viſiones ſuas ubique loquitur & commendat.

*Baptiſabantur in flumine.*) mergebant & tingebant ſe, religionis notae ergo, quam & alibi ad harum hiſtoriarum conditores illuſtrauimus.

*Aliquis aduocatus.*) Patronus. Tutor. Defenſor. Viſe aduerſaria.

*Non proueniebat.*) oberat, nocebat. Dicere uult omnia caetera pariter aduerſata fuiſſe, & optatos ſucceſſus impediuiſſe.

*CAP. LXX.*

*De mandato domini reticentes.*) Viſionem illam Ademari non propalatam dicit.

*Quia fratres erant.*) Hoc eſt de clericorum ordine. Sed intelligit Hugonem Gulielmum, cuius frater erat, dum erat in uiuis, Ademarus, epiſcopus, qui nunc per uiſionem adfuiſſe perhibetur.

*Exinanita forma dominii ſui.*) Ex uerbis Paulli apoſtoli - qui cum Deus eſſet aſſumſit formam ſeruilem. &c. Exinanitio, debilitatio, infra cap. LXXV.

*Proceſſionis honore.*) Hunc infert, ut eo uelut exemplo, proceſſionem circa urbem impetret,

quam arbitrabatur populi efferi animos compoſituram.

## CAP. LXXI.

*Vlterius pergere nequimus.*) iſte enim, inquit, locus habet finem omnium uiſibilium Chriſti actionum. Niſi ſi putauerint ſeſe etiam in caelum eum ſecuturos.

Appellare. *Appellabant.*) Conueniebant, ſollicitabant, ut loqui ſolet in re pari Symmachus. Sic infra cap. LXXIII.

*Tumultu proceſſionis.*) ſonitu & ſtrepitu.

E uicino. *E uicino.*) non longo interueniente tempore. De heroibus quorum nomina ſequuntur, eadem prorſus ſcribunt caeteri auctores.

*Nobiliſſimus princeps.*) Cognatum Gothofridi ducis fuiſſe alibi obſeruatum eſt.

*Vtilitatis.*) Virtutis, qua fruebatur totus exercitus.

## CAP. LXXII.

Collectae. *De collectis.*) pecuniis quae uiritim colligebantur.

*Pueris artificibus.*) mancipiis, ſeruis, locutione ſcripturae.

Argumenta. *Argumentorum.*) Ingenioſarum machinarum, quae *ingenia* alii uocant. Vide indices Appuleianos, & noſtrum, & Elmenhorſtianum. Gulielmus Tyrius lib. III. cap. x. machinam probe nimis & argumentoſe plurimum trans uallum poſitam, muris applicuit. Mox. Et inſtrumenti, quod nullatenus laedere poterant robur admirantur, & artificis argumentum.

*Qui locus planus erat.*) foſſa nulla intercurrente.

*Sed extraxerunt.*) Scribendum - extraxerant. Ante nimirum quam naues eas amitterent, armamenta talia iis detraxerant. CAP.

CAP. *LXXIII.*

*Mille ducenti uel trecenti milites* ) Equites dicit, quorum ſinguli pluribus omnino ſatellitibus & armigeris erant inſtructi. Vide ad Gul. Britonem.

*Quod ſubſequens pagina continet.*) Verba haec inſititia ſunt, non auctoris.

*Turres ac muros.*) Scribendum - Turres ad muros, minare ceperunt. *Minare* eſt agere, ducere. Et iam ſuperius illuſtratum eſt.

*Mallei lignei.*) Acuta ligna dicit, ferro nempe infixo, ut inhaererent tabulatis machinarum ligneis, tormentis excuſſa. Mallei lignei.

*Quos neque gladius.*) Scribendum: ut ſaltim incendio inde accenſo retardarentur, quos neque gladius, neque alta maenia retardarent, neq;. &c.

*Profundum uallum.*) foſſam dicit. Vt ante dictum; ita mox - *completo uallo.* Vallum.

*Virumque timorem noſtrum.*) Scribendum - utrimque.

*Peruaderetur murus.*) Perforaretur, aut tranſcenderetur. Peruadi.

*Mirabile credite.*) Scribendum - creditu. Sic paullo ante: ut nusquam mirabilius aliquid geſtum eſſe credatur.

CAP. *LXXIV.*

*Tantas machinas.*) Tot numero. Mox lege - nouem uel decem opponerentur - Paria ſcribunt caeteri auctores, quae huc coaceruanda non ſunt. Tantas.

*Oportuna.*) recto congruoque tempore ſuperueniens. De ueneficis traditur etiam ab uno alteroque, ſi ſatis memini, maiorum auctorum. Gulielmus Tyrius libro VIII. cap. xv. Erat noſtris una inter caeteras machina, quae ſaxa miri ponderis in urbem horribili impetu im-

mittebat, contra quam cum nulla poſſent arte proficere, duas adduxerunt maleficas, ut eam faſcinarent, & magicis carminibus redderent impotentem, quae dum ſuper murum praeſtigiis ſuis inſtarent & incantationibus; repente ex eadem machina molaris immiſſus utramque illarum, cum tribus pediſſequis puellis, obtriuit; & excuſſis animabus de muro inferius exanimes deiecit. Vnde in caſtris factus eſt plauſus. Eſt ſane memorabilis hiſtoria, & utique uera. Mirum tantam rem aut ignoratam aut praeteritam Alberto Aquenſi, quem ego principem horum auctorum duco.

Carminare. *Mulieres carminantes.*) Carmina malefica cantantes. Non ſuccurrit nunc alibi hoc ſignificatu lectum hoc uerbum, praeterquam apud auctorem Gloſſarii apud nos manuſcriptum, Fauſti Romani indito titulo. Vbi exſtant haec uerba. Canere carmen, carminare, carmen commentare, ſcribere uerſus. Et poſtinde: *Carminare; carmen ſiue uerſum facere, quia mente carere dicuntur poetae.*

*Quae hoſtibus ad munimen.*) Scribendum --- *quae hoſtibus dabat munimen, nobis erat aduerſa.* Plurimis locis ita corruptus eſt, & emendatus hactenus, hic liber.

*Cum clypeo uentilare cepit.*) Supra ad cap. XLVII. explicata eſt haec uentilatio. Haec autem hiſtoriola pro miraculo diuinitus oſtenſo, hic ponitur. Repetit Gulielmus Tyrius. Lib. VIII. cap. XVI. et cap. XVII.

Culcitrae. *Sagittauerunt culcitras.*) mollia munimenta, quibus propugnaculum hoſtes texerant, contra ictus machinarum Chriſtianarum.

Gambaſium. *De gambaſio.*) Goſſypium intelligi arbitror.

Bom-

Bombicem reddit Gulielmus Tyrius lib. VIII. cap. XVIII. Qui uero in caſtello erant, hortante duce, in culcitrâm bombice plenam, & ſaccos plenos ſtramine, ignem iniecerunt &c.

*Saraceni iam patiebantur.*) remiſſis animis & manibus ſuſtinebant ſaltim hoſtes.

*Flammeriebantur.*) Legendum -- flammis feriebantur. Inſtar telorum nempe.

*CAP. LXXV.*

*Vsque ad genua.*) Primus auctor, qui & ipſe adfuit, *usque ad cauillas* dicit, eadem omnino ſententia, etſi uoce ignotiore.

*Deuotionis conſummatio.*) Votorum tam diuturno tempore dilatorum.

*Patriam.*) Regionem, terram. Pluribus ad Britonem & alibi. Patria.

*CAP. LXXVI.*

*Exercitum noſtrum continebat.*) In officio ſuo, & ordine. Non ſunt inſcita quae de hoc uerbo, *continendi*, ad Claudianum altera récenſione, notata ſunt. Continere.

*Sic itaque bonis ablatis humiliter ſe clerus agebat.*) An *bonitas* ergo totius Cleri in duobus his, quos modo dixit, abſoluebatur? Mendoſa eſt uox. Scribe, errore ex abbreuiata ſcriptura nato. -- His itaque columnis ablatis, h. ſ. cl. ag. &c. & malim *futiliter* legere, argumento uerborum ſequentium. Eadem, & iſtinc traducta, leguntur apud Gulielmum Tyrium, libro nono cap. I.

*Turrem.*) Arcem modo dixit. Multis nos alibi. Turris.

*Compoſuerunt.*) finxerunt, ementiti ſunt. Verbum ſupra adnotatum. Componere.

*CAP. LXXVII.*

*Proditor.*) Communi conuitio fidem fallen-

tium. Vide ad Gul. Britonem. Rem ipſam ſecundum hiſtoriam uide apud caeteros ſcriptores. Nos enim toties eamdem legere, illuſtrare, repetere, iam taedet pigetque. Et exhaurienda tamen, ſi Deus uitam dederit, erit etiam Fulcherii, Gauterii, Guiberti, aliorumque recenſio.

*Inhonoratum.)* ne honeſte ſatis haberetur, quod modo conqueſtus ſcribitur. Quae a capite LXXVIII. hic ſequente, inſequentia leguntur, Agilaei non ſunt, uti iam pridem in auctorum deſignatione monuit ſummus quondam uir, certe magno litterarum damno, & litteratorum dolore, ante diem fatis ſublatus, Iacobus Bongarſius, itaque nobis hic omittuntur, feſtis earundem rerum lectione & relectione toties iterata. Ad hanc enim diem iam reuidimus, & ſatis diligenter illuſtratos dedimus, auctorem primum, Robertum monachum, Baldericum, Agilaeum, Albertum Aquenſem, & Gulielmum Tyrium, maximam & optimam partem totius Bongarſianae collectionis. Reliquos, uti iam promiſimus, itidem non neglecturi, ſi opportunitas & auxilium a domino nos non deſtituerint. Bellum cum Babyloniis, hic ſequens, pleriquae etiam caeteri deſcribunt.

# INITIA CAPITVM
## IN HISTORIAM PALAESTINAM
# RAIMONDI AGILAEI,
## Vt ea a nobis diſtincta eſt.
*Additis paginis editionis Bongarſianae.*


I. Illi igitur. pag. 139
II. Ob illam. ibid.
III. Quadam autem. 140
IV. Venimus. 140
V. Ho-

V. Honorificentiſſime. 141
VI. Quapropter. 141
VII. Sic pro nihilo. 141
VIII. Profecti igitur. 142
IX. Itaque. 142
X. Eſt quaedam. 143
XI. Igitur ut. 143
XII. Interea genu. 144
XIII. Interea milit. 144
XIV. Tunc commun. 144
XV. Interea terrae. 145
XVI. Dum haec. 145
XVII. Contigit autem. 146
XVIII. Igitur potita. 146
XIX. Perdidimus. 147
XX. Celebrata. 147
XXI. Igitur nanctus. 148
XXII. Poſt hoc tempus. 148
XXIII. Accidit ibi. 149
XXIV. Erat autem. 149
XXV. Igitur cum. 150
XXVI. Apparuit. 151
XXVII. Cumque ſacerdos. 152
XXVIII. Secunda uero. 152
XXIX. Inter haec a. 153
XXX. Statuit tunc. 153
XXXI. Congregati. 154
XXXII. Cumque ut. 154
XXXIII. Operabatur. 155
XXXIV. Interea dominus. 155
XXXV. Et beatus. 156
XXXVI. Haec uero. 157
XXXVII. Cumq; comes. 158
XXXVIII. Igitur comes. 158
XXXIX. Sic itaque. 158
XL. Interea. 159
XLI. Cum autem. 159
XLII. Contigit autem. 160
XLIII. Quaerebat. 160
XLIV. Haec & alia. 161
XLV. Sed comes. 161
XLVI. Conualeſcebant. 162
XLVII. Conſultum eſt. 162
XLVIII. Tunc promis. 163
XLIX. Cumque in hac. 164
L. Venit hic. 164
LI. Babtiſabantur. 165
LII. Cum autem. 166
LIII. Cumque ego. 167
LIV. His atque. 167
LV. Poſt haec. 168
LVI. Cum uero. 168
LVII. Poſt haec. 169
LVIII. Interim. 169
LIX. Praedicauimus. 170
LX. Et tenuit. 170
LXI. Interea comes. 171
LXII. His atque aliis. 171
LXIII. Erat enim. 172
LXIV. Sed antequam. 172
LXV. Cum autem. 173
LXVI. Quadam autem. 173
LXVII. Eſt quidam. 174
LXVIII. Eſt autem. 175
LXIX. Sed haec omnia. 175
LXX. Tandem propter. 176
LXXI. Quae omnia. 176
LXXII. Omnes. 177

*LXXIII.*

LXXIII. Iamque. 177
LXXIV. Mane. 178
LXXV. Sed par. 178
LXXVI. Peractis. 179
LXXVII. Ille uero. 179
LXXVIII. Hisque per. 180
LXXIX. Cum a. 180
LXXX. Et tunc. 181
LXXXI. Cantell. 181
LXXXII. Interea. 182
LXXXIII. Sero a. 182
LXXXIV. Noſtri. 183


# INDEX CVM GLOSSARIO in RAIMVNDI AGILAEI. &c. HISTORIAM PALAESTINAM.


*Amalitia, ob eam.* Cap. LXVI.
*Abſorbere hoſtem.* c. LXVIII.
*Accingere, circumdare.* 17, 32
*Accipere, emere.* 11, 14. *occupare.* 71
*Agere pugnam.* 73
*Ad praeſens.* 73
*Adaptata, exacta.* 51
*in Aduerſum uerti.* 81
*Afficere, torquere.* 41. 71
*Albeſcit dies.* 22
*Alim, Idolum.* 50
*Alimoniae.* 12
*Alliſit, contudit.* 74
*Altaria, clericis diuiſa.* 78
*Aluearia in hoſtem cum apibus iacta.* 41
*Ammiratus.* 50. 84
*Ammirauis.* 79. 80. 81
*Ammonitio, miro ſenſu.* 4
*Ampullula.* 63
*Anguſtia.* 40
*Anguſtiati.* 61
*Annunciare, praedicere.* 14
*Annona.* 33
*Annullare.* 36
*Antemuralia.* 3. 66. 73
*Antiochia deſcribitur.* 10
*Apes iactae pro telis.* 41
*Apoſtaſia, deſertio uoti,* praefat.
*Appellare, inuocare.* 71
*Aquaeducti.* 58
*Arenae inſtar.* 80
*Argumenta, machinae.* 72
*Armenici.* 22
*Armigeri uel ruſtici.* 12. *inermes* 47
*Aſciae.* 72
*Aſſequi, conſectari.* 24. 16
*Aſſultus.* 12. 58
*Aſſultatores.* 12
*Aſſultatio.* 15
*Aſſultare.* 58
*Auenaria, auenae copia, horreum.* 25
*Aurei Zibelini aut Tripolitani pondus.* 50
*Baſumariae.* 12. *Portae.* 25. 61. *lib.* 159. *c.* 13. *Babumeth, Machomet.* 50. *ter.* 73
*Baptiſare, tingere.* 69
*Barnardus.* 13
*Bellum, pugna, conflictus.* 14. 16. 23. 47. 68. *copiae.* 70. *Vid. ad Gulielmum Brit. lib.* 10. *v.* 720.
*Beneficia.* 58
*Boni milites.* 22


Bra-

*Bracae lineae.* 25.77
*Brunus color.* 51
*Bruta ſaepe dens armauit.* 61
*Bucca torta, locus in montanis.* 64
*Budellus, nomen uiri aut officii.* 22

C.

*Calceus murus, e calce.* 30
*Calx pro telo.* 41
*Calumniari, ſollicitare, poſcere.* 50. *agere iure.*
*Camiſia.* 25. *bis.* 17.40.77
*Candelae utiles damnatis inferno* 34. *prodigium.* 36. *oblatis.* 50. 62. *aut.* 64.
*Canina gens, conuitium Turcicum.* 64
*Cantillatores.* 80
*Cautus compoſiti in ignominiam, nota infamiae.* 78
*Capella comitis.* 51. *epiſcopi.* 60
*Capellanus.* 25. *fin.* 36
*Capellani & principes, conſiliarii.* 37
*decapitare.* 23. *decapitatio.* 24
*Caput ciuitatis, caſtrum.* 24
*Caput incredulorum.* 52
*Carminantes, canentes.* 74
*Caro ouina pro pane.* 80
*Caſalia ſepulcrorum.* 12
*Caſtellani.* 17.48
*Caſtella mouere.* 81
*Caſtrenſes.* 19. *ad Britonem lib.* 7. *v.* 134.
*Caſula ſacerdotalis.* 55. *ueſtis.*
*Cauare turrim.* 7
*Cauſſae.* 33. *res.* 55.79
*de Cenſu ſuo, pecunia propria.* 71
*Circinare, circumire.* 21.47.64
*Circuire uiam.* 51
*Ciſterna in ualle.* 24
*Clamor belli.* 51
*Coadunare.* 25
*Collectae.* 71
*Columba portatrix epiſtolae.* 64
*Comani populi.* 2
*Commenta, mendacia.* 16
*Commentari fingere.* 16
*Communicare.* 30
*Componere, fingere.* 54.60.76. *fin.*
*Conductores uictualium.* 21
*Confortare.* 30
*Confraternitas.* 15
*Conglobatim.* 58
*Conquiſitae urbes, captae.* 62
*Conſtringere hoſtes.* 22
*Contradicere, interdicere.* 51
*Contutatus eſt.* 58
*Copia, facilitas uictus.* 11
*Coram. &c.* 20
*Corripere urbem, occupare.* 23
*Crepuerunt eum, fregerunt.* 55
*ſuper Crucem iurare.* 27. *crucis praetenſio.* 36. *iniuria afficere.* 39. *crucis prodigium, in humeris.* 44
*Culcitrae propugnaculo praetenſae.* 74
*Cum, abundat.* 48.59.66
*Cum ſole apparuerint.* 16
*Currentiſſimi equi Turcorum.* 38

D.

*De abundat.* 26.35.49.55
*Decapitatus.* 23. *Decapitatio.* 24
*Decollati equi, praecipitati.* 23
*Decreuiſſe audaciam.* 14
*Defert diem aurora.* 15
*Deforis.* 71
*Delitiae regiae.* 32
*Denſandi hoſtis ſtrategema.* 17.19
*Deo ſe dare.* 30
*Depopulari.* 5
*Deprecari, ualde precari.* 48
*Deſcendere, deuocare.* 19. *Gallicismus.*

De

Deſperabile. 72
Dextrarii equi. 45
a Dextris Deo locari. 51
Dextra ſecuritatis. 75
Dictator belli. 19
Dies, iter diei. 25.50 78
Difficultas, anguſtia. 71. bis.
Dimittere, relinquere. 5. 16. 30. 47. intermittere. 63
Diſcors pax. 39
Diſpendia muneris. 48
Diſpoſito. 6
Diſpoſitio, teſtamentum. 25
Ditio, dictio. 21
Dolabra, genere tertio. 72
Dolor, mutilatio. 1
Domeſtici, ſerui. 22
Domina Chriſti, Maria. 26
Dominum portare, exercere. 35
Dominium Dei. 70
Donec ad mortem, usque. 41.68
Dubitare, uacillare. 47
Ducatus, conductio. 1
Duo & duo. 72

E.

Eleuari in patriarcham. 78
Emergere ſe. 79
Epiſcopiis. 35
Equi Farii. 45
Equi comeſti, & ſanguis eorum potus. 29
Erat pugnans. 1. ſciens. 25
Eremittere, contra mittere. 33. fin.
Eum, ea, abundant. 7
Ex parte Dei. 35. 52. Gallciſmus.
Excommunicans, abſolute. 83
Excuſare, negare. 5. 37. 76
Exhorrere, terrere. 29
Exinaniuit. 6. 70. 75
Explorati ſunt. 18
Expugnare, deſtruere. 60
Exterminare. 49

F.

Facerent ei. 50
Facultas, facilitas. 11
Fames ingens. 14. 29. 39. 43
Farii equi 45. 50. 51
Faſcinare petrariam. 74
in Fide illorum. 55
Fidem res uincit, pulcre circumdictum. 23
Filiatio regum. 2. ad Alb. Aq. 3. c 21.
Firmare caſtrum. 18
Flagellare. 15. 35. ter.
Flammeriebantur. 74
Fluuium quod 82
Franci omnes, extra prouinciales. 13
Francigenae. 13
Fraternitas regum. 2. 15. eius conditio. Ibid.
Fratres, milites. 22. 58
Frequenter. 2
Fruſtra, contra. 49
Fuga Turcica, abiicit omnia. 68
Fulcherius, exſcenſor Antiochiae. 22

G.

Gambaſium, bombyx, goſſypium. 74
Gens, milites. 30
Giro facto. 21. (uol. 11.) 32.
Girare ciuitatem. 71
Gothi, prouinciales. 13
Gothofredi ducis uirtus. 38
Grando ſaxorum. 24. ſagittarum. 73
Gratiam animo concipere. 35

H.

Habita deſperatio. 4. fuga. 24
Habere uincere. 30
Habere leuiter. 39
Habitudo. 80

He-

*Hebo.* 39. 43
*Hi de ciuitate.* 18. *caſtris.* 19
*Gallicismus.*
*Hiſpaniae, terra Saracenica. Hoc inde dicere potuit, quia Saraceni tum temporis aliquam Hiſpaniarum partem tenebant.* 12 13. 36. 44. *alioquin Hiſpaniarum ſitum non ignorabat, ut clare demonſtrat. cap.* 64.
*Hilaritas ſcribendi.* 48
*Homines ducis.* 33. *Chriſti.* 35. 58
*Homines, pedites.* 46
*Hominium.* 5. *& iuramentum. Ibid.*
*Honor & uita.* 5. *propter honorem uenire* 14. *Inhonoratus, deſpectatus.* 77
*Hoſpitari, cubare.* 1. 11. 47
*Huſi, populorum nomen.* 2

I.

*Iacere, dormire.* 25
*Ibi, illuc.* 45. 48
*Igitur, etiam.* 83
*Ignis probatio.* 54
*Igniti mallei, tela.* 73. *ignire ſagittas.* 74
*Illa, abundat.* 29
*Illuſa, conſtuprata.* 61
*Imaginum annua aut menſtrua redemtio ſub dominio Turcorum.* 61
*Imminere.* 29
*Impellere murum.* 39
*pro Imperio procedere.* 19
*Improperium.* 18
*In abundat.* 15. *contra uſum ponitur.* 19.
*Incentor.* 78
*Incendium, ignis.* 54. 56. 57
*Incolatus, habitatio.* 65
*Incrudeſcere.* 2
*Inde, ea de re.* 52. 53. 54. &c.
*Infarciri.* 17
*Infernus. mors.* 56
*Infra, intra.* 3. 11. 12. 23. 31. 40. 41. 44. 50. 52. 64. 66. 72. 73. 80.
*Inflammati uultus, ignei.* 26
*Inexplicabilis obſidio.* 58
*Innocentior ouibus.* 80
*Inſidiae, miles inſidians.* 14
*Inſignia paſſionis, crux.* 78
*Inſomnes curæ.* 73
*Interfecti ſui, cadauera.* 48
*Intercepta, capta.* 68
*Intus miſit ſe.* 55
*Inuidia.* 21. 66
*Inutiles.* 49
*Ioppe ciuitas.* 68
*Iordanis amnis religio.* 25
*Itaque uero.* 5
*Iter, trames.* 24
*Iubae equorum.* 13
*Iuncea ſcala.* 66. *uiminea ratis* 77
*Iuramentum mirum de* 7. *annis.* 15. *Vide in Sched. uariorum. Super crucem.* 27. *Coronam ſpineam Chriſti.* 38
*Iuſtitias tenere.* 35
*Iuuenes proſtituti.* 61. *Pueros intelligit.*

L.

*Labi fuga.* 14. 16
*Labor, ſucceſſus, præfat. uirtus.* 1.
*Laborioſe obtinere.* 64
*Lacrymæ gaudii.* 25
*Lætanter.* 71
*Lanceæ patrocinium.* 32. *Lanceæ oblati nummi.* 34
*Lapidata crux.* 59
*Laudare, approbare.* 7. 18. 37. 39. 58. 65
*Laus, ratio.* 58

*Le-*

*Leuare, accipere.* 11
*Leugæ.* 16, 37.
*Leuitas.* 44
*Leuiter habere.* 39. 78
*Leuiſſime, celerrime.* 33
*Leuiſſime accipi. uili emi.* 11
*Libani montes.* 30
*Licenter, per uim.* 51
*ſine Licentia.* 47. 48
*Lignarii.* 72
*Ludo habere.* 16
*Luſtrato igne, circumito.* 55
*Luxuria, libido.* 15

M.

*Magis, maxime.* 26
*Mahumeth.* 80. *uid. Babumeth.*
*Maieſtas, imago quaedam.* 52
*Malefactor.* 51
*Mallei lignei, picati.* 73 *&c.*
*Mandare ad aliquem.* 15. 67
*Manere, quieſcere.* 80
*Mauri, Saraceni.* 58
*Medietas, dimidium.* 52
*Mercari, paſſiue.* 12
*per Miliarium, uſus ſagittæ.* 12
*Milites plebei* 47. *gregarii & pedites* 11. *Id eſt leuis armatura & pedites.*
*Milites pro equitibus.* 12. 16. 17. 19. 30. 33. 36. 58. *Equites* 71. 78.
*Milites boni.* 22
*Minare, ducere &c.* 73
*in Mirum, miraculum.* 50
*Monefacere, admonere.* * 62
*Monticulus, collis.* 12
*Mori malle &c.* 37
*Mortaliter, mortifere.* 2. 64
*a Morte ipſa.* 68
*Mortuorum auxilium.* 29
*Mortui, cæſi.* 47
*Multimode.* 74
*Multiplicare, ditare.* 51
*Mutitudo, genus morbi.* 20
*Mutilationis exempla.* 1. *&c.*
*Mutare greſſum, ire.* 67

N.

*Nanctus.* 21
*Natatoria, piſcina.* 66
*Natta, mappa &c.* 40. *pellis ouina. Vid. Not.*
*Nebulæ palpabiles.* 1. *Saxorum imber.* 21
*Negligentiæ, errores,* 49. 80
*Niceæ deſcriptio.* 6
*Nihil fuit.* 36. *eſt* 65
*Nudis pedibus, deuotio.* 31. 32. 45. 54. 70. 79

O.

*Obclamari.* 42
*Obliuioni tradendus.* 15. *Vide Gul. Tyr.*
*Obruituri, obruendi.* 13
*Obtruncari capitibus.* 74
*Oceanum mare.* 64
*Oleæ ſiccæ ligna.* 55. *apta incendi.*
*Operæ pretium.* 14. 20
*Oportuna.* 74
*Oppreſſor.* 40
*Ordinati, ordine.* 81
*Oſculatur mucronem.* 27
*Oſculum pedis.* 28. *lib.* 152. *c.* 3.
*Oſtendere ſe, manifeſtare.* 52
*Oſtentamenta.* 20

P.

*Pacem habere, uincere.* 19
*Paganitas præfat.* 75
*Palmam accipere.* 69. 77
*Pannus, fruſtum uile.* 49. *ſubtiliſſimus.* 55
*Papa Turcorum.* 50
*Pater exercitus.* 21. *pater, Chriſtus,* 25. 28. 36
*Patria, regio.* 75. 77

Pauperes

*Pauperes noſtri.* 44. *Dei.* 18
*Pax diſcors.* 39
*Pectus percutere.* 31
*Pecudum more cædi.* 18
*Pedis oſculum.* 28
*Pedes montium.* 10. 47. *Planta, ſpatium.* 31
*Pedites locati ante equites.* 30. *pauci armati.* 65
*Pedones, pedites.* 82
*Perambulantes, tranſeuntes.* 64
*Perdere, obliuiſci.* 28
*Pertinentiæ.* 50
*Petrariæ.* 30. 41. *Lapis.* 48. 73. *faſcinanda Turcis.* 74
*Petri euangelium, apud Surianos* 53. 61
*Pincinates, populi.* 2. 3
*Plagare, percutere, uulnerare.* 2. 35. 54. 56. 63. *Vide adaerſar. lib.* 159. *cap.* 3.
*Plagatus.* 64. 68
*Plenitudo, copia.* 45
*Populati, cæſi.* 5
*Populus, militare uulgus.* 13. 40
*Portitores.* 18
*Poſterula, poſticum.* 22. 23
*Poſtulet Deum.* 50
*Poteſtas, uis.* 35. *magiſtratus.* 51
*Præruptum maximum.* 10
*Princeps, heros.* 71. *optimates.* 2
*Priuati ſui, familiares. Gallciſmus.* 44
*Pro Deo.* 55. *pro amore.* 64. *pro ſpoliis.* 42
*Proceſſio ſacra.* 31. *modo eius incedere.* 58
*Proditor.* 67. *periurus &c.*
*Profiteri, affirmare.* 37
*Prohibitum* 51. *a prohibitu.*
*Propius, proxime.* 67
*Propulſare, urbem.* 15
*Proſequi, perſequi.* 20
*Prouinciales qui dicti.* 30
*Pudor, honor.* 13. *dishonor. ibid. bis.*
*Pulſus uitalis.* 9

Q.

*Quaſi, prope.* 12. 21. 22.
*Quia, quod.* 30
*Quisquam, quilibet.* 55
*Quod tibi non uis fieri &c.* 51

R.

*Raſtra ad uallum.* 18
*Receſſus quidam, angulus,* 21
*Recipi, capi.* 18. 50. 82
*Reclamare, inclamare.* 36
*Recludere, præcludere.* 23. 27
*Recluſus, eremita.* 66
*Recognoſcere ſpolia.* 23
*Recuperare, rediſcere.* 28
*Reddere ſe.* 7. 37
*Redemtio imaginum annua.* 61
*Remiſſi, ſoluti.* 33
*Repauſati.* 81. ausgeruhet.
*Requirere poſcere.* 33
*Res, opes.* 51
*Retribuit, dedit.* 2
*Rogo.* 3
*Ruſtici in caſtro.* 47

S.

*Sagittæ uſus trans milliare.* 12
*Sagittati.* 75. *ſæpius alibi ſagittare.*
*Sagmarii.* 61
*Saltatrices paganae.* 23
*in Sanguine equitatum.* 75
*Sapere, ſcire.* 35. 58
*Satis, abundat.* 80
*Schachi-ludus.* 31
*Sciens literatus.* 28
*Sclauoniae deſcriptio.* 1
*ad Se reuerti.* 81
*Securitates.* 45. *tutela.* 64

*Reliquiarum tom. III.* T *Sibi*

Sibi ipſi iraſci. 47. ſui odium. 62
Signum, teſſera. 47
Simile tale. 6
Solidatæ duæ, ſolidorum duorum pretium. 29
Spatioſi, laxi. *
Specus ſubterranei. 41
Sperantes, exſpectantes. 41
Spolia. 44. 48
Spondalibus de ponte ſumtis. 19
Sputis ſubmergere, contemtus extremus. 80
Stabiliri, ſtatui. 51
Stipula & ligna. 73
Suadere, perſuadere. 20
Sublati ſunt, diſparuerunt. 37
Subſellia, ephippia. 68
Succurſus, auxilium. 18. 21. 22. 37
Suffragia, ſtipendia. 20
Sui deſpectus. 41
Supplicare, adorare. 30
Superlatiuus pro poſitiuo. 18
Suriani. 52
Suſtinere. 1
Suſtulerunt, ſuſtinuerunt. 21
Suum, eius. 61. f.

T.

Tabeſcens ſuperbia. 21
Tanti tot. 24
Tarditas, ſtultitia. 24
Tenaces, populi nomen. 2
Tentorium, caſtra. 83
Tentus ambitione. 78
Tenere fugam 13. ciuitatem. 22 iuſtitiam. 35. uiam. 47
Terminato die determinate. 21. 41
Teſtificari, firmare. 32
Teſtimonium, ueritas. 8. magni uir. 53
Timidum bellum, horridum, horrendum. 33
Titiones. 45
Tortoſa. 49. Vide auctorem primum.
Totum, omne. 7. 40. 46.
Trabs una 60. hominum onus. 71
Truderat. 19
Truncus naribus & uirtute. 15
Tumultus. 58. proceſſionis. 71
Turcare. 22. 61. Turcati. ibid.
Turcopuli quid. 16
Turcarum fuga metuenda. 12. mos, in prælio cingendi. 14. 17. 32. fugientes iactant omnia, etiam ephippia. 68
Turris, arx. 76

V.

Valde abundat. 63. & alibi.
Valentes ad arma. 73
Vallum, foſſa. 5. 11. 81. 21. 24. 39. 73
Vel pro & 12
Venetici. 49
Venia. SS. communio. 26. uide notas.
Vendunt Turcos Chriſtiani. 37
Verbera, afflictiones. 67
Verbotenus. 2
Vernum, uer. 9
Veſtire urbes, munire. 58
Vexillum inuerſum. 9. contumelia. 18
Victualia fieri auibus. 20
Vigilanter, uigilando. 49
Vigiles in muris. 22
Vigor, uirtus. 20
Viminea nauis. 77
Vincere uel mori. 19. 38
Vires, copiæ. 9
Viri, homines. 60
Virtutes,

*Virtutes, miracula.* 55
*Vnde, qua de re.* 50. *inde.* 51
*Vnus poſt alium.* 47
*Vos mortuus eſtis.* 49. *Gallicimus.*
*Vſque ad eam diem, intra.* 74
*Vtilitas & probitas.* 71
*Vulgus, milites.* 80
*Vulneribus incaleſcentes, uirtutes.* 68

# NVM. V.

## AD

# FVLCHERII CARNOTENSIS,

## HISTORIAM PALAESTINAM ANIMADVERSIONES.

### CAP. I.

MAnuſcripto hoc auctore, ueterum teſtimoniis cum primis commendato, uſi ſumus ex bibliotheca Baſilienſi, cum Anni M.DC.XIIX. hiemem integram in illa ciuitate degeremus. Bibliotheca inquam, neſcio an Academiae publica, an priuata Theodori Zwingeri. Huius enim doctisſimi & optimi uiri comitate non paucis eo tempore bonis libris uſi ſumus. Ad hunc autem codicem bonitate minime acceſſerunt, quibus uſus Iacobus Bongarſius, neque integritate, neque emendata ſcriptura; ut plane ex alia editione hunc noſtrum propagatum arbitremur. Habet autem omnia quae a Bongarſio conſarcinata ſunt, adiectis in calce & fronte multis aliis excerptis & obſeruationibus, quibus, ut ad noſtros auctores nihil pertinentibus, manum abſtinuimus.

*Imperatore dicto.*) Vel quia cum pontifice Romano

mano huic principi minime conuenit; uel quia homo Gallus imperatorem Germanorum dicere noluit, ne qua in re ſuo rege faceret altiorem ſcilicet. Sic in infinitis hoc genus auctoribus legimus *Reges Germanos*, quos noſtri homines ubique Imperatores dicere malunt. Sic Alemaniae Regem eumdem Henricum uocat infra, cap. LXXXIV.

Reges Germaniae.

*Sublimius prouehendum.*) In ſcripto exemplari manu ſatis antiqua adſcripta ſunt haec ipſi: Mala ſit ipſi gratia, ſic enim perierunt, principum auctoritas, pax publica & priuata, Regna denique, & omnia.

Subruo. *Subrui.*) clam intrudi, nec niſi omnibus ſuis bonis traditis, dimitti.

Trifariam. *Trifariam.*) omnibus modis. Gallicismus. Qui tertio numero omnem ſummitatem rerum abſoluit. Vt *tresbon*, *tresmauuais* - Omnibus quos Grammaticorum filii *ſuperlatiuos*, barbare ſatis, uocant.

Romania. *Romaniae.*) Vetus Scholion-Turciam, Aſiam minorem, Natoliam exponit.

*Super chriſtianos.*) iis eiectis. Contra eos. Sic ex idiotiſmis ſuis plerique hi autores. Exempla aliquot uide in Gulielmo Gemeticenſi,& Ordrico Vitali alibi notata.

*Trecentis decem.*) Paullo aliter Bertoldus Conſtantienſis,ut ad Baldericum Dolenſem lib. I. cap. VI. nuper notauimus. Viſendum ad hiſtoricos, quorum tradita conferre & excutere minime eſt noſtri inſtituti.

Dulcifluus. *Dulcifluam.*) In MS. clare legitur-per allocutionem dulcifluam.

*Innotuit.*) cognoſcendam propoſuit. Sic loquitur infra multis in locis, ut cap. XVII. c. XXXIV. cap.

cap. LVII. cap. XC. cap. XCVII. & infiniti alii.

*Tantimodu.*) tot exemplis, modis &c. Sic infra cap. V. cap. XIX & alii.

*Sollicitatione.*) Melius membranae - ſollicitudine. Sollicitatio.

## CAP. II.

*Apoſtolatus.*) Sic ſpeciatim uocatur dignitas pontificatus Romani. Vnde epiſtolarum ſcriptores ei epiſcopo ſcribere ſolent - Apoſtolatui ueſtro - Vide Aduerſaria.

*Supereminente.*) Sic & MS. Id eſt *adigente, cogente.* Loquitur ſic infra cap. VIII. Superemineus.

*Vrbanus.*) Nec hic membranae uariant. Deflectitur autem haec uox ſimul ad Papae uocabulum, & urbanitatem ſermonis. Hanc enim in eo commendant alii ſcriptores. Sic Robertus monachus, lib. I. cap. II. Haec & id genus plurima uti Papa Vrbanus urbano ſermone perorauit, ita omnium affectus conciliauit &c.

*Eluuione.*) Sordes hypocriſis dicit, tum tamen toto clero miſere regnantes. Eluuio.

*Subfragamine.*) Opitulatione, auxilio. Subfragamen.

*Baculos in manibus.*) Alludit officii paſtoralis munia, in cuius admonitionem baculos conſecrandi accipiunt. Vide ſcriptores de diuinis officiis. Amalarium Fortunatum, Iſidorum, Rupertum Tuitienſem, Gulielmum Durandum, alios. Baculus.

*Subruemini.*) Proiiciemini. Sic locutus initio capitis ſuperioris. Subruor.

*Defeceritis.*) Clare ſcriptum eſt in membranis - defecerit is - Sol nempe. Deficio.

*Quanta ſalitio.*) Id eſt copia ſaliendorum hominum. Salitio.

*Idiotam plebem.*) Indoctam ſcribere & legere

 ignaram.

ignaram. MS. Scholion. Raymundus Jordanus eſt hoc nomine ſcriptor quidam ſemiuetus; quem ego Hugonem de Sancto Victore eſſe arbitror, ut argumento idoneo, puto, alibi docuimus.

Vilipenſa. *Vilipenſam.*) dignitate exſutam, proiectam.

*Subigi.*) conculcari. Schol. MS.

*Tantum perditum.*) Hoc eſt *damnum*. Ita loquitur, ſi memini, Prudentius.

*Edoctum.*) apprime doctum & experientem.

Scrutator. *Scrutatorem.*) Diligentem omnium morum inueſtigatorem.

*Prouiſorem.*) quae deceant a longe prouidentem & curantem.

*Ambobus cauea patebit.*) Diſertius loqui uolens quam uulgata ſcripturae interpretatio habet, neſcit uti uocibus.

Angiportus. *Angiportus.*) Loca tenebroſa & tetra dicit, ex euangelio. *Angiportus*, anguſta & difficilia loca. Infra, cap. XXXV. Guibertus abbas lib. V. cap. VI. Vbi *angiporta* leguntur. lib. II. c. II. lib. VI. cap. XVIII

*Literam ab omni ſeculari poteſtate.*) Huius, ueterum exemplis minime reſpondentis, ſententiae obſequio infinita hominum millia peſſum iiſſe notat Scholiaſtes.

Exlex. *Exlex habeatur.*) Id eſt excommunicetur, anathema ſit, ad quem nec diuini nec humani iuris quicquam pertineat. Sic *exleges* dicuntur Turcae infra cap. XIIX. Guibertus abbas. lib. II. cap. VII.

*Seipſum dereliquit.*) Immemor fuit ſalutis ſuae. Multa huc pertinentia notata ſunt ad Papinii Thebaidem, libro II. v. DCXI.

*Referentibus.*) Quibus inquiſitio talium commiſſa.

*Per uiam gredi audeat.*) MS. ſimpliciter - per uiam ingredi. Per uiam gredi.

*Ingenio.*) Dolo, aſtutia.

*Treuiam.*) Pacem publicam dicit, ſe ipſum exponens. Vide Franciſci Iureti, doctiſſimi optimique uiri, notas ad epiſtolas Iuonis, pag. 657. & ſeq. Pax temporalis hoc nomine uenit alioquin, ſiue induciae. Vt apud Gulielmum Tyrium, lib. XXII. cap. I. & cap. VIII. Noſter infra, cap. IV. Treuia.

CAP. III.

*Aſpirauerunt.*) Aſſenſi ſunt, fauerunt. Ouid. Init. Metamorph. Infra ſic cap. IV. Aſpirare.

*Valitudinem.*) Potentiam, fortitudinem, uirtutem. Sic infra cap. LII. cap. LXXXV. Bartolfus Nangeius, cap. XLII. Guibertus lib. V. c. XXI. Valitudo.

*Quatinus.*) Vt.

*Apud Romaniae fines.*) Melius MS.- trans Romaniae fines. Sed & uerum eſt eo ſecutisque & praecedentibus temporibus, omne Graecum Imperium hoc titulo appellatum, uti & hiſtorici eorum ſuas gentes *Romaeas* uocant, Francos uel Latinos, Occidentalis Europae incolas. Romaniae fines.

*Lite bellica.*) pugna, praelio. Notatum ad caeteros hoc genus auctores. Vide commentaria noſtra ad Gulielmum Britonem, lib. VIII. v. XXXIV. Lis bellica.

*Supergredientur.*) uincent, conculcabunt. Supergredior.

*Noſtratibus.*) Chriſtum agnoſcentibus.

*Inueſtitus a Deo.*) Dicit imperium clauium, quod Petri haeres ſibi uindicat. Inueſtitus a Deo.

*Daemonibus ancilla.*) prorſus mancipata. Sic *ancillari* infra cap. XLV. Ita *ancillae eccleſiarum*, apud Iuonem Carnotenſem. &c. *ancillari*, Robertus monachus lib. I. cap. I. ex iſto. lib. IX. Ancillari.

cap. VI. ancillaria eccleſia, Albertus Aq. lib. VII. cap. LX.

Diſtendo. *Diſtendere.*) Extendere, multiplicare.

*Solidis paucis.*) Exigua pecunia. Conuentione ſolidorum militantes. Vide ad Albertum Aquenſem, qui ita conductos mercede milites uocare ſolet.

*Propriis locatis.*) poſſesſionibus ſuis aliis ad tempus elocaris.

*Amici eius erunt.*) Hoc eſt ſanctorum numero adſcribentur. Hic enim ſanctorum hominum etiam in hac uita titulus. Hericus Altiſſ. de ſuo Germano lib. V.

*Quantus erat ſancti, ſanctorum mentibus, ardor,*
*Affectu quanto, quanta pietate, colebant*
*Quem norant ſummum ſummae Deitatis amicum.*

Sumtus. *Sumtibus.*) pecunia. Feciſſe hoc ſummos eius ſeculi principes, ut nimirum totas ditiones ſuas pro parata pecunia, oppignorauerint, ad bellum ſacrum pꝛoficiſcentes, teſtatum faciunt plerique omnes hoc genus hiſtorici.

*Mora non differat iter.*) Scribendum cum MS. *mora nulla.*

*Verno ſubſequente.*) Ver primum, ipſum im-
Vernum. mo totum, *uernum* uocant hi ſcriptores. Vide notata aduerſariorum uolumine primo.

Trames. *Tramitem.*) Iter. Verbis paullo ab uſu communi remotioribus, conueniat an ſecus parum ſolliciti, pro eloquentia habent hoc genus auctores.

## CAP. IV.

*Exoraturos.*) Oraturos omnibus adhibitis machinis. Vide Aduerſaria.

Benedictio data. *Benedictione data.*) Lege cum MS. *Benedictione*

*ne adepta* - Exigua ſunt talia, ſed tanti tamen, ut auctoribus ſuae locutiones prae ſpuriis reddantur.

*Pacem.*) Hoc de diſſidentibus eatenus inter ſe principibus capiendum.

*Defecatae mentis.*) purae ab odio, inuidia, &c. Vide doctos ad Plautum. &c. Defecata mens.

*Amoenum.*) iucundum, & delectabile. Amoenus.

*Aut quolibet genere pallii decoras.*) Inſipida lectio. Emacula cum MS. *ſuper quolibet genere pallii.* Omnium ſtatuum & aetatum ueſtes decuiſſe hanc notam autumat.

*Birris.*) Vide ad Claudiani Epigrammata, in recenſione ſecunda. Birrus.

*Victoriae ſigno.*) Alludit Conſtantini Magni tempora & hiſtorias, cum ea ſubſequentibus, quibus continue ſignum crucis cum ſignis & uexillis geſtatum fuit in pugnas. Memini multa de hoc olim ad Prudentium commentari, aliquando etiam recolenda.

*Diriuatum ſignificatum.*) Priorem harum uocum non habent membranae. Diriuatus ſignificatus.

*Speciem inſignierunt.*) Scribe cum MS. *ſpecie nempe ſemet inſigniuerunt.*

*Patet & quidem.*) Mſ. *patet ſic equidem.*

*Animae uictui.*) Scribe cum MS. animae uicturae natum eſt. Vitae enim iungit natiuitatem; nouas utraſque ſcilicet inſinuans. Conſonant ſequentia. Duo ſubiiciuntur uerſus Hexametri.

*Poſtea floruit orbis.*) Membranae habent - *floruit ortus.* Id eſt orientales regiones. Quod & ideo recipiendum puto, quia rhytmum in uerſu meliorem faciat, quem omnino affectauit in poſteriori ut in priore hic Fulcherius.

Viuax inſtinctus. *Inſtinctu uiuaci.*) Efficaci admonitione. In MS. eſt - *uitali* - Nil muto.

Circinare. *Circinando.*) Circumuagando. Notatum ſupra ad Agilaeum. De Guiberto Antipapa conſulendi annales temporum, hic non excutiendi.

*Imperatoris Baioariorum.*) Non uult dicere *Romanorum* aut *Germanorum*.

Apoſtolicatus. *Apoſtolicatus.*) Non Apoſtolatus. Proximus nempe hic titulus apoſtolatui ipſi, ut pridem multis alibi notatum eſt. Bene autem ſic & membranae.

Epiſcopi cardinales. *Epiſcopis cardinalibus.*) Cardinales dicti, quia apoſtolicae ſedis auctoritas his uelut cardinibus innititur, habent enim ſoli hi ius eam ſucceſſoribus ſemper nouis, decedentibus qui fuerunt emeriti, fulciendi. Haec Scholiaſtes antiquus, quem ſuſpicor Iureconſultum aliquem Caeſarearum partium fuiſſe.

Suſtentamen. *Suſtentamine.*) temporali, non firmo. Scholia.

*Alienum fecit.*) ne accedere illud poſſet, & Romae reſidere. Idem Scholiaſtes.

## CAP. V.

*Procliuem oberrantibus.*) patiebatur errantes uiuere in peccatis ſuis. Vrbanus autem officii ſui omnes eos ubique admonebat.

Mathildis. *Mathildis nomine.*) Mira de aſtutia, libidine, diuitiis, potentia, huius foeminae leguntur; quibus egregie pollens, partes illas contrarias defatigabat. &c.

*Cupiditates tamquam hoſtes.*) Vide multa exempla ad quartum conſulatum Honorianum apud eximium noſtrum Vatem.

*Exemplar iuſtae actionis.*) talem ſe & tale exemplar praeſtare debebat, ut nimirum pro uiro pio ſancto, &c. exiſtimaretur ab omnibus.

Phi-

*Philopompus.*) Pompas & uanitates ſeculi & gloriae conſectans. MS. Scholia. Philopompus.

*Pro honore tumere.*) Vi eius, & per licentiam potentiae efferri. *Honor*, dignitatem, magiſtratum, notat. Vide ad Gulielmum Britonem multa.

*Regregare.*) recolligere. Liſiardus cap. LVI. Regrego.

*Capitaneis fibris.*) Principalibus, caeterarum rectricibus. Vide ad Gulielmum Tyrium. lib. III. cap. III. & alibi commentationum. Lectio per collocationem uocum tolerabilior eſt in MS. dolore paſſibiliter deriuato, compatienter debilitari. Eſt inepta ſonantium uerborum conſtipatio. Sequens periodus pari ſtultitia magna ſonans, nihil uariat in Mſto libro.

*Viriliter ſubigebatur.*) Id eſt per uim uireſque conculcabatur.

*Diſtenderent.*) conuerterent & augerent. Diſtendo.

*Poſtea, ſicut oculis uidi.*) Non ſollicitarem hanc lectionem, ſi citra membranas eſſet; in quibus claris litteris ſcriptum eſt. Quod ego ipſe, Fulcherius fratellus fratrum, Carnotenſis, cum caeteris peregrinis iens, proferendo ſicut oculis uidi, diligenter & ſollicite in memoriam poſteris digesſi. Dixi initio uideri mihi noſtrum exemplar ex alia auctoris editione eſſe.

## CAP. VI.

*Perniciores.*) Celeriores. Non enim omnes parium facultatum erant. V. S. Pernicior.

*Iuxta eiusdem praecepta.*) Vides abuſum ſcripturae. Et hoc ſenſu oraculi diuini, multi dementati, relictis liberis, uxoribus, & omnibus aliis, aggrauata etiam multi conſcientia, tam periculoſum propoſitum exſecuti ſunt. Occurrit etiam aliis locis horum auctorum haec ridenda & deflenda huius dicti detorſio.

*Alli-*

Allitare. *Allitauit.*) Sic & Mſ. cum gloſſa - arriuauit --. Quod aeque barbarum eſt, haeret tamen in idiotiſmo Gallico. Vtrumque uerbum eiusdem pretii eſt, a littore alterum, a riuo alterum originem deferens.

*Quippe.*) Abundat haec uocula. Vt ſaepe alibi. *Patriam* regionem quamuis eſſe plurimis locis oſtendunt hi auctores, & ſaepe iam alibi notatum eſt.

*Peditibus, militibus.*) opponuntur hi ubique horum auctorum. *Milites* ſunt equites nobiles, Ritter, Germanis dicti: de quorum per haec & uicina tempora geſtis fabulae ſunt, mixtis hiſtoriis, rythmo proſaque omnibus idiomatis conceptae, notiſſimae, & pueris ubique decantatae.

*Sine pecunia.*) Sans auoir. De eo ad Albertum Aquenſem. Et alii.

Ruo. *Ruit etiam.*) Semipoeta, poetatur uti uidetur.

*Collegio.*) Societatem uocant alii, collectionem omnis generis hominum. Ita alii & ipſe Fulcherius infra cap. XXXIV. & cap. XC.

Diatim. *Diatim.*) In ſingulos dies. Continuo, dicere uult. Infra cap. LXXII. de transmarinis peregrinis eo tempore diatim exercitus noſter creſcebat. Scripturae loca detorta non ſine indignatione, nec ſine condolentia legas quae ſequuntur.

Parentes. *Parentes.*) Id eſt agnatos, cognatos, conſanguineos. Vide doctiſſima commentaria Iſaaci Caſauboni, amici olim noſtri, ad hiſtoriam Auguſtam.

Repatriare. *Repatriabit.*) Domum patriamque ſuam repetet. Vtitur barbaro hoc uerbo alibi. Vt cap. XVI. cap. XXX. cap. LXXXI. Gauterius Cancella-

cellarius, cap. XI. & cap. XXX. Gottfridus monachus, annalibus anni MCLXXV.

## CAP. VII.

*In arche autem una.*) Scribendum cum libro uetere, *arce*, turrim dicit; ut uiciſſim *turres* appellantur arces, ut turris Dauid, arx Sion. &c. Sic infra cap. XXIV. In arcibus homines ad cuſtodiendam urbem callocauerunt. cap. L. In arce una ciuitatis erant quindecim milites -- Arche.

*Nequitiam.*) Scholia uetera. Quicquid petulanter contra ius fit, nequitia eſt. Nequitia.

*Vindictam fieri optauimus.*) Hoc ſane uotum aperte contra fidem & legem Chriſtianam eſt; Habet tamen exempla in ſcriptura, praecipue in Pſalmis; quorum aliquot pene toti ſunt occupati in exſecratione & deuotatione inimicorum.

*Putauimus.*) Sperauimus. V. Schol.

*Praeuaricante fortuna.*) reluctante, dicere uult.

*Quod nobis nociuum obiecerunt.*) Scribendum putem - nociua cuncta obiecerat. Sed cum eaedem litterae in Mſ. ſuperſint, ad nautas rem referendam perſuadeor.

*Viles.*) Inhonorati, perfidi; Vide ad Gul. Britonem, lib. III. v. 641. Vilis.

*Supereminente.*) Locutionem repetit, ex capite ſupra primo. Supereminens.

*Super ſpatulas.*) Legendum cum membranis optimis - ſcapulas. -- Illae enim prodigio innatae hominibus cruces ſolebant ea potiſſimum parte corporis conſpici. Raimundus Agileus, cap. XLIV. - Sex aut ſeptem de noſtris pauperibus capti & a paganis interfecti ſunt. Hi autem omnes defuncti cruces in humeris dextris Spatula.

ha-

habuerunt. Vbi pariter de exſultatione idcirco ſociorum.

Praeoccupatus. *Praeoccupatis.*) Morte nimirum.

CAP. VIII.

*Cordis debiles.*) Scribendum -- cordibus debiles, cum Mſ.

*In aquam ſic deceptionem ſe infigere.*) Mira locutio, nec uariant tamen uel uno aliquo apice ueteres membranae. Scribendum dicas - numquam amplius in aquam ſpem deceptricem ſe infigere. Sane ſic eleganter ſcripſerit. Eadem ſententia eſt in Idyllio uetere elegantiſſimo, quod diuerſis titulis editum Theocrito aliquando, aliquando Moſcho, nonnumquam etiam Bioni adſcriptum eſt, blandientis Oceani auerſantis temperiem poetae elegantiſſimus iocus.

Artemo. *Artemonibus.*) Mſ. gloſſa -- Id eſt ancoris ferro grauisſimis.

*Nos impegimus.*) Vi nos intulimus. Saepius ſic locutum Baldericum, ad eum eſt notatum.

Vadare. *Vadare pedetentim.*) Mox uadum ſe reperturos ſperabant.

*Quod nullus cernentium.*) Scribendum - quos -- Adſtipulante libro uetere.

*Multas ibi.*) Scribendum -- multa ibi pietate.

Dextrarii. *Dextrariis.*) deſtriers. Gallicum. Notatum pridem doctis, & nobis alibi ex Gulielmo Neubrigenſe, Roberto in chronico Altiſſiodorenſi, Rigordo, Gotefrido Colonienſe, Caeſario Heiſterbachenſe. *Dextrarii*, a dextra uerſione. Nam & Solino, miro interdum latinitatis auctore, dextratio in latus dextrum flexio, nuncupatur. Sed de eo, totoque dextrae uſu alibi diſertim copioſeque.

Praeeſſe. *Praeerant.*) Obiiciebantur. Ante oculos erant.

*Mon-*

*Montanis poſtpoſitis.*) a tergo relictis. Ita abſcondere inſulas aut montes Argonautas, quos praeteruehebantur, pulcre dictum Valerio Flacco.

*Niſi nauigio tranſiri.*) Non niſi nauigio. Sic Robertus monachus lib. I. cap. V. Nullum erat uitae ſolatium, niſi ſola mors pereuntibus erat ſubſidium. Hoc eſt, nihil per omnia niſi ſola mors --- Nauigio tranſiri.

*Tranſigentes.*) Id eſt transmittentes. Ita etiam Mſ. & nihil eſt mutandum. Ita enim infra cap. XXIII. Vltra deinde progreſſi, non longe ab urbe Beruto tranſigentes, inuenerunt urbem Sidonem &c. Tranſigentes.

## CAP. IX.

*Stipendium.*) Victualia. Robertus idem lib. II. cap. V. Auctor primus capite X. Baldericus lib. I. cap. III. & cap. VII. Albertus Aquenſis lib. VIII. cap. XXXII. lib. IX cap. XLIV. Guibertus abbas lib. V. cap. XXIV. lib. VI. cap. XV. lib. VII. cap. XXVI. cap. XLI. lib. II. cap. II. lib. III. cap. III. lib. IV. cap. III. cap. XIV. &c. Stipendium

*Sed honoratim.*) Honoris nomine, quos honorare uelut uolebat. Sic & Mſ. Honoratim.

*Ad horam in eccleſiis.*) Horis iis quibus ſacra obibantur in ciuitate.

*Vt ſpero.*) exiſtimo, arbitror.

*Facere recuſauit.*) Hominium abſolutum recuſauit. Vide Agileum, qui in comitis huius comitatu omnibus praeſens adfuit.

*Numismatibus ſuis.*) Duplicia ea exhibuit peregrinis. Byzanteos proceribus, Tartaronas plebi militari. Vide caeteros uberius omnia deſcribentes. Numiſmata

*Quoniam obſidione.*) Emenda cum libro ſcripto -- Quam iuncta obſidione -- *Vſui*

*Vſui ſagittario modernos.*) recentes, rudes.

## CAP. X.

Probitas. *Probitate.*) Virtute bellica. Multis ad Gulielmum Britonem.

De numero ſapere. *Qui de numero ſapiebant.*) Imo *non ſapiebant.* Hoc eſt *neſciebant numerum.* Obſcurior locutio eſt, nec mutant aliquid membranae. Sententia eſſe debeat quam ſexies tantum eſſe cenſuiſſes, ſi ſecundum uirtutem non numerum aeſtimare uoluiſſes. -- Sed aliud ſentit, nimirum galeis & loricis munitorum centum millia fuiſſe; reliquorum, qui bello quidem utiles eſſent, minus tamen armis obmuniti, acceſſiſſe his, ſecundum eos qui poterant ſcire hoc, quingenta millia &c. Ita & Bartolphus exſcriptor. c. VI.

*In locis multis.*) Veritatem hic ſeruat liber ſcriptus, ſcribendo -- uel in locis incultis, multis eorum millibus occiſis, etiam nobiſcum eundo multi infirmati, & defuncti, uitam finierant. Rectiſſima reſtitutio.

Aries, ſcrofa *Arietes, ſcrofas.*) Singulas has machinas alibi ad hos ſcriptores, illuſtrauimus.

Diſtendere. *Diſtendebantur.*) Occupabantur. Saepius ita hoc uerbo utitur.

*Saepe de Turcis.*) Adde uocem ex membrana -- ſaepe multi --

*Viuibus deorſum dimittebant.*) Scribendum -- funibus, cum membranis. Omnia autem iſta κατὰ πόδα exprimit auctor Bongarſio ignotus, editus uero pag. DLX. quem membranae noſtrae Bartolſum Peregrinum de Nangeio uocant, quem poterit ſtudioſus lectionis Fulcherio committere.

Placitum. *Placito.*) Conſilio callide cum imperatore inito. De Turcis dicit, quos non ſentientibus aſtu-

aſtutiam eorum obſeſſoribus, Alexio Niceam reddidiſſe dicit. Quod an uerum ſit, nos quidem ualde dubitamus, cum caeteri ſcriptores ultro ab peregrinis imperatori Graeco conceſſam conſenſu ſcribant. Solus Bartolphus modo dictus Fulcherio aſſentitur, cap. VII. Sumto, inquit, clam Turci conſilio urbem imperatori reddiderunt &c. Medium tenet Guibertus, per imperatorem Turcos obtinuiſſe a Francis liberum exitum aiens lib. III. cap. VIII. Scriptor moleſti lectu ſtili, ſed admodum tamen cordatus.

*Vnius menſis.*) Scribendum cum membranis Iunius menſis. Et ſic ad uerbum Bartolfus, modo memorato capite.

*Barones noſtri.*) Proceres. Vide ad Gulielmum Britonem. Baro.

*Audacitatis.*) Digna auctore uox, nec mutatur a membranis. Repetitur uero infra cap. X. cap. XX. cap. XXIX. cap. XLVI. fin. & cap. LX. Audacitas.

CAP. XI.

*Mandati uenerunt.*) Nunciis miſſis adducti. Triginta dierum iter, immenſa res eſt, cum Hieroſolyma tanto non abfuerit iſti loco. Nomina Turcicorum principum ſic ſinimus, nec enim in mutatione operae pretium. Aliter elata habet ex iis non nulla etiam Bartolfus.

*Inſipienter ſe a nobis.*) Alii ſcriptores cauſſam rei iſti exercitui adſcribunt, in quo proceſſit cum ſuo Normanno principe Fulcherius noſter. Inſipienter.

*Turci non retentis.*) Hoc eſt fuga elapſis, non captis. Diximus alibi ad hos autores. Et ſic capite ſequente.

*Vehementer.*) Scribe — pluuiam ſagittarum uehementem nobis iuxta c. Mſ.

*Mortuique & multi laeſi.*) Membranae melius - *mortui quidam & multi laeſi* - Quae ſcriptura ipſiſſimam reducit nobis ueritatem. Sed & mox - *omnes timidi, uerſi in fugam.* Quae iunctim ſic reſtituenda, pulcram lectionem reducunt. Turci autem audaciter (ſic Mſ) ululatibus concrepantes pluuiam uehementem ſagittarum nobis iacere ceperunt. Sed ictibus tam crebris nos ſtupefacti, mortui quidam, & multi laeſi, omnes timidi uerſi ſumus in fugam. Illud etiam monendum *omnes timidati* primitus ſcriptum fuiſſe, cuius correcti, ſed male omnino, clara apparent indicia. Sic alii. *Timoratum* dicit Baldericus lib III. cap. VII. &c.

Timidati. Timoratus.

*Cum forte*) Minus accurate haec tradit Fulcherius. Vtique enim non forte, ſed accerſiti adfuerunt opitulatores iſti, ut tradunt caeteri auctores.

*Sperare poſſent.*) Arbitrati fuiſſent, ſi ueritatem rei ſciuiſſent.

Laxuria polluere.

*Luxuria polluebat.*) Libido, & uetiti concubitus. Dictum ad alios ſcriptores.

*Et paganorum.*) Turci enim multum faedis ſuis clamoribus in bello tribuebant. Vide quae ad Baldericum libro ſecundo capite primo notata ſunt.

CAP. XII.

*Cantantes orabant.*) Scribe cum ſcripto codice -- cantantes plorabant.

Triumfare fauet.

*Nec armis lucidis triumfare fauet.*) Lege --- triumfari cum Mſ. *Fauet* pro *uult*, potuit, eruditius caeteris, perſuaſione ſua, loquens.

*Tunc nobis praeſtitit*) Scribe *reſtituit*, cum codice ueteri.

*Conſociis noſtris.*) Commilitonibus. Saepe ſic Albertus Aquenſis. *Tur-*

*Turbas & cohortes.*) Recte Mſ. *turmas & cohortes.* De equitatu enim & peditatu ad reſiſtendum iunctis loquitur, ut ſupra hoc eodem capite.

*Concretis.*) Mira locutio. Nec mutat hanc Concretus.
uocem liber ſcriptus; in quo legitur tamen iuuandae reſtituendaeque ſententiae: *A prima diei hora usque ad ſextam nos, ut dixi, anguſte coercuerunt: Sed tunc paullatim nobis reanimatis, & de noſtris ſociis concretis affuit mirabiliter diuina gratia* - *Concretis*, id eſt in unum *redactis*; fuerant enim antea diſrupti, ut ſupra dictum. Eſt ſane mirifica indoles loquendi in his auctoribus, nec facile citra auctoritatem mutandum, quod difficulter capias, etiam aſſuetus eorum lectioni. Itaque conſultiſſimum eſt ſcriptis codicibus ubique inſiſtere.

*Pro timore.*) Scribendum - *prae timore* - In ſcripto eſt. *Pro timore* --

*Retinuimus.*) Hoc eſt cepimus paucos ex Turcis. - Ita capite praecedente. - Et cap. ſeq. de equo retento.

*Poſt eos.*) Eos perſequentes.

*Manſiones quaeſierunt.*) Latibula intelligit, & Manſiones
ſic Manuſcripta Scholia. quaerere.

*Quam nominant peruam.*) Scribendum cum Mſ. *paruam.* Et ſic Bartolfus, qui epitomatorem hactenus agit Fulcherii noſtri, cap. VIII. Tranquillum iter donauit fidelibus ſuis Deus, donec paruam Antiochiam attigiſſent. - Inde Iconium uenientes, inopia & fame, multisque neceſſitatibus afflicti ſunt.

*Deploratam.*) Mſ. Depopulatam. Quod ſe- Deploratus.
quimur. Seruauit id uerbum & Bartolfus.

*Verueces, capras.*) Pro plebe iumenta, ridicula Verueces,
caprae.

ſane pro militibus & proceribus. Eamdem rem deſcribunt omnes fere caeteri auctores, & peccauit cum omiſit, Bartolfus.

*Tribus*) Nationes dicit, male uſus Latinitâte ſcripturae. Quas autem gentes ſpeciatim, numero nouendecim, ſex aut ſeptem nationibus comprehendere poterat, & debebat etiam quidem. Franci, Galli, Britones, Allobroges, Lotharingi, Normanni, Aquitani; quidni ſubeant unum Gallo Francorum uocabulum, cum uno idiomate, certe una lingua, loquantur. Sic Alemanni, Baioariique una res ſunt. Sic Flandri, Friſii, itidem ſub unum genus ueniunt. Idem de reliquis iudicium facias. Potuiſſet autem plures nominare Fulcherius, ſi ſic cenſum inire uoluiſſet. Facile enim hae gentes in ipſas quadraginta diuiderentur. Non autem tanta talium in eo erat rerum peritia, nec in multis aliis nobiliſſimis etiam ſcriptoribus; uti exemplo ſit Conſtantinus Prophyrogenitus in libro de adminiſtratione imperii, imperite multa pronuncians, inter quae ridiculus eſt, cum Saxones & Francos, eumdem eſſe populum ſtatuit &c.

Sapere. *Saperem*) Scirem, noſſem. Non plane barbaro abuſu, ut quem legimus etiam penes Petrum Chryſologum, Auguſtinum. Sic *ſapidus* prudentem, multarum rerum ſcientem, notat Alcimo Auito libro ad Fuſcinam ſororem. v. 506. & v. 30. Immo ab ipſo Ennio *ſapere* pro noſſe, ſcire, uſurpatum, alibi diximus, nec non apud Plautum pari uſu legitur &c. Vide medium uolumen aduerſariorum.

Perdere. *Perderet.*) Solaeciſmo temporis ita frequenter loquitur. Rem enim ſe praeſente ſic actam teſtatur, ſuſpenſa hac locutione, quam ille elegantem loquentiam arbitrabatur.

CAP.

## CAP. XIII.

*Alburno ſplendore fulgens* ) Sic & Mſ. *alburnum* uocat inter flauum ſiue igneum & album, colorem medium. De re ſic Bartolfus, dicto cap. VIII. Cumque ad urbem Heracleam perueniſſent, uiderunt ſignum in coelo nimio ſplendore, in modum enſis cuſpide uerſus orientem protenta. Sic uero & alibi loquitur. Cap. XVI. Multi etiam uiderunt quoddam ſignum, in modum crucis figuratum, colore alburnum uerſus orientem recto tramite incedens. Sic & cap. LXII. & cap. LXXIIX. Alburnus ſplendor.

*Cuſpide protento.*) Sic Mſ. itidemque Bartolfus exſcriptor, non *protenta.*

*Proculcaſſemus.*) Inepta iterum remotioris uerbi uſurpatio. Proculcare.

*Valore ſuo.*) Strenuitate. Ita Mathaeus Pariſius, pag. CCXXI: I. *Valens* Byzantiorum, pro ualore eorum, legitur in edicto principum regni Hieroſolymitani, apud Gulielmum Tyrium, lib. XXII. cap. XXXIII. Supereſt haec uox in idiotiſmis hodiernis. Valor.

*Quaſi centum uel paullo plus.*) Mſ. *quaſi centum & ſemis plus.*

*Mandatus.*) uocatus, nuntiis expeditus. Mandatus.

*Inde credulum.*) Vt fidem dictis haberet. Quomodo aliquando nimium propere hic princeps crediderit, hiſtoria apud alios ſcriptores docet. Credulus.

*Hinc & inde linquentes ea.*) Cauentes, circumeuntes.

*Retinuit.*) Id eſt *cepit* & ſibi ſeruauit. Retinere.

*Pedes & pannos oſculabantur.*) More ueteri Chriſtiano, erga eos quos enixe colere quis uolebat. Vide Paullini Nolani epiſtolam de abitu

& reditu ad ſuos, cognatae ipſius, nobiliſſimae faeminae & Chriſto addictiſſimae, Melaniae.

## CAP. XIV.

Indulgentia *Indulgentiam*) nequiuerunt impetrare a ciuibus, ne principem ſuum interimerent--Adoptatus autem ab eo fuerat Balduinus; ut poſt alios ſcribit Guibertus.

*In patria erant.*) Tota illa regione.

Deliqui. *Deliqui.*) Id eſt *reliqui.* Etiam ſic membranae.

*Orontem.*) De rapiditate huius fluminis lege itinerarium Ioannis Cotouici.

*Certamen peſſimum.*) Vtrinque noxioſiſſimum.

*Tredecim miliariis*) Adiicit paullo alium ſenſum liber manuſcriptus.-- ſiue itinere unius diei pedeſtri.-- Qui utique librarii nullius, ſed ipſius auctoris eſt.

## CAP. XV.

Pedetentim. *Pedetentim.*) Id eſt pedeſtri itinere. Et ſic ſupra iam locutus eſt. cap. VIII.

*Vadare per flumen illico.*) Scribe ex Mſ. peruadare flumen &c.

Excuti. *Excuti*) Liberari. V. gloſſa.

Aduocatus. *Aduocatum eorum.*) Mſ. Aduocatum coram Deo eorum.. Optime. De aduocatis urbium, ſanctis, notatum primo aduerſariorum uolumine.

*Gens noſtra.*) Copiae militares. Idiotiſmus Gallicanus.

Munire. *Munirent.*) adiuuarent. Nihil enim mutandum.

Rapinans. *Rapinantes.*) Agentes, ferentesque omnia. Nec eſt improbum uſu uerbum.

*Perſaepe occidebantur.*) Id eſt plurimi. Ita gloſſa antiqua.

CAP.

CAP. XVI.

*Caſtris affinibus.*) Iuxta, ſed ſigillatim collocatis.

*Deſolati.*) In manuſcripto clare eſt ſcriptum *deſolatiati*. Probe. Deſolatiati.

*Panis neceſſitatem*) uictualium penuriam.

*Deficientiam.*) Defectum. Deficientia.

*Canes etiam*) Canum comeſtorum exempla ad Gul. Britonem notata ſunt. De humanis carnibus peculiare caput dedimus tertio uolumine aduerſariorum.

*Mures.*) Etiam eos qui in fimetis aut cloacis naſcebantur. Non eſt ſuperflua uox.

*Inueterata.*) Situ corrupta, uetuſtate in nihilum redacta. Inueteratus

*Diu enim agonizantes.*) Corrupta haec uerba indicant tam liber uetus quam ipſa ſententia. Scribendum ex utriusque ſuaſu: Diu enim agonizantes etiamſi gladius percuſſoris non adeſſet, martyrii curſum multi uarie compleuerunt, & multi forſitan a ſancto Hiob gratiam tanti exempli ſumſerunt. Agonizans.

*Quaeque uult*) Id eſt *quaecunque uult*. Notatus uſus talis in libris aduerſariorum. Lib. CLIV. cap. II.

*Sentio quod uerbere Chriſtianorum.*) Et haec intricata, explicant membranae, in quibus legitur -- ſentio quod ſub uerbere Chriſtianorum - Id eſt non ſine caſtigatione & afflictione etiam ipſorum Chriſtianos uoluit dominari in paganos.

*Saluti augmentum.*) In Mſ. eſt - argumentum -- Nihil tamen mutamus.

*Et ualde nobilis*) In Mſ. eſt - ualde utilis. In caput conſilii eleuatum conſenſu principum

V 4 fuiſſe

fuiſſe hunc comitem conſentiunt ſcriptores. Vtilis ergo prae reliquis fuit, non nobilior caeteris, ut ſtemmata omnium indicant. Neque tempus tamen huius diſceſſus, neque modum recte ſcripſit Fulcherius, cincta enim a Turcis Antiochia, Stephanus refugit, ut clare ſcribit auctor primus, cap. XXVII. Eumque ſecuti Robertus monachus lib. VI. cap. VIII. & alii. Res ita componi poteſt, ut ſciamus Antiochia nondum occupata, ſimulata inualetudine, Alexandretam ſeceſſiſſe Stephanum; cincta ea poſt occupationem armis Turcicis, hominem penitus ſeceſſiſſe in Franciam &c. Minus accurate autem, ut dixi, Fulcherius totam rem, utpote Balduino adhaerens, conſignauit.

## CAP. XVII.

*Plerosque de Turcis.*) Id eſt non paucos, minime tamen maiorem partem. Et ſic *plerorumque* uoce utitur multis locis Iulius Obſequens, libro de prodigiis.

Introire. *Introire.*) Scribendum cum membranis -- interire.--

*Brute.*) Puto & alibi hoc nomen in hoc negotio legi. Pyrrhum tamen conſenſus auctorum uocat traditorem Antiochiae, qui fuerat Chriſtianus olim, per uim autem ad Turciſmum adactus & circumciſus, ut ſcribit Raimundus Agileus.

Clientes. *Clientibus noſtris.*) Armigeris, minoris cenſus militibus. Vide ad Gul. Britonem. Accuratius plerique caeteri totam hanc rem deſcribunt.

Diſplicari. *Diſplicari.*) Extendi, & uolitare.

*Aſſumſerunt.*) deleuerunt, ad caedem & rapinam traxerunt.

Caput

*Caput abſciſum.*) Caput hoc monſtroſum pulcre deſcribit Albertus Aquenſis lib. IV. c. XXVI. Caput, inquit, mirae groſſitudinis erat, aures latiſſimae & piloſae, capilli cani cum barba, quae a mento uſque ad umbilicum eius profluebat.

CAP. XXVIII.

*Lanceam unam inueniri.*) In Mſto legitur- Lanceam miram inueniri.

*Longinus.*) a uocabulo Graeco haſtae fictum nomen militis.

*Fallaciter occultatam forſitan.*) Non mala tamen intentione. Vetus Scholion. Vtique autem iſta Agilaeo debet Fulcherius, poſt quem multis annis ſcripſit, ut notum ex iis, quae in prolegomenis ſcripſit Iacobus Bongarſius. Fallaciter occultatus.

*Illam in cuſtodiebat.*) MS. in cuſtodia habebat.

*Illo ſtolido.*) tale quid de Petro illo Bartholomeo adnotat & Agileus. Stolidus.

*Benedictione iudiciali.*) De talibus uide doctiſſimi Iureti Notas ad Iuonis Carnotenſis Epiſtolas. Hiſtoria utique fraudem arguit. Vide ſupra ad Agilaeum. Benedictio iudicialis.

*Deſolati ſunt.*) Iterum in MS. Legitur - *Deſolatiati ſunt.* Deſolatiati.

*Foeminis exlegibus.*) Legi Chriſtianae non addictis. Foeminae exleges.

*Sexaginta millia Turcorum.*) Incredibilis numeri multitudo, quam uni caſtro ſucceſſiſſe prorſus non perſuadeor.

*Gaudendum.*) non ſit citra auctoris ingenium hic ſolaeciſmus. At eius non eſſe docent membranae, in quibus ſcriptum eſt-populo ad praeſens uictoria gaudendum.

CAP. XIX.

*Quo frater protendis iter.*) Verſus ſunt dimidiati,

diati, forſan & corrupti. Ne autem ueteribus ſit ineruditior, oracula etiam uerſibus eloqui uoluit.

*Tantimodum.*) Totiiugem. Illuſtratum iam ſupra.

*Chriſtianis pertinebat.*) MS. appertinebat. Optime.

*Sexcenti ſexaginta millia.*) MS. ſexies ſexaginta millia. Vtique ſcripſit Fulcherius. Sexcenta & ſexaginta millia - Numero quidem incredibiliore, tamen ab aliis confirmato.

Praebenda. *Praebendam.*) cibum, oblationem largiorem.

## CAP. XX.

Scarae. *Scararum.*) Cohortium. Agminum. Multis ad Gulielmum Britonem.

Supplantari *Omnino ſupplantari.*) facilime, ſtructo uelut pede, in terram proiici. Sunt iſta ex Agileo expreſſa ab Fulcherio, e Fulcherio poſtmodum ab aliis ſcriptoribus. Vtpote cuius ſequentibus ſeculis non exigua fuerit auctoritas.

Inuaſor. *Inuaſores*) Qui primi inuaderent paganorum copias. V. Schol.

Lotharingenſes. *Lotharingenſibus*) in manuſcripto eſt haec nota. Alemanni & Lotharingi erant longisſimis gladiis muniti, itaque maxime formidabant eos pagani. Dicas legiſſe eum exſcriptorem aut expoſitorem quae ſcribit Bartolfus Nangeius in iſta uerba cap. XVII. poſt hos Godefridus. Dux Lotharienſis cum pluribus comitibus Lotharingis, & legione gladiatoria. In eius auctoris manuſcripto exemplari gloſſema hoc Germanicum exſtat. Diejenigen ſo lange Schlacht-Schwerter führten/ und damit dem Feinde groſſen Schaden thaten.

*Minauit.*

*Minauit.*) Duxit. Vide ad praecedentes au- Minare.
ctores. Sic cap. XXIX. XXXV. L. &c.

*Retinuerunt.*) ceperunt. Iam bis ſupra dictum.

*Vtenſilia.*) Supellectilem domeſticam. Ex- Vtenſilia.
poſitio uetus.

*Galeros optimos.*) Turcica capitum tegumen- Galeri opti-
ta, quae prae caeteris nominat, quia magno ſaepe mi.
impendio, more ſuperbisſimae gentis, conſta-
bant. Aureorum meminit infra. cap. XXX.

*Tam feris.*) ſic ſcribendum ex MS.

*Quia cotidie non ſe ulciſcitur.*) Non indulget irae per totam diem. In manuſcripto nihil mutatum eſt, malim tamen legere - tota die - Id eſt continuo, & ſecundum ſcripturam conuenientior eſt is ſenſus.

*Iocundi.*) exhilarati. Multis alibi hunc ſer- Iocundus.
monem illuſtrauimus. Verſus ſequentes ope
membranorum ueterum ſic ſunt emaculandi.

*Vrbs cum capta fuit tam nobilis Antiochena,*
*Vndecies centum, ſi ſubtrahis inde bis unum,*
*Tunc tot erant anni Domini de Virgine nati,*
*Sub Geminis Phoebus cum bis nouies fuit ortus.*

CAP. XXI.

*Inclita turma principum totius exercitus.*) Sic ſcribendum.

*Et nos Hieroſolymitani.*) Hieroſolymis crucifixi. Vel uocant ſeſe ipſos hoc titulo; quo pacto uocem unam excidiſſe exiſtimem - *peregrini Hieroſolymitani* - In manuſcripto libro nihil opis, & nos ſine eo parum audemus.

*Ante diem parum.*) Die nondum orto. Ipſo crepuſculo inalbente. *Cum creperum lux alta micat* - Vt legendum eſt apud Martianum Capellam.

*Accepimus.*) Occupauimus. Sic & infra c. XLV. Accipere.

*Habere*

*Habere non potuimus.*) Scribe cum mſ. - nondum potuimus.

*Plusquam centum eorum milites.*) Praecedente capite ſexaginta millia dixit. Quae hoc loco centum. Verum autem eſt excidiſſe litteram *M.* Vt centum millia perhibeantur, uel legendum, quod uerius puto - centum eorum millia - Iuuat ſcriptus codex, qui lacunam hic duorum uerborum praefert.

*Ad ciuitatem deſcendentes intrare.*) Immo - non intrare. Optimeque ſic liber.

Girare. *Girare nos.*) Circumfuſis immenſis copiis circuire & incingere. Infra.

*Militibus interfectis.*) Recte membranae - millibus interfectis.

*Cum mille hominibus.* Vitiatus numerus.

*Moeſtum interuenire laetis rebus.*) - *quod in ipſis floribus angat.* Lucretius et Claudianus. -- *Gaudia permiſti cumulant inopina dolores.*

Honeſte eſſe. *Honeſte fuit.*) totus honeſtati fuit deditus.

*Commiſſio patre orbati.*) Mira locutio, nec iuuant membranae. Scribe. - *filii tui commiſſio*, - Id eſt tui filii, noſtri patris, commiſſione tibi redditi.

*Mandamus & remandamus.*) Nunciamus & indicamus.

## CAP. XXII.

Edulium. *Edulio.*) Omnis generis cibariis eſui commodis. Infra, cap. XXXIX.

*Maiores.*) Praeſides, principes, Duces. Gloſſa MS.

Nates. *De natibus Saraceni.*) Omnino horribiliora adnotat Raimundus Agilaeus, ut ad eum, Fulcherio etiam laudato, notatum memini.

Audacitas. *Audacitatis.*) Audaciae. Dictum ſupra.

*Pro-*

*Proportionis ſuae cuſtodes reliquerat.*) Sic ſcribendum cum MS.

*Prolocutionem ſuam.*) Id eſt occulta conſilia & colloquia cum traditore. Ita utitur hoc uerbo cap. LXIV. cap. LXXVII. cap. XL. Ne quis quid mutandum cenſeat. Prolocutio.

*Legatione.*) dolo comitis Tholoſani fictam ſcribunt alii. Legatio.

CAP. XXIII.

*Commercio expertem.*) hactenus non exhauſtam ſubuectionibus alimentorum ad caſtra, & ſpoliationibus uagantium militum.

*Tempus miſſionis.*) Scribe cum MS. *Tempus meſſionis.* Tempus meſſionis.

*Laudatum.*) approbatum; dictum ſupra.

*Tranſigentes.*) Tranſeuntes. Notatum & hoc uerbum ſupra.

*Inuenerunt.*) delati ad eum ſunt, appulerunt.

*Apollonius.*) Notisſima fabula Apollonii Tyrii, a Marco Velſero olim ſatis contaminata edita, tota a nobis alibi recenſita. Meminerunt ex his noſtris ſcriptoribus etiam Gulielmus Tyrius, & Bartolphus Nangeius.

*Euangeliſta ſonat.*) Quadam quaſi tuba intonat.

*Iam obfugauerant.*) Id eſt diffugerant. Scribendum putes - *abſugerant.* Obfugare.

CAP. XXIV.

*In arcibus.*) Id eſt turribus. Vide ſupra ad Caput VII.

*Calliditate moti.*) Scribe - *noti* - cum membranis.

*Crucibus aſſumtis & textis.*) Scribe ex auctoritate libri - *& erectis.* Erectae cruces, ſignum ſublimis animi, & laetorum ſucceſſuum.

*Nefandis.*) Sic uocat paganos, uelut nominari indignos. Infra, cap. XLVIII. de more hoc ueterum Nefandus.

terum alibi ſatis dictum, & ad Teſtamentum Grunnii Porcelli.

Reſumtus honor. *Reſumtum honorem.*) Sic reſumere terram. Infra, cap. XXX.

Oſculum pacis. *Oſculo pacis.*) ad teſtandam amicitiam. B. Paullinus ad Citherium,

- - - *In oſculo pacis ſacrae.*

*Septenas Iunii idus.*) Melius membranae. *Iunii ſeptenas idus dabat annuus uſus.* Sic & rythmi lex, uelut neceſſaria tali Poeſi, ſeruatur.

*Qui tempore hyemali.*) Addunt uocem membranae - ſubit ſubter decurſionem torrentis Cedron, qui tempore hiemali per uallem Ioſaphat fluere ſolet.

Vallis Ioſaphat.

*Satis abunde.*) Pulcra & uera lectio ſcripti libri - *ſatis abundae* - Id eſt uberes, affluentes. Sic infra, cap. LXXII. eo quidem anno terrae frugum cultura ualde fuit abunda. Cap. LXXXVII. Laetificauit Dominus clientes ſuos & donatiuis abundis multipliciter locupletauit.

Procuratus. *Procuratae.*) Adminiſtratae, cultae.

Maſſatus. *Solide maſſata eſt.*) Velut in unam maſſam redacta. Maſſa eſt coagmentatio multarum minutarum partium. Vt maſſam faciunt multa minutatim expenſa, dicit B. Valerianus, Homilia, IX. &c.

*Plumbo ſigillatis.*) commiſſuris plumbo commisſis. Alludit ſigilla plumbea quibus cartae pontificiales confirmari ſolent, de qua re multis alibi. Poteſt etiam ut plumbo ſtrata tecta intelligat, ut ſequenti capite, apud Guibertum Abbatem lib. II. cap. XI. Baldericum Dolanum, lib. I. cap. IX. Robertum mon. lib. I. c. IV.

CAP. XXV.

Scema. *Scemati.*) Structurae & ſpeciei, figuram dicit.

Quia

Quia ſchema audiuerat in Rhetoricorum libris tale quid ſignificare. Sic *ſchemata ſententiarum*, apud Saxonem Grammaticum, lib. V. c. XXXIX. *Inanium ſchematum colores*, apud Guibertum Abbatem, lib. VII. cap. XXXVII. Sic *ſchemata συνουσίας*, uariae figurae, quae a qua ſint inuenta notat Heſychius in uoce Ἀστυάνασσα. *Schema ſeruilis*, apud Plautum, *ſchema Regium* in Hiſtoriis Anglicanis, pag. CCCXC. 4. quomodo & Mathaeus Pariſienſis. CC LXXVII. Cuius corpus regio ſchemate ornatum ad Wigorniam delatum eſt. Saepius Dudo Sanquintinius, Gulielmus Pictauus, Gulielmus Calculus, Ordericus Vitalis, Gulielmus Brito lib. II. v. 391. lib. VIII. v. CI. aliique tales.

*Quin prorſus exciditur.*) Sententiam auctoris uidemus, nec illa indigna eſt locutio. Sed in Manuſcripto tamen uera lectio eſt, quo minus prorſus excidatur. Excidi.

*Deſcriptionibus Hieremiae.*) Libro utique fabuloſo; ſiquidem liber eſt antiquus, & non aliqua portentoſa Iudaeorum traditio, rumori tradita.

*Res tam ſanctisſimas.*) Vt ut ſeſe haec habeant; memorabile tamen eſt, quod Ioannes Cotouicus Belga, noſtra aetate ibi praeſens, ſcribit; locum illum mirifica quadam ſanctitate & deuotionis quodam inſtinctu mentes intrantium afficere, adeo, ut interno quodam gaudio delibuti, exſultent intus in animis ſuis homines, nec poſſint cauſſas motus illius dicere &c. Videndus ipſe ille inſignis deſcriptor rerum quas in Palaeſtina & Syria &c. uidit; nobis quondam libenter lectus, nunc longo temporis interuallo nec inſpectus. Res ſanctiſſimae.

*Falſam.*) Scribendum cum membranis fallam. Stultus uero ſupra modum Fulcherius iſta, quæ de ſpirituali

ſpirituali regno & rebus pronunciata oracula detorquit ad aedificia, aut loca terrena, quorum apud Deum nulla aeſtimatio eſt. Sed talia tunc, in tam profundis tenebris errorum & ſuperſtitionum, ex uſu erant clericornm, itaque laicis, indoctis, & militaribus hominibus quotidie inculcabantur, diuinus cultus friuolis figmentis, uentisque &c. gaudiis & pecuniarum congeſtionibus aſtringebatur.

Preces. *Precem.*) Orationem. Vide in Aduerſariis ad Salomonem Epiſcopum & Poetam.

*Saraceni habuerant.*) Nunc etiam Turcae non contemnunt, gens nullam ſuperſtitionem animo ſuo excludens. Vide ex Arabico conuerſae Geographiae ſubiectam commentationem de rebus Turcicis, ab interpretibus duobus Graecis.

*Decens rotunditate facta.* Scribe cum MS. decenti rotunditate facta.

*Helius Adrianus.*) De Aelia, cognomine urbis Hieroſolymitanae, uide quae ſcripſimus tertio Volumine Aduerſariorum, lib. CLVI. c. I. Vbi turpem ignorantiam Gulielmi Britonis, Orderici Vitalis, Iacobi Vitriaci, Roſtagni monachi, aliis ſubnotatis, caſtigauimus.

*Muro poſtea erectis.*) Elegantius liber ſcriptus, *muris poſtea arrectis.*

*Aſſultum triſtes dimiſerunt.*) Perculſi quadam ignauia fatali. Sic caeteri plerique omnes auctores, etiam cum indignatione.

CAP. XXVI.

*Machinis patratis.*) Confectis. Nec damno lectionem. In MS. tamen eſt paratis.

Scophrae. *Scophris.*) *Scrophis.* Machinis ab ruſtica & craſſa quadam paritate ſcropharum nomine appellatis. Ita ab animantibus nomina duxerunt

etiam

etiam aliae. Vt uulpes, catti, arietes, tauri, equi, uelut Troianus ille, &c.

*Magna materies ipſis defuit.*) Non quidem prorſus: ſcribunt enim Agileus & alii quinquaginta aut ſexaginta Saracenos uni trabi portandae fuiſſe deſtinatos. Vide Agileum, cap. LXXI.

*Duo aſſera.*) aſſeres ingentes duos dicit, ob rarum uocis uſum, genus eius oblitus, & perperam ponens. *Ligna* mox appellat. Compone caeteros harum rerum conſcriptores. Bartolfus Nangeius, epitomator quidam Fulcherii noſtri de eodem negotio ſic loquitur, cap. XXVII. hoſtes uero, iam timore exterriti, & diurna incurſione fatigati, nihil in noſtros iam molientes, ſed ad protectionem ſuam murorumque defenſionem omnino intendentes, tota nocte illa nihil aliud, quam trabes magnas, lignaque, quam maiora poterant, muri propugnaculis ad lapidum ictus repellendos, contra machinas noſtras conuexerunt. Noſtri & contra. &c. Conſule & caeteros notiſſimos. Aſſeres.

*Faſciculis ſectis.*) Scribendum - *faſciculis deſectis.* Gulielmus Tyrius lib. VIII. cap. XVIII. Ciues trabes procerae longitudinis & ſoliditatis multae a muro ſuſpenderant, ut machinarum ictus eliderent, quarum duas noſtri, qui erant in caſtello, praeciſis funibus, quibus erant religatae, deiecerunt in terram &c. Quae ſequuntur obſcurius a Fulcherio narrata, clare apud eum lecta intelliges.

*Foco.*) Id eſt igne. Vt hodie Hiſpanis *fuego* quemuis ignem notat. Infra, cap. LXX. in terras noſtras inferiores focum iacerent. Ita continuator hiſtoriae eccleſiaſticae, Bedae. Neque aliter Seruius in Virgilium, Ordericus Vitalis, Pa- Focus.

pinianus, ICtus. Tit. XX. primus, pag. CCCXLI. 40. Alter. CCCCXII. D. Tertius DI:I. D. Ita & alius, libri enim nunc nulli adſunt, Tomo. VI. Antiquitatum Caniſii pag. DLXXXVIII.

*Saracenos per muri apicem.*) Sic legendum.

CAP. XXVII.

Gladiator. *Gladiatores noſtros.*) Iam gladiis rem agentes; contra quorum ictus nihil omnino poterant Saraceni, quoties eo pugna deuenerat. Scholia uetera.

*Pedes noſtri.*) Scribendum - ueſtri. *Baſes* talos uocat, *cauillas* auctor primus. cap. XXXIIX.

*Quod erat nefas.*) Quomodo excuſatum hoc nefas fuerit, uide auctores reliquos. Deinde legendum - remandauit - remiſit. Et ſic membranae.

Recreatio. *Recreationis.*) Iteratae, nouaeque creationis. Ita *recreatum* denuo natum, bis genitum, Bacchum uocat initio Cynegetici, Nemeſianus.

CAP. XXVIII.

Memoriale. *Memoriale.*) Hoc eſt *memoria dignum.* Sic mox iterum iſto capite. Et infra, cap. XLIV. Dies memorialis a generatione in generationem permanebit.

*Quaeque.*) quaecunque. Dictum iam ſupra.

*Gulielmi Angliae Regis primi.*) Caroli magni annum notat, quia Francorum ſiue Gallorum, unde ipſe ſcriptor oriundus erat, princeps fuit. Angliae Regis, quia eo prognatus erat Robertus, Dux Normanniae, cum quo ierat in hanc expeditionem idem Fulcherius. Vide annales Francorum & Nortmannorum.

Prolongere. *Prolongare.*) differre, protollere.

*Nigri Aethiopes.*) ad differentiam fuſcorum ſiue furuorum.

Ho-

*Hoſpitatus erat.*) Caſtra fixerat. Saepe ſic loquitur Albertus Aquenſis, ad quem uide. Hoſpitari.

*Tamen.*) Id eſt *tantum*, gloſſa manuſcripta.

*Fabrica.*) auro & argento pulcre effabrefacto. Vide Albertum Aq. lib. VI. c. XXXIIX.

*Propalatam.*) Omnibus oſtenſam, commouendae plebi. Propalatus.

*Appropinquaſſent.*) Inſcite. Iam enim ipſi Hieroſolymam eripuerant. Sed uide ſequentia.

*Praeceptiuo.*) ſerio mandato. Praeceptiuus.

*CAP. XXIX.*

*Tirannos.*) Id eſt homines ſanguinarios. V. Scholion. Tirannus.

*Carram.*) Id eſt copiam plauſtrorum, iumentorum. &c. Infra idem noſter Fulcherius, cap. XXX. c. LXXXVI. c. XCII. Carra.

*Secum minari*) Sic legendum; non *animari* ut eſt editum. Vtitur eodem uerbo paullo poſt; idque ſupra iam non ſemel eſt adnotatum.

*Quo ſcito.*) In manuſcripto legitur - quo reſcito - *Gens* Gallice notat *exercitum*.

*Praelium agendum.*) Committendum. Vide notas ad Librum VI. Papinii, v. 431. & alibi.

*Tanquam ducentium monitu.*) Res mira, quam reperies ueram etiam aliorum traditione.

*Accingere* eſt *circumire, incingere.* Accingere.

*Remigando poſteritatem ſollicitabat.*) Scribe cum MS. *remigrando poſtremam aciem ſollicitabat.* Conueniunt ſequentia. Suſpicio tamen eſt de alia lectione.

*Supra ſeſſores.*) Dicit tanto impetu Francos inuectos, ut equos praecipites ſuper excuſſos eorum equites proſternerent. Seſſor.

*Aſcenderunt arborum cacumina*) Sequitur narrationem primi auctoris. Neque enim ca-

ptae Hieroſolymae ipſemet adfuit, Vt uides infra cap. XXXI. &c.

*Morti laeſi.*) In mortem. Sic ſaepe alibi.

Penetrabilis. *Penetrabili.*) Omnia penetrante. Per media eorum tentoria. Vide primum auctorem, Robertum monachum, Baldricum. &c.

Transactus. *Transactis.*) Transcurſis impetu. De Normanno comite hoc dicti auctores tradunt.

*Aſcalonis maenia.*) Scalonam uocat hanc urbem auctor primus. De ea ſuperius Fulcherius noſter, ubi Accaronam deſcribit, cap. XXIII. Hinc notandum quanto ſpatio Hieroſolymis cadiſtiterit.

## CAP. XXX.

Mirabilis. *Mirabiles.*) Sic legendum, ex libro manuſcripto.

*Bellum ſe.*) Dele uoculam *ſe* cum iisdem membranis.

Laudifluus. *Laudifluis.*) In gaudia & laudes diffluentibus.

*Raro exercitu chriſtianorum.*) Tenui, minime copioſo comparatione hoſtium.

*Eradamus illud ſepulcrum.*) Ex imo fundamento. Vnde uox Gallica - raſitus.

*Sibi precioſum.*) Francis & eorum ſociis.

*Architecti huius.*) Principalis conſtructionis. Gloſſa manuſcripta.

*In nihilo uerſo.*) Scribe cum membranis - *in nihil euerſo.*

Excuſſus. *Excuſſam.*) Liberatam. Sic locutus eſt aliquoties ſupra, itemque alii.

*Iordanis loti fuiſſent.*) Religione nunc etiam perdurante. Vide nuper notata ad Albertum Aquenſem, optimum omnium huius hiſtoriae ſcriptorem.

*Palmarum ramos.*) Nota morem tum - Peregri-

grinorum. Eum celebrat etiam infra, cap. XXXIII.

*Ad propria repatriauerunt*) Quam iucundam alter horum principum memoriam horum bellorum, in patriam reuerſus, habuerit, ita nimirum ut carmina abs ſemet ea de re facta ſaepius ipſe cantaret, legere habes penes Ordericum Vitalem, Hiſtoriae Eccleſiaſticae libro nono. Repatriare.

*Dux Gotefridus.*) Octiduo poſt captam urbem Rex factus. Vt ſcribit auctor primus. Auctores tamen nonnulli etiam poſt id factum, ſemper Ducem uocant, in quorum numero eſt modo laudatus Albertus.

*Brauii.*) praemij, meriti. Vide ad primum librum Balderici Dolenſis. Brauium.

*Proficuum.*) Lucrum, emolumentum. Guibertus lib. VII. cap. XXVI. Vnde aliis poterat ſuppetere ſumtus absque proficuo tales conſumere cibos.

*Capita caeſa.*) Mſ. deciſa. Nihil mutandum.

CAP. *XXXI.*

*Gente pauca.*) Gallicismus, milite pauco.

*Turcos unum cornu allidi.*) durior ſed bona tamen lectio, aque membranis confirmata. Ita Horatius. *Graecia barbariae lento colliſa duello.*

*Exercitulum.*) minutas copias. Infra, cap. XXXIV. cap. LVI. Exercitulus.

*Albo ſigno.*) Vexillum Balduini album fuiſſe, ad indicandam eius probitatem, Boamundi rubrum aut ſanguineum, hominis ſaeui & doloſi notant Scholia Vetera.

*Dextraria.*) Id eſt ad manum dextram tranſita.

*Stipendio uiatico.*) Alimentis itineri neceſſariis.

Clitellae. *Clitellis.*) Onere aſinorum, mulorum, equorum, camelorum.

*Odioſis incolis.*) Inimicis ipſorum.

Edulium. *Edulium.*) obſonium notat, ut ὄψος Graecis. Omne quod ad panem comedi ſolet; uelut in prouerbiali ueteri uerſu.

Δὸς πτωχῷ ἄρτον, καὶ κνύδυλον ὄψον ἐπ' αὐλῷ.

*Meſſes quaedam.*) Fruges meſſi maturae. Ita ſupr· iam locutus eſt, cap. XXIII. de Canamellis ad Albertum Aquenſem &c. Inque aduerſariis.

*Suſtineamus.*) Affuit ergo tum Balduini expeditioni, neque praeſens uidit ad ſanctam urbem geſta, ut etiam ſupra nobis adnotatum eſt.

CAP. *XXXII.*

*Capras Saracenis abreptas.*) Onerata ſarcinis domeſtica etiam animantia minora conſentiunt omnes auctores. Vide & Guibertum, lib. III. c. XI. qui quamuis affectate loquatur, accurate tamen res ſubiectas ſolet deſcribere.

*Pertineat.*) Id eſt contingat, contigerit. Ita locutus eſt & ſupra. c. V. & c. XIX.

Aſcenſibilis. *Aſcenſibilem.*) adſcendentem. Ita & Mſ.

CAP. *XXXIII.*

*Ad afferendum coaptauimus.*) ut ſecum aſportarent. In Mſ. libro hic confuſa ſunt aliquot uerba, ut fere putem corruptum eſſe totum locum, & ſcripſiſſe Fulcherium -- caeſis horto Abrahae efferendos coaptauimus. Nam de horto Abrahae in re eadem pariter locutus eſt ſupra cap. XXV. Quae iſtis uerbis componens cenſebis bene nos emaculaſſe. Reditum hunc duorum principum Boamundi & Balduini deſcribit auctor incertus Bongarſianae Collectioni, pag. DXCIV. Eum nos ope membranarum ueterum Liſiardum aut Lidardum nuncupandum docemus Aduerſ. lib. CXLVII. cap. VI.

Situ

*Situ forti factum.*) Scriptus liber: *Situ, manu fortefactum.* Scribe - *manuque.*

*Cum glutine coaptantur.*) Eadem ſcribit Liſiardus. pag. DXCV. & alii. Cum glutine coaptari.

*Quem ibi deſideramus.*) Scribe cum libro - *deliqueramus* - Eam uocem, pro *deliqueramus*, notabamus ſupra uel in hoc uel in alio aliquo ſcriptore.

*Stipendiariae.*) ad uictum & alimenta pertinentis. Stipendiarius.

*Deſolatio.*) Id eſt confuſio, omnis ſolatii ademtio. Et ſic ſupra.

*Cicinno capitis ſui iam abſciſo.*) Sic ſcribendum. Hiſtoriam eamdem cum uerbis habes apud Bartolfum, epitomatorem Fulcherii, cap. XXXIV. Albertum Aquenſem, lib. VII. cap. XXIX. Incertum auctorem in Bongarſiana ſylloga, pag. DXCVI. Qui nobis eſt, ut dictum, Liſiardus, &c.

CAP. *XXXIV.*

*Promtum fuiſſet.*) Promte illicoque nunciatum.

*Plus gaudens de hereditate.*) Oportet ut aliquid diſſidii fuerit inter Balduinum & iſtum clericum, aut hic homo mirifice amans ueritatis, etiam citra reſpectum periculi. Sed ſequens Balduini Hiſtoria prodit fraenum eum inieciſſe auaritiae & potentiae clericorum, unde iſte zelus haud dubio deuenit. Alioquin ſane prae caeteris fere omnibus occidentalibus principibus, principe Chriſtiano & heroe inclito dignis uirtutibus exornatus fuit iſte. Et quid mirum tam ſtudioſus uirtutis, pollensque animi uir, ſi regnum fraternum ipſe capeſſere maluit, quam cuiuis alteri permittere? Sane longo illo tempore, quo id adminiſtrauit, publice priuatimque

talia geſſit, ut exemplar fuerit boni principis, neque laudes eius quiſquam ſequentium Regum aequauerit.

Locare. *Locauit.*) Elocauit. Sic ſupra ſcriptum adnotatum eſt. Intelligitur autem Balduinus de Burg cognatus Bullioniorum, filius Comitis de Rorſtet-Caſtello. Vt ſcribit Albertus Aquenſis lib. VII. c. xxxi.

*Septingentis militibus & ſeptingentis peditibus.*) Bartolfus ducentos tantum milites, ſeptingentos equos, nominat. Et ita alter etiam Fulcherii exſcriptor pagina modo dicta. DCXCVI. Albertus Aquenſis modo nominato capite CCCC. illi milites, M. pedites adſcribit. Ducenti equites, DCCC. pedites fuerunt Gulielmo Tyrio lib. X. cap. V. Alios non excutimus, incerta ſunt omnia.

Legare. *Legauit.*) Id eſt *ſubmiſit.* Scholion uetus.

*Centum aut ſeptuaginta.*) Melius Mſ. nonaginta.

## CAP. XXXV.

*Videremus.*) In Mſ. ſic iſta, & melius, ſcripta ſunt. Et cum certamen illud utrique dimiſiſſent, ſumto conſilio, uiſum eſt caſtra a noſtris defigi ubi propius hoſtes iam acceſſeramus, ne ab iis quaſi timidi, rideremur, ſi locum ſuſceptum ceu refugi, linqueremus.

Anteire. *Anteire.*) Id eſt procedere. Vetus Scholion.

*Quam ibi.*) Melior diſtinctio in ueteri libro huius iucundi, ſed ueri ioci: Ego quidem uel Carnoti, uel Aurelianis, malebam eſſe, quam ibi? Alii quoque. Nocte ipſa tota extra papiliones noſtros peruigiles languimus.

*Clientibus.*) armigeris; ad Gulielmum Britonem.

*An-*

*Angiportum.*) Auguſtum tramitem, de quo paullo ante. Angiportus.

*Si in platea illa.*) Corrupta haec hactenus fuiſſe, indicant membranae, in quibus diſerte ſic ſcriptum eſt: Si in platea illa pabula nos proſequentes ſtuduerint interimere, forſitan, Deo iuuante &c. Et haec ipſa ueritas eſt.

*Locus in diuerſorio.*) Impia alluſio uerborum euangelii de Natiuitate Chriſti.

CAP. XXXVI.

Initium huius capitis uarios uerſus affectat. Poſt legendum. - Vt recurſu repentino per uiam trifurcam fugientes, in fugam ſic mitterentur. Sic Codex uetus.

*Conſecuti.*) Curſu uicti & comprehenſi. Deinde lege-- laetabundi omnes. Ex Mſ. uult enim neminem omnino fuiſſe deſideratum. Conſecuti.

*Caſſauit.*) Exſtinxit. Saepius ita hac uoce utitur. Caſſare.

*Aſtutius.*) Conſultius, acutius, conſideratius.

*Vnde factum eſt tam odioſum.*) Excidit uocula, ex libro reducenda - eſt iter tam -

*Hoſpitiis.*) nocturna cubatione, ſub arboribus. Notatum ad Albertum, & ſupra. Hoſpitium.

CAP. XXXVII.

*Syndonem & Tyrum.*) Sic habent etiam membranae, non *Sidonem*, quamuis pueri norint eam ſolam ueram eſſe ſcripturam.

*Maliuolus erat ei.*) Oderat eum, ut ſupra modo, de Tancredo. Sic infra cap. XCV. Maliuolus.

CAP. XXXVIII.

*Alleuiati.*) leuati non nihil. Albertus Aquenſis lib. VIII. cap. XXXIII. &c. Alleuiatus.

*Foris inſtante*) Qui eruperant, uel ante urbem ſe collegerant.

*Attrahere uix aliquem non poſſemus.*) Scribe, opem denuo ferentibus membranis- uix aliquem, immo non, poſſemus,

Rite. *Rite.*) Id eſt ex conſuetudine iam inolita.

Perimi. *Perimerentur.*) A Francis inſidias eorum ulciſcentibus,

*Secedere ſtatutum eſt.*) Scribe cum Mſ. -- *ſeducere exercitum ſtatutum eſt.*

Localiter. *Localiter.*) Certis tantum quibusdam locis.

Sal gemmae. *Salis gemma.)* Sal gemmae. Officinis hodie notiſſimum. Quae de his locis, lacubus, fluminibus &c. traduntur, centum ipſis neotericorum libris firmantur.

## CAP. XXXIX.

Placitus cibus. *Placito cibo.*) Sic melius membranae, quam- *placido.*

*Illic agricolae.*) Melius eaedem - *illinc.*--

*Omni bono* ) ad uitam utili. *Sic bonae res*, apud Petronium, lautior uictus.

*Profuimus.*) Nobis nempe ipſis. Sed in Mſ. legitur - *profecimus.* --

*Alias.*) Aliorſum.

*Diuerſoria.*) Seceſſus intimos, hiatus, ſpeluncas, antra.

## CAP. XL.

*Sane peruenimus.*) In manuſcripto codice eſtſani --

*Illi truces.*) Conuitium, pro diris hominibus. Ita Abbo obſidione Lutetiae.

*Honeſtum onus.*) Id eſt honoratum & oneroſum officium. V. S.

Sollicitare. *Iure ſollicitet.*) ſollicite tueatur & defendat.

Militia maior. *Militiam maiorem.*) Copias ampliores.

*Itali ſeu uenetici.*) Ita auctor de uita Caroli magni

magni, Sangallenſis monachi nomine ab Henrico Caniſio tom. I. antiquitatum, editus.

*Ab olim.*) ab immemorabilibus temporibus. Ab olim.

CAP. XLI.

*Aliquis.*) aliquas inſidias hoſtibus uolebamus Mſ.

*Probitas.*) Fortitudo. Vid. ad Gulielmum Britonem. Probitas.

*Auxiliare ueniebant.*) Mſ. In auxiliare ueniebant. Optime loquitur enim hoc modo, quod ſolet & affectat, cum ſcriptura. Auxiliare.

*Gentis noſtrae.*) Militiae, copiarum. Vt alibi ſaepius.

*Vobis potentior.*) Hoc eſt fortior, & ualentior ad nos defendendos.

*Stolus.*) Claſſis. Graecanicum. Viſe ad aduerſaria. Stolus.

CAP. XLII.

*Deſcenſibilis*) Deſcendere conſuetus. Sic apud Fulgentium, ſiue quis alius is eſt, in carmine de defectu lunae, *uincibilis* clamor, uincere aſſuetus. Deſcenſibilis.

*Ineſſe poſſint.*) Lege- intereſſe poſſint. Optime. Eam locutionem illuſtrauimus aliis commentationum locis.

*Moderni.*) noui, inadſueti. Sic ſupra, modernitas regni. Modernus.

*Et lumen aliuum.**) Dele aſteriſcum & ſcribe - lumen almifluum - Vt recte ſeruarunt membranae ueteres. De ea uoce uiſe ad Gulielm. Britonem. Deinde ſcribendum - *Lumen almifluum alicubi in eccleſia &c.* Lumen almifluum.

*Ritu ſolebat.*) Scribe - *rite* - Id eſt - *ex conſuetudine* - Vt ſupra cap. XXXIIX.

*Tractus diurnos.*) Cantiones repetitas longioresque intelligit Scholion Vetus. *Quod* Tractus diurnus.

*Quod patriarcha.*) Scribe cum libro - *quod a patriarcha* -

*Speraremus.*) uereremur, timeremus. Schol. V.

CAP. XLIII.

*Ac ſi ſucceſſores huius ignis.*) Inſtar talium.

Improbitas clamoris. *Propter improbitatem clamoris.*) Secundum praeceptum euangelicum.

CAP. XLIV.

*Cum autem.*) Membranae, cum ergo in templo. Reliquae ceremoniae non fuerunt abſimiles iis quae ſacrificulis Baalis adſcribuntur in ſcriptura.

Clauiculae. *De clauiculis.*) Vocula - *De* - ſupernacua eſt, de more talium ſcriptorum.

*Sonant ſigna.*) Campanae. Vide aduerſariorum uolumen poſtremum.

*Per ſpatium unius.*) Horae uidelicet unius; & ita liber uetus.

*De quo fatum erat.*) dictum. Sic iam ante locutus eſt cap. xxix. & loquitur infra denuo, cap. LXIV. &c.

*Illuc quidem cereum meum.*) Scribendum cum Mſ. *Illinc.* Iſtam autem de accenſione caeleſtis lampadis tractationem, Fulcherii eſſe, ipſum in ea eius repetitum nomen arguit. Et optime iudicio ſuo uſus eſt Iacobus Bongarſius, qui eamdem huc inſeruit. Reperitur etenim iſthic & ab optimis membranis noſtris, quas non diu ab aeuo auctoris ſcriptas arbitramur.

CAP. XLV.

Ianuenſis. *Ianuenſis.*) Genuenſes dicuntur tum mari praepotentes.

Prolocutio. *Prolocutione.*) Sic & ſupra non ſemel uocauit clandeſtinam conuentionem.

Conuiari. *Conuiari.*) Conduci. Vnde hodiernum, *conuoy.*

*μογ.* Vtitur eodem uerbo infra hic auctor, cap. LXXVIII. & cap. LXXXII. Conuiator, qui conducit in uſa Albertus Aquenſis lib. IX. cap. LII. lib. X. cap. XXXVII. Item alibi, & alii.

*Odioſum caſtrum.*) Inimicum, noxium. Ita iam bis ſupra locutus eſt.

*In crucem pependerunt.*) Melius ad regulam loquendi Mſ. *appenderunt* --

*Viliter.*) Contemtim, nec ſecundum bonos mores. Viſe ad Britonem. Viliter.

*Hanc artifices noſtri.*) Maculata eſt haec ſcriptura, corrigenda denuo ex noſtris membranis: Hanc artifices noſtri excelſiorem muro erigunt longitudine uiginti cubitorum. Ita omnia ſunt correcta.

*Francorum probitas.*) Singularis uirtus.

*Inuicem uendebant.*) Nota Turcos pro mancipiis & beſtiis uenditos Chriſtianis. Raimundus Agileus cap. XXXVII. Comes multa millia Saracenorum ibi interfecit, & multa millia ad Antiochiam reducti uenumdati ſunt.

## CAP. XLVI.

*Epiſcopum.*) Turcicum archiſacerdotem.

*Byſantiorum cauſſa.*) Vide ſupra cap. XXVII. & alios fere omnes.

*Quos quibusdam*) Scribendum - *quos quidam etiam in oribus ſuis.* Et ſic Mſ.

*Intra ſe occultabant.*) In foeminalibus. Similis hiſtoria ſupra uel alibi eſt relata ex Liutprandi Ticinenſis hiſtoria.

*Moram faſtiditi.*) In manuſcripto legitur-mora faſtiditi - Id eſt diutina rei extractione ad faſtidium adacti. Moram faſtiditi.

*Suſtinuiſſemus.*) Exſpectaſſemus intenti ad motus hoſtium. Suſtiuere.

CAP.

## CAP. XLVII.

*Die quodam de Ioppe exiuimus.*) Scribendum cum membranis : Die quidem una de Ioppe exiuimus, ſequenti uero contra eos pugnauimus --Ait tantam promtitudinem animi ipſis inſuiſſe, ut ſine mora tam pauci contra tantas copias militares conflixerint.

Subſequentia. *Subſequentiam.*) Agmina eorum continuo inſtare. *Bellum* pugnam notat.

*His uerbis itaque dictis.*) Scribendum cum Mſ. His uerbis itaque & dictis & auditis--Sequuntur duo uerſus hexametri rythmici, non penitus improbi.

*Ad pugnam properant, taedet cunctos mora ualde,*
*Quem feriat, uel quem ſubruat iam cogitat omnis.*

Sic enim ad litteram etiam membranae haec uerba exhibent. Cum potuiſſet legi:

*Subruat aut feriat iam quis quem, cogitat omnis.*

## CAP. XLVIII.

Accerſitus curſus. *Accerſito curſu.*) Impetu currendi a longe petito & capto.

*Verecundi effecti.*) Pudore & timore confuſi.

*Dux enim militiae.*) In manuſcripto eſt- *Dux item militiae*--

## CAP. XLIX.

*Verſus Ioppen.*) Putabant eos inequitare Chriſtianis qui circa Ioppen habitabant, quique ex aduerſo praelio in ea loca, ut arbitrabantur, confugerant.

Subigo. *Mox ſubegit.*) Subactus gladio, caput perdidit.

*Parum eos deturbauerunt.*) Paucos eorum equis deiecerunt.

*Signis*

*Signis erectis.)* Signo uictoriae. Notatum aliquid ſupra. Signa erecta.

*Nugigeruli.)* mendaciorum portitores. *Nugaces,* mendaces. Baldricus Dolenſis lib. III. cap. IV. *Nugax, mendax.* Robertus monachus lib. VI. cap. IX. *Nugacitas*, falſitas, uanitas. Guibertus abbas lib. I. cap. IV. Sic *nugigerulus* comes Stephanus Carnotenſis. Alii neſcio cui. Nugigerulus.

*Depromiſit.)* uerum eſſe ſpopondit. Depromitto.

*Paratus.)* apparatus. Omnia parata ut ſint, edicitur.

*Breuigerulus.)* Tabellarius, epiſtolaris, gloſſ Mſ. infra cap. LIX. Breuigerulus.

CAP. L.

*Immunes quieuimus.)* Otioſi prorſus, & nullo negotio occupati.

*Maio mediante.)* Id eſt dimidia iam parte conſumto.

*Et ſua miſſilia.)* In Mſ. eſt - duo miſſilia. Alluditur illud Maronianum. Miſſilia.

*Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.*

*Cum clientela ſua.)* Id eſt familia, ſiue monachis. Clientela.

*Vnde mentio.)* Cuius rei, inquit, opportune hic mentio facienda eſt.

CAP. LI.

*Pugnae ſagittarios incautos.)* Scribendum cūm Mſ. Pugnae ſagittariae ſatis incautos - Eam ſententiam habuit lector etiam ſupra cap. XI.

*Lugubris.)* Lugubri habitu, & mendico. Hoc enim dicere uult Fulcherius. Lugubris.

*Sarcinatis ſtipendio.)* Victualibus oneratis.

*Blaſphemiam)* Opprobrium, ſcelus, improperium. Exempla alibi notata ex Dudone Sanquintinio. Vide eum pag. CXIV. pag. CXX. *Blaſphe-* Blaſphemia.

*ſphemia*, infamia. Carolus Caluus in capitulis, pag. CCCXCII. *Maledicta*, Albertus Aquenſis lib. VII. cap. III.

Precatoria. *Precatoriam.*) Vt eorum commodis, quæ poſſet, adeſſet, & uenientibus occurreret.

CAP. LII.

*Oſculo iucundo.*) De oſculis heroum ſpecialiter tractauimus in aduerſariorum uolumine tertio.

Prandere. *Pranſiſſent.*) Vſu ueterum ſic ita uſurpat hoc uerbum.

*Raimondi comitis frater.*) Ergo celeberrimi

Liziniacus. huius comitis cognomen etiam *Liziniaci* fuit. Vnde poſtea & Cypri & Palaeſtinae reges exſtiterunt.

*Immodeſtia.*) Arrogantiam Balduini dicit.

*Attendere noluit.*) Scribendum omnino eſt -- uoluit --

Valitudo. *Valitudinem.*) Robur; dictum ſupra.

*Pugnando uincetis.*) Vocula adiecta hexametrum conſtituit liber uetus.

*Pugnando uincetis ſed fugiendo cadetis.*

CAP. LIII.

Viliter. *Viliter*) In Mſ. libro gloſſa eſt -ignobiliter--

Exire uiſus. *Exire uiſus eſt.*) Id eſt exibat, quae locutio elegantiae eſſe debet, & optimis etiam ſcriptoribus uſurpatur. Vide aduerſar. lib. CXXII. cap. XII. lib. CLIV. cap. XV. Saepius ſic loquitur Victor Vticenſis.

*Poſtmodum extra hoſtium exire non potuerunt.*) Scribe *dextra hoſtium*, id eſt manu, poteſtate, dominio. Sic legitur & in ſcripto exemplari.

*Proles ingenuas.*) Sic habent membranae. Nobilitatem heroum ſuorum laudat.

*Extorſerunt ſe.*) Velut per tormenta exierunt. Expoſitio uetus. CAP.

## CAP. LIV.

*Planorum.*) Id eſt camporum. Sic ſupra cap. L. per plana illa libere percurrere. Plana.

*Tutatus obdormiuit.*) Pro magno habens in tuto dormire tandem poſſe.

*Quem precibus ſupplicauit.*) Ita habent etiam membranae.

*Gradi per ciuitatem.*) Id eſt gradum ponere. Sic ſupra cap. II. *gredi.*

*Obſiſtentiam*) Id eſt *obuiationem.* Obſiſtentia.

*Interitionem.*) Sic habent & membranae. Et ſic infra cap. LVI. Interitio.

## CAP. LV.

*Exſpectarent.*) Scribendum cum membranis ſpectarent --

*Impetu mutabili.*) Scribe cum iisdem - immutabili - Ita ſaepius in pari re & iſte & alii autores hoc genus loquuntur.

*Illico alias eos recurrere.*) Alio ſe conuertere. *Alias* aliorſum deſignare ſupra ad hunc auctorem monitum memini. Alias.

*Vt in uiſibus eorum & peltis.*) Sic habet & uetus exemplar. Puto tamen barbariore uoce, uocem *uiſier*, anteriorem galeae partem notantem, indicari. Vt alia ſunt in his auctoribus Gallici ſermonis hodierni uerba. Viſier.

*De tentoriis ſuis priuati.*) Voculam *de* membranae non habent.

*Fatigati.*) Melius membranae -- fugati. Sequentia indicant prorſus memorabili huic conflictui Fulcherium etiam ipſum interfuiſſe. Fatigati.

*Similiter deferretur.*) Quis tam fatuum putaret hunc hominem, niſi fatuitatem ipſe ſuam proderet, ligni praeſentiae uictoriam, ligni ſimpliciter abſentiae cladem adſcribendi. Sed addit



Digitized by Google

clauſulam, ſi rex ſecundum rationem & prudentiam egiſſet. Notatur autem uelut digito protenſo optimus princeps his clerici uerbis.

CAP. LVI.

*Peruerſa confuſio.*) Quantiuis pretii ſententiae & monita. Scribendum tamen ut eſt in optimis noſtris membranis - peruerſae, confuſio.

*Et contingit eos* ) In manuſcripto libro ita iſthaec uerba concepta ſunt: Multoties exiſtimat homo etiam id eſſe ſibi nociuum, quod indilate, domino prouidente, uertitur ad proficuum: & contingit mox, cum alicui bene ſuccedit, paullo poſt eidem euenire, quod multum officit. Et ſic omnino legendum.

*Nobilitauit & poſſedit.*) Scribendum ex eodem quantiuis pretii libro. Et qui Antiochiae prius princeps dictus fuerat, a ciuibus ſuis gaudenter

Nobilitatiue. ſuſceptus, eam poſtea nobilitatiue poſſedit. Sic omnia ſuo pede procedunt.

CAP. LVII.

*Incarnationis Dominicae.*) Ita legendum, etiam cum libro Mſ.

Ver florens. *Verno florente.*) Id eſt tempore ueris. Et ſic notatum ſupra.

Peruaſio. *Peruaſionibus.*) Omnem apertam uim ſic appellat.

*Secura naues.*) Scribendum - *ſecuras* -

Ptolemais. *Ptolemaide quae uocitatur.*) Sic legendum.

*Nec ne.*) Et. Duo negatiua affirmare iubet Fulcherius. Infra cap. LXXIX.

*In oppido ſuo.*) Quod ipſe exſtruxerat, nominatum Montem-Peregrinum. Vide Gulielmum Tyrium lib. XI. cap. II.

*Sibi confini.*) Sic legendum, adſentiente & Mſ.

Cornu efferre. *Cornu extulerit.*) Hebraiſmus ex ſcriptura.

CAP.

## CAP. LVIII.

*Chriſtianiſmum.*) Totam enim doctrinam eradicare uolebat magnus Tyrannus. Chriſtianiſmus.

*Et ſine peregrinorum.*) Nec eo tempore nobis adeſſe maritima ſubſidia.

*Aliquem caperent.*) Sic legendum.

*Callebant ab utraque parte.*) Id eſt ſapienter utraque pars rem gerebat, dum neutra feſtinabat praelio rem ſummam tam properanter committere. De uerbo *callendi* uide Nonium Marcellum. Callere.

*Sonari.*) Mſ. *Sonare*. Sed nihil mutandum. Sonari.

## CAP. LIX.

*Breuigerum.*) Supra cap. XLIX. Vetus Scholion *epiſtolarem* uocat. Vt & illo loco, nobis ibi adnotantibus. Breuiger.

*Afflictionibus*) Ieiuniis, aliiſque corporis tormentis. Vt iam praeceptum patriarchae. Afflictio.

*Nudipedes.*) auctus uoce liber ſcriptus -- *nudipedibus nudipes* -- Nudipes.

*Non reliquit.*) Scribe cum Mſ. -- *nobis reliquit poſt ſe benedictionem.*

*Nomine militari non.*) Armigeros, clientes, ſatellites &c. dicit omnes diſtinctim nominari ſolitos, ut uides notis ad Gulielmum Britonem.

## CAP. LX.

*Caſſata eſt.*) Rege in pugnam contra prodeunte, quo tergiuerſante hic dictum conſilium fuerant exſecuturi.

*Reglobati ſunt.*) In unum redierunt exercitum. Reglobari.

*Retrogirantes.*) Equos paullum retrouertentes, quaſi fugituri. Retrogirantes.

*Plagantes.*) uulnerantes. Adnotatum ſupra. Plagantes.

*Audaciate minuitur.*) Immo de nouo *munitur*. Sic enim ſcribendum.

*Retinuerunt.*) Ceperunt, & dixi iam ſupra non ſemel. Numiſmata, Byſantii regale numiſma Horatius.

## CAP. LXI.

Bromedae. *Dromedas.*) Id eſt camelos minores, curſores potiores. Scholion uetus. De iuramento, quod adiicit: Obſeruatum nobis plerumque infeliciter exire talia.

Ratiocinium, *Sub ratiocinio*) Pro meritis & copia. De eadem re pariter ſupra.

*Habuimus*) Id eſt in poteſtatem noſtram redegimus. Sic loquitur ſupra *tentoria habuimus*. Verſus ſequentes ſapientiores ſunt plerisque caeteris, negligunt enim rhytmos.

*Stilo inuſitato.*) Ruſticitatem extraordinariam per modeſtiam ſingularem ſibi adſcribit. Haud dubie tamen ſui aeui minime ſcriptor poſtremus.

Dictamen. *Dictamen.*) Sic uocant omnia ſcripta iſti auctores.

Locatim. *Locatim.*) hinc inde. Non enim tanti cenſet, ut ſeriatim *recenſeri* uelit.

*Partium.*) Orationis nempe dicit reſpectu res non mutandas.

## CAP. LXII.

*Qui in ea parte.*) Scribe cum membranis -- quia in ea parte --

Virtus luminis. *Virtus ſui luminis.*) *Virus* ſcribendum cum iisdem. Notat enim terribilem eius aſpectum, quem pauorem humanitati incuſſiſſe modo memorauit.

*Quaeuis ciuitas.*) Quam maxime magna, dicere uult. Hae autem periodi ſatis nitide eleganterque ſcriptae ſunt, ut admirer hic iudicium hominis, ſi alias eius paginas iſti componam.

*Stellae*

*Stellae uiſae ſunt pluere.*) Emunctiones forte crebras, quas dicunt, intelligit.

*Sexies uiginti.*) CXX. uicerunt milites MMMM. Agnoſcas hominem Gallum.

CAP. LXIII.

*Montanorum noſtrorum.*) Membranae - montanatum. Montagne - Sic etiam alii. Vide auctorem primum in ſuo ſibi gloſſario. Montana.

*Non erat ſaluatio eis niſi pugnam committerent.*) Sic omnino ſcribendum, ut ſuadent membranae. Non enim poterant effugere, nec ſaluari niſi per pugnam.

*Fugere putauerunt.*) Fugiendos paullo ante pene cenſebant.

*Clientelae eorum.*) Sc ſcribendum. Clientela.

CAP. LXIV.

*Feminam nullam.*) Nota hominis Itali continentiam.

*Exercitantibus.*) Id eſt munia militum obeuntibus. Sic enim ſentit Fulcherius.

*Perturbator.*) Id eſt ſubdolus & apertus aduerſarius. Scholion uetus. Perturbator

*Sediſſet.*) ſine effectu ſubſtitiſſet. S. V. uide ad Claudianum.

*Prolocuta.*) propoſita. V. Schol Supra ſaepius.

CAP. LXV.

*Profuerunt.*) Membranae habent hic etiam -- profecerunt, ut ſupra.

*Rite.*) Id eſt perſaepe, frequenter. Sic ſupra non iam ſupra.

*Biuio.*) Id eſt in ambiguo, nullo id adepturo. Vetus Scholion. Biuium.

*Fieri ordiebatur.*) Incipiebat facere. In Mſ. melius legitur - ordinabat. Pertinet enim hoc ad auctoritatem in hoc negotio regis, de qua alii ſcriptores.

 *Coer-*

Coercere. *Coercuerunt.*) arcte obſederunt. Sic multis locis hi auctores.

## CAP. LXVI.

*Quod dum ita ſit.*) Sic legendum.

*Minores.*) Ordinum militarium duces dicit, aliosque minoris in exercitu autoritatis. Ioci qui ſequuntur inepti non ſunt, & in clerico animi hilaritatem eximiam arguunt, cum aliis eius toto opere indiciis.

*Nihil peius habuit.*) Nihil citra ſpem paſſus eſt, cum peremtus eſt.

*In circo regis.*) Quem non tetigerunt Genuenſium milites.

*Terque quaterni fuit.*) Scribendum - quaterue-Ducibus noſtris membranis.

## CAP. LXVII.

*Radium protendentem ſuum.*) Mſ. diſerte habet--*gladium.*

*De lanceis percuſſores.*) In codice uetere Germana uox margini adnotata eſt. Fuiſſe enim eos optimos. Sperreuters. Quod Latine non eſt una uoce dicere.

*Comprehenſis caſtellis.*) Turcae hoc fecerant ante obſeſſionem urbis.

*Reculis ſuis impii uaſtauerunt.*) Sic ſcribendum, cum membranis.

Impoſſibilitas. *Impoſſibilitas.*) res minime effici ualens. Gulielmus Tyrius lib. XXII. cap. XIV.

*Maior.*) Dux, praeſes. Loquitur ſecundum Gallorum uſum.

Chriſtianiſmus. *Chriſtianiſmum.*) Pietatem & ueritatem Chriſtianam. Sic loquitur cap. LVIII. cap. LXVIII. cap. LXXV. cap. LXXIX. Exercitum chriſtianum ſic uocat cap. 81. cap. 86.

CAP.

CAP. *LXIIX.*

*Laudatiore conſilio.*) Quod pluribus placuerat.

*Vegetabant.*) Animabant rebus utilibus & neceſſariis inuectis. Infra cap. LXXX. Vegetare.

*Soldarii eſſent.*) Mercede militantes. Gulielmus Tyrius lib. XXII. cap. XXIII. Vide aduerſariorum lib. CLI. cap. XXV. Soldarii.

*Sine donatiuo.*) Quod potuiſſent nempe adipiſci, ſi aliter fuiſſent pacti.

*Sol iuſſerat arcitenentem.*) Scribendum cum Mſ. *Sol uſſerat*, uel *uiſerat*, ut infra cap. LXX. Iam bis tredecies ſol urſerat arcitenentem-- Arcitenens.

*Ebulliit*) Inſtar formicarum, de quibus ſic loquitur Appuleius. Ita in eodem negotio alii hiſtoriarum harum ſcriptores. Vide Albertum Aquenſem lib. II. cap. XXVI. lib. IV. cap. XIII. lib. V. cap. XVI. lib. XII. cap. XVIII. Fulcherius infra cap. LXXIII. Ebullire.

*Suam probitatem.*) Laudem uirtutis bellicae clariſſimam.

CAP. LXXIX.

*Hoſpitalitatem.*) *Loca lautia* dicant latini. Hoſpitalitas

*Villicabatur.*) Id eſt colebatur. Vt ſunt homines oſtentatores hoc genus auctores, puto occulte alludi, quamuis inepte inſciteque, uerſum Iuuenalis, Villicari.

*Pegaſus attonitae poſitus modo uillicus urbi.*

*Grammatice.*) Flexu nominis ad Grammaticam latinam detorto.

*Clauſuris.*) occultis receſſibus, abditisque locis. Ita loquitur Robertus monachus lib. I. cap. I. Clauſura templi Bartholfus Nangeius. cap. XXVIII. &c. *Clauſum* alioquin, locus ſpeciatim incluſus in hiſtoriis Normannicis, ut Clauſura.

*Cluſae* apud monachum a comite Hermanno Nuenario olim editum.

Recidiuus. *Recidiuo tramite.*) priore uia, ut loqui ſolet, reſumta. Sic *recidiua grauamina* Gul. Tyrius lib. XXII. cap. XVI. Noſter infra cap. LXXIV.

*Oportebat.*) Licitum erat.

*Artificioſe ligneas.*) V. Scholion: *ſummo artificio ex ligno compoſitas.*

CAP. LXX.

*In terras noſtras.*) Legendum cum membranis - *in turres* - *Focum* pro igne uſurpatum ante iam adnotatum eſt.

Concremare. *Et deinde concremarent.*) Scribe cum libro -- & exinde --

*Dolore circumfulſi.*) Scribe cum Mſ. circumfulti - ſic enim ibi diſerte legitur.

*Balduinus.*) gloſſema: Et omittitur a uet. codice. Prouerbium non inſcitum eſt, licet bona fide ruſticanum, ut ipſe confitetur, & de culina ductum.

*Interdum buccam cochlear fruſtratur apertam.*

Non abſonum illi uulgatiſſimo.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος ϗ χείλεος ἄκρȣ.

*Rerum capturam.*) Tam certo ſibi imaginabantur urbem capiendam, ut etiam ciuium poſſeſſiones & facultates iam ſecundum ſortem diuiderent. Paris momenti prouerbium maritimum exſtat infra cap. LXXII.

*Sed tamen incertum.*) re nimirum ipſa incertisſimum, ſtolidi militis perſuaſione iam determinatum.

*Cor eorum.*) Sic legendum, ex fidelibus membranis.

*Sed etiamſi.*) In membranis eſt - quod ſi aliquando. Sane melius.

*Tan-*

*Tancredus.*) Obiit illuſtrisſimus hic Heros anno Chriſtiano. M.C.XII. Vt hic notatur, ut alii uolunt, praecedente iſtum anno. Obiit Antiochiae, ſepultus in porticu templi S. Petri. Viduam ſuam Caeciliam, Philippi Francorum regis filiam, teſtamento reliquit Pontio, filio Bertrami, nepoti Raymundi, comitis Tholoſani, Dynaſtae Tripolitano. Principatum reliquit Rogerio, ea pactione, ut rediret ad Boamundum iuniorem, ſi is id ſibi regnum quandoque uiſitaret. Vide Gulielmum Tyrium, lib. XI. cap. XIIX. Famoſum, bellicoſumque heroem, & Turcorum ſummum expugnatorem laudat communi omnium commendatione Albertus Aquenſis, libro XII. cap. IX. &c. Eleganti & longe ſonanti tuba laudes tanti uiri celebrat Italica poeſis Torquati Taſſi, item non illaudabilis Petri Angelii Bargaei Latina. Tancredus.

*Id foret ipſe.*) Verſum unum talem excidiſſe indicat ſpatium uacans in membrana, una omnium optima & fidelisſima.

*Tabeſcere.*) paullatim minui. Sic Virgilius, & Fulgentius. Tabeſcere.

*Ac ſi in rotando.*) Inrotando, unum uerbum eſt in ueteri codice. Rotare.

CAP. LXXI.

*Vt rati ſunt.*) Id eſt ut ſperabant. Gloſſa manuſcripta.

*Calluerunt.*) per fraudem machinati ſunt. Sic capite ſequente. Callere.

*Tuitione munitur.*) Naturalem ſitum dicit. Mſ. nihil mutat. Legam -- *Situatione.* Sed nihil prorſus mutandum. Tuitio.

*Indilate.*) procul omni mora. Sic cap. LVI. cap. LXII. c. XCI. &c. Indilate.

*Duo millia*) Scribe cum Mſ. *duo illa millia.*

*Venerat.*) Scribe - properabat - cum vetere libro.

Immodeſtia *Immodeſtiam.*) arrogantiam. Caſtigauit regem hoc nomine iam ſupra.

CAP. LXXII.

Maledoctus *Maledoctus uocabatur.*) Mandulphus nominatur poſtea. Vetus liber a noſtri uulgata ſcriptura nihil uſſibi mutat. Hic alludit fictionem Latinam. *Maledoctum* uocat & Gauterius Cancellarius, cap. quarto. &c.

*Poſſidebamus.*) Qui ſubditos Regi & Francis iurauerant & hactenus praeſtiterant.

Antemuralia. *Antemuralem urbem.*) ſuburbana aedificia. Antemuralia, primi muri. Albertus Aquenſis, lib. V. c. XXXI. Gulielmus Tyrius lib. XI. c. XXVI. lib. XX. c. XX. lib. XXI. c. XXVIII. Antemurale. Robertus mon. lib. IX. c. I.

*Aliquatenus eis.*) melior ſcriptura in V. C. aliquatenus intus - Nota enim calliditas maxima Turcorum.

Abunda. *Abunda.*) copioſa. Notatum alibi.

*Vnanimiter.*) Iunctis uotis.

Fracturae. *Fracturas.*) damna quaecunque. Vtitur hac uoce, ſi memini, Prudentius.

Diatim. *Diatim.*) In ſingulos dies. Supra, cap. VI.

*Philoſophus.*) Pacuuium eſſe puto, uerſibus a Cicerone relatis.

Magnipotens. *Magnipotens.*) Splendidus & bellicoſus homo. V. Schol.

*Non aliquamdiu.*) Scribendum - nos & ita liber uetus.

CAP. LXXIII.

*Per loca.*) Locatim ſupra dixit cap. LXI. Id eſt hinc inde, diuerſis locis.

*Mu-*

*Muralia.*) muros cuiuſcunque generis. Muralia.

*Probitatem & audaciam remouentes.*) Nil mutant membranae. Id eſt: *Denuo excitantes, & reaſſumentes.* Turcos autem pro fortisſimis pugnatoribus, & aſtutisſimis inſidiatoribus omnes iſti ſcriptores, a primo ipſo, habent. Sic mox *tacitus motus.* Sic *commoto nauigio* de ueneticis dicit infra, cap. LXXXIV.

*Fluuio tranſito Euphrate.*) Sic legendum.

*Funiculus triplex.*) ex loco quopiam ſcripturae. Funiculus.

*Mandatione.*) Legatione. Sic ſaepius. Mandatio.

*Fore putatum.*) quod committendum omnes arbitrabantur.

## CAP. LXXIV.

*Negociationis annona.*) Melius liber - aliae uero negotiatoriae, annona onuſtae. Negociatio.

*Vehementer repulſi ſunt.*) Id eſt maxima ui, maiore quam putauerant.

*Millia mulorum percenſita ſunt.*) Scribe-multa millia; Et ſic Mſ.

## CAP. LXXV.

*Vere Deus mirabilis.*) Sic ſcribendum,& ſic Mſ. Concionem ad plebem & proceres ſubiungit hic Fulcherius. Vt quidem ſolet, cum occaſionem habet. Alloquitur autem & admonet etiam poſteros, cum lubet & res ferunt.

*His ita deſcriptis.*) Sic legendum cum Mſ. Verſus ſunt non contemnendi eo aeuo.

*Alias etiam.*) Alio loco, alia regiuncula. V.C.

*Deſtituendum.*) Sede patriarchali amouendum.

*Patriarcham & Arnulſum.*) Voculam & delent membranae. Arnulphi huius uelut iuratus hoſtis eſt Gulielmus Tyrius, Vide ad Albertum Aquenſem,

*Muni-*

Pallio munitus. *Munitus pallio.*) uide uſum ueterem. De quo alibi multis.

A priſco. *A priſco.*) In Mſ. Legitur - quod reperit ſitu forte ab antiquo.

*Magna probitate.*) Audacia & diligentia.

Gradior. *Graderetur.*) Vide ineptam affectationem.

*Aliquid boni.*) Sic loquebantur de rebus ignotis. Vt Petronius in coena Trimalcionis.

CAP. LXXVI.

De locis illis Fulcherio tanta diligentia inquiſitis, centum iam amplius exſtant itinerarii & obſeruationum ſcriptores, qui per otium iucunde legi poſſunt. Iſta autem pleraque repetuntur ab altero epitomatore, Liſiardo, quem uide in collectione Bongarſiana. pag. DCXI. DCXII. & ſequentibus.

Mare rubrum. *Hoc autem mare rubrum.*) Ambigua ſemper origo huius appellationis fuit. Iam ueritatem multis inueniſſe uidetur Anglus homo, Nicolaus Fullerius, cuius miſcellanea iam in omnium cordatorum hominum bibliothecis exſtare puto.

*A parte auſtrali qui lingua eruptum.*) Linguam planam quandam & longiorem quam latiorem particulam terrae uocant geographi. Fulcherius hic ad maris partem traduxit hanc uocem; utique enim uera eius lectio eſt, quam ex manuſcripto libro reducendam arbitramur- a parte auſtrali quaſi lingua, eruptum- Vt ore nimirum lingua protendi ſolet.

*Aeſtimatione equitis.*) Lege cum membranis- feſtinatione equites aeſtimant.

*Bibliotheca.*) Sacros libros, uno uolumine comprehenſos, pulcre ſic uocat.

*Vbi eſſe intelligitur paradiſum.*) Scripſit de hoc libellum I. Hopkinſonus; ſed a corypheo doctorum,

ctorum, Ioſepho Scaligero, is liber exploditur. Huius tu obſeruationes lege & mirare, ita tamen ne aliorum alias penitus contemnas. Diſputatio Fulcherii digna eſt excuti a doctis non a nobis hoc loco.

*Curſibus inundis.*) Id eſt inaquoſis, ſi ita capi poſſe animum inducas. Sane non indocte, non enim ſolitas aptasue uias undis dicit. Mſ. nihil mutat; itaque, cum nec alia talia Fulcherio omnino deſint, talem uocem hic eum finxiſſe perſuadear.

*Atlaidam.*) Non eſt in natura rerum ſiue uox alia ſiue nomen, ut uocant, proprium, quod uariantiore, minusque conſtante, ſcriptura legendum exhibeatur, hoc Germanae originis uocabulo. Vix duae tresue ipſae paginae illius uariis ſcriptionibus adnotandis ſuffecerunt capiti peculiari, quod ei rei contulimus, quod demum, detractis citatorum auctorum uerbis, in minutius aliud redegimus, lib. CXLIII. cap. XXXIII.

## CAP. LXXVII.

*Prolocutas.*) Sermone ante praeſtitutas. Hoc enim intelligit. Prolocutus.

*In peruerſitate inceſſanter malignantium.*) Ita legendum ex Mſ.

*Excurtamus.*) Decurtamus. Excurtare.

*Subripiendo.*) Scribendum eſt ſubrependo; cum libro manuſcripto.

*Radicata.*) Iam radicibus actis ſtabilita. Radicatus.

*Nidore calcino.*) Hoc eſt nebulis calce conſtantibus.

## CAP. LXXVIII.

*Computo.*) Sic Mſ. Intelligit autem ordinem Computum diurnum

diurnum menſtrui calendarii. Quae ſequuntur & praecedunt hic, ex parte non inſcite repoſuit nobis ſibi ſuoque nomini reſtitutus, Liſiardus, cap. XXXIX.

*Rubore ſanguinem.*) Repetit hinc eadem Liſiardus dicto loco.

*Fore futura.*) eſſe. Vide Aduerſar. lib. CXIX. cap. XXVII. ad Papinium lib. I. v. CCCCXCV. Alia exempla ex Witechindo monacho, Rosweitha poetria, infinitis aliis ſcriptoribus illuſtrandis, alibi etiam producta ſunt.

Alburnus. *Alburni.*) Valde albi. Sic uidetur hanc uocem uſurpare, quam ex eo repetit Liſiardus, cap. XL. Hanc ipſam hiſtoriam reponens.

Albor. *Alborem.*) Candorem. *Albare*, uerbum eſt Priſciani in Periegeſi.

*Significantes.*) Scribe cum optimo libro. Quod etiam portentum ad defunctiones perſonarum, quae ipſo anno obierunt, ſignificanter aliquanti ſunt ſortiti. Id eſt ſecuto prognoſtici euentu, deputauerunt, incerta licet adhuc ſorte.

*Proceres in mundo.*) Mſ. proceres magni per mundum.

*Deambulabant fluuium.*) Hic etiam egregie emendat Fulcherium ſcriptus noſter codex. Clare enim - deambulabunde - refert. Eo uerbo recepto non ſolum ſana ſed etiam pulcra lectio reſtituetur.

Equeſtres. *Equeſtres.*) Nobilitas, regem comitata.

*Et eis comediſſent.*) Adiice uoculam neceſſariam - De is com.

*Plagae ſuae ueteris.*) Vulneris per inſidias recepti - De quo ſupra.

*Lotis eius inteſtinis.*) Quaedam notata ſunt huc pertinentia ad Gul. Britonem.

CAP.

## CAP. LXXIX.

*Dolentis.*) Omnibus dolentis. De Balduini habitu, ſtatura, moribus, &c. Nemo melius Gulielmo Tyrio, quem uide. lib. X. cap. I. ubi inter caetera hoc memorabile traditur, tantam hominis grauitatem fuiſſe, ut epiſcopi perſonam potius referret, quam regis alicuius aut principis.

*Pro cantu planctum.*) Sic ſcribendum.

*Hoſtis & illis.*) Tribuit illi efficax odium in hoſtes, crebras nimirum de illis caeſis profligatisque uictorias. Similia Sulla ſibi in ſuo epitaphio conſcripſit.

*Nec ne.*) Id eſt etiam. Vide ſupra, cap. LVII.

*Octies & decies.*) Syllabam errori talibus conſueto, corripit in numeralibus. Ita Gulielmus Brito, auctor poeta de uita Caroli Magni. Alii multi. Sic Fulcherius infra, cap. LXXXVI. & cap. XCVII.

*Balduinum.*) De Burgo. De eo uide, quae ſcitu neceſſaria dicas, apud Gulielmum Tyrium, libro XII. cap. I. Vbi illud miraculi inſtar ſubditur; ingreſſum hunc principem ſanctam urbem cum ſuo comitatu per alteram portam, cum per contrapoſitam eodem tempore funus defuncti Balduini primi inportaretur.

*De Saginariis.*) Notam ueram ſcripturam eſſe, *Saumariis*, ut iam in multis auctorum locis animaduerterunt doctisſimi uiri.

*Alterutro aſpectu.*) Mutuo.

*Argumento.*) Calliditate. Vide ad caput LXXII. Raimundi Agilaei.

*Litem.*) Bellum, pugnam. Adnotatum iam ſupra.

## CAP. LXXX.

*Clumiaco.*) Cluniaco, Gulielmus Tyrius, lib. XII. Clumiacus.

XII. c. VIII. cuius principalis abbatiae res non ita olim ſingulari uolumine a uiuis doctis comprehenſae, notisque illuſtratae ſunt. Quod exemplum, uti Floriacenſium quoque, utinam, potisſimum per Franciam, imitarentur caeterorum coenobiorum praeſules, aliique ſagaces doctique homines; infinita antiquitate eruerentur, quae nunc ei immoritura metuuntur.

Rotgerius. *Rotgerius.*) De eius aliisque Antiochenſibus rebus legendus Gauterius cancellarius, immerito a Bongarſio cancellis dignus pronunciatus. Scripſit enim quae & qualia potuit, neutiquam ob minora ei diuinitus collata dona, obtenebrandus.

*Buamundi alium.*) Scribendum-Boamundi filium - Ei enim paterno iure, & ſuprema uoluntate Tancredi, debebatur principatus Antiochenus. Vide Gulielmum Tyrium, lib. XI. c XIIX.

*Prodiit ex adipe.*) Id eſt proſpera fortuna. Locus eſt Pſalm. LXXII. Iam ſupra ad alium horum ſcriptorum aliquem prolatus.

*Comitem quidem.*) Id eſt, *pariter.* Vel uacat de more uocula *quidem.*

Diſcrepans. *Diſcrepans.*) remotum, ſeiunctum. V. Gloſſa.

*Aduertens.*) Ita eſt ſcribendum. Hoc eſt animaduertens, cognoſcens. Et loquitur pariter Fulcherius infra, cap. xc. & mox continuo ſermone.

Perfidus. *Perfidi.*) Sic uocantur omnes non orthodoxi. Vide ad Phaebadium.

*Vnde.*) Hac propter, de cauſſa. Sic ubique loquitur Radulphus Ardentius.

Vegetare. *Vegetauit.*) Animauit. Supra, cap. LXVIII.

*Et uque Antiochiam.*) Scribendum cum Mſ. Vt usque - loquitur de Francis diſperſis.

CAP.

## CAP. LXXXI.

*Quandoque futurum.*) Mſ. ſuperuenturum. Illa paullo ante uerba.

*Per uirtutem eiusdem crucis.*) abſunt hoc loco Mſto libro. Non tamen ſequentibus uerbis.

*Viuis ſub ratiocinio.*) Sic ſcribendum. Ratiocinium recte deductam rationem denotat. Sic loquitur cap. LXI. ſupra, & infra, cap. XCVII. Ratiocinium.

*Duorum regnorum.*) Sane longe amplior fuit Antiochenus principatus quam regnum Hieroſolymitanum, etſi hoc pluribus & munitioribus forte urbibus communitum. Eius rei traditionem accurate alibi examinauimus.

*Artam.*) Iam res ſuas agit clericus callidiſſimus. Sic nota manuſcripta. Arta.

## CAP. LXXXII.

*Mercedem modii.*) in ſingulos modios molendi frumenti ſolidos duos. V. S. Vide Gulielmum Tyrium lib. XII. cap. XV. Initio lege poſt milleſimum centeſimum, uigeſimo.

*Conuiaſſent.*) Conduxerunt, deduxerunt. De hoc uerbo ſupra. Conuiare.

*Motu audaci.*) animo audacia inſtincto.

## CAP. *LXXXIII.*

*Nocumentum noſtrum.*) Damnum & improperium. Sic Mſ. uſus hac uoce capite praecedente. Nocumentum.

*Grauitate.*) Difficultate, molimine. Sic ſupra, cap. LXIII. Grauitas.

*Et omnia ad ſua.*) Mſ. omnes abinde ad ſua regredi.

*Eccleſiae Tyriae archiepiſcopus.*) Licet urbem nondum rex poſſideret. Apud Hieroſolymam tamen archiepiſcopus ei conſtituebatur. Sic uetera ſcholia. Et eſt uera omnino haec obſer-

uatio. Haec enim Fulcherii tradita geruntur anno Chriſtiano M.C.XXII. Tyrus demum capta eſt biennio poſt, anno nimirum, M.C.XXIV. tertio kal. Iulii, auctore Gulielmo Tyrio lib. XIII. cap. XIV. cui adſtipulantur alii.

*Clientes conductitios.*) mercede militantes milites. Vid. ad Gulielmum Tyrium.

CAP. *LXXXIV.*

Moraliter. *Moraliter.*) diuturna aliqua mora aut commanſione.

Obſiſtens. *Obſiſtentibus.*) contra ſtatuentibus.

*Conceſſit regredi.*) Dominus ſcilicet, de cuius cruce modo uerba fecit.

*Globo peditum.*) agmine aliquo non magno.

*Et fuit hic annus, ut qui praeceſſit, opimus frugibus omniferis.*) Sic legendum ex libro manuſcripto. Sequentium ſenſus eſt. Pro uno ſolido uendebatur unus modius frumenti, pro numiſmate, ſeu aureo nummo, quadraginta. Licet autem hinc aeſtimare pretium quod illo tempore fuerit aureo Gallico; non enim puto haec ad aliam monetam ab homine Gallo reuocari, cum hiſtoriam hanc potiſſimum Latinis ſuisque hominibus ſcribat.

Gurpho. *Curpho nuncupatur.*) Corfu.

*Carabis.*) Vide quae alibi dicta ad hos auctores.

Diſplicari. *Diſplicantur.*) uento & aeri permittuntur. Notatum alibi.

*Quae ante coloribus uariis picturatae erant.*) Scribendum ex Mſ. *arte.*

CAP. *LXXXV.*

Dietae. *Dietis breuibus.*) paucis in diem milliaribus conſtitutis. Ex Brocardo monacho, I. Turpino, Ioan. Quintino, aliis alibi. Sic *dietae* quinque nume-

numerantur DC ſtadia in Tomo VI. Ant. Caniſii pag. MCCCVIII.

*Prácceptorem.*) Vicarium poteſtatis regiae. Intelligitur autem Euſtachius Grenerius, princeps, ſic enim omnes iſti exercitus Francici praefecti nominantur pacis bellique artibus, conſilio & uirtute laudatiſſimus. Vide Gul. Tyrium. lib. XII. cap. XVII.

Rex autem per XVIII. menſes captiuus, centum poſtea miliibus Michaelitarum redemtus fuit, & ab eodem auctore memoratur.

*Liburna.*) Exacte de hoc nauigio in tertio uolumine aduerſariorum. Liburna.

*Nobis adituri.*) In Mſ. eſt - *adfuturi.* -- Optime & hoc.

*Machinamentis.*) machinis omne genus. Ita paullo poſt. Machinamenta.

*Ancilia.*) Scuta omnis generis ſic appellat. Ancilia.

*Minas.*) ſummitates. Ex male capto illo Matonis - minaeque murorum ingentes. Vide eo loco doctorum commentaria. Minae.

*Circumfoderant.*) Vt praecipitem e fundo darent.

CAP. *LXXXVI.*

*Nudipedes.*) quas magna tum putabatur religio. Vide ad Agilaeum. Nudipes.

*Omine aliquo faſcinati.*) prodigio aliquo excantati. V. S. Erudite hic loquitur. Faſcinari.

*Carram.*) Plauſtrorum & curruum copiam. Dictum ſupra. Carra.

*Gens nefanda ruit.*) Sic ſcribendum, & ex Mſ.

CAP. *LXXXVII.*

*De ueneticorum autem*) Scribe *etenim* cum Mſ.

*Verecundari.*) Timore percelli. Verecundari.

*Accinxerunt.*) Incinxerunt. Sic ſupra, cap. LXXXIX. Accingere.

*Coercitis.*) Concluſis; Vt alibi ſaepius.

Erubeſcere. *Erubeſcere.*) rubedinem trahere. Melius etiam Mſ. in quo *adrubeſcere* diſertim legitur. *Baſes* imi pedes; ut ſupra.

Confertus. *Confertas.*) conſtipatas, condenſatas.

CAP. *LXXXVIII.*

Anticipare.) *Anticipauerimus.*) praepoſuerimus. Honorem ei primum detulerimus.

*Qui ſemper uitiis uincitur.*) uide plurimis exemplis de hoc ad Claudianum IV. C. H.

Exlex. *Exlex.*) nulli ordini, nulli legi parens.

*Difficili.*) Scribe *difficile.* Id eſt, difficulter, ex libro ſcripto.

*CAP. LXXXIX.*

Cultellus. *Cultellis.*) gladiis breuioribus. Vide ad Gulielmum Britonem. lib. V. v. CCXII. Hiſtoriam Liberati Goſcelini & regis ulterius in captiuitatem miſſi, ex iſto noſtro Fulcherio, paullo ornatius deſcribit Gulielmus Tyrius legendus lib. XII. & XIII.

CAP. XC.

*Vale Goſceline.*) Legendum eſt - Aue Goſceline. Hoc eſt enim ſalutantis. Et ſic infra Liſiardus, qui iſta deſcripſit, pag. DCXIX. cum iſti componas. Reformat enim & corrigit non imprudenter loquacitatem Fulcherianam.

*Diligenter.*) ex uera affectione.

C qua. *Hunc modo quoquam.*) Scribe *coquam* paraturum enim cibatui dicit porcellum.

Filiatio. *Spem filiationis monſtraret eſſe certam.*) Suae erga Deum, qui per hoc miraculum uelut tantum heroem liberauit e manibus hoſtium.

Feſcenninia *Feſcenniniis.*) Iucundis cantibus nutriciis, quos per abuſum ſic appellat.

CAP.

## CAP. XCI.

*Compari.*) Coniuge. Catullus ita de columbis. Compar.

*Recepit duo.*) Immo pro paupere colono factus eſt opulentus decurio-Liſiardus.

*Apud ſe allatas.*) ſecum perpendit. *Suſpendit* barbare. Vt ſupra. Sic ſupra, cap. XLV. infra, cap. XCII.

*Liquet utique.*) Melius Mſ. itaque. Nempe-etiam hoc exemplo.

*Tredecimum.*) Anno aetatis. LXV. uel praeter propter haec ſe dicit ſcribere.

## CAP. XCII.

*Ante affines.*) Scribe cum Mſ. Antequam affines Saraceni hoc animaduertiſſent. *Affines*, finitimos, uicinos, intellige. cap. xxx. cap. xxxix. Affines.

*Carra.*) agmine, iam plus ſemel adnotatum eſt.

*Illataque ſylua.*) Materia lignorum aggeſtitia.

*Cauea.*) locus ferramentis in cuniculum excauatus. Cauea.

*Eum caſſa refrixit.*) Scribe *ei* cum membranis.

*Enſe cecidit.*) Serram adhibitam, ſcribit Liſiardus. Eius immaniſſimi ſupplicii exempla memini legere apud Suetonium Caligula, Dionem, Ioſephum, Scriptores uitarum propheticarum, hiſtoriam eccleſiaſticam, & tripertitam, &c. Inter recentes ſcriptores apud Pierium Valerianum, libris de infortuniis eruditorum.

## CAP. XCIII.

*Multa.*) Collectitia pecunia. Collecta dicitur alibi. Edictum ei rei, & plenior omnium hiſtoria legitur apud Gulielmum Tyrium lib. XIII. c. XXV. Qui ſcriptor, deſinente Alberto, & cum eo quoque, has omnes res geſtas, multis

tamen etiam praeteritis, in legitimam hiſtoriae complexionem redigere uoluit.

Fuſor aquae *Fuſor aquae.*) Aquarius. Signum caeleſte.

Trucker. *Trucıter.*) Saeuo animo, immiſericorditer. Supra, cap. LXXI.

*Effecti inanes.*) Id eſt, nihil efficientes.

*Militibus carebant.*) Hoc eſt equeſtri militia.

*Ingrati.*) Id eſt, nulli cedentes, glorioſi impudentes, proptereaque ingrati. De Tyro quae adnotantur uera eſſe pleraque puto; non autem ſunt illuſtranda aut examinanda hoc loco.

## CAP. XCIV.

*Hoc per quinquennium actum eſt.*) Non puto huc pertinere iſta uerba, quamuis in codice ſcripto pariter hic eodemque ordine legantur. De quinquennio paullo poſt.

*De hoc Menander ſcribit, Ioſephus quoque*) Vide Gulielmum Tyrium lib. XIII. cap. I.

*Superioris anni conſul.*) Verba Romani hiſtorici. Tanti non eſt etiam obuios libros excutere. Conſule item Oroſium, noſtro nominatum. Inprimis Ioſephum Gulielmum Tyrium conſtat hinc quaedam duxiſſe, ut & alibi alia ex hoc auctore.

## CAP. XCV.

Praecipitanter. *Praecipitanter.*) Id eſt continue, & plena uiolentia. De ſitu Palaeſtinae olim Brocardus monachus, quosque alios nonnullos edidit Henricus Caniſius. Recentem optime monſtrant tabulae, & peregrinantium deſcriptiones atque itineraria.

*Maliuolos ſuos.*) Hoſtes profeſſos, & manifeſtarios.

*Tuto aduocatum.*) Sic ſcribendum ex libro antiquo.

CAP.

CAP. XCVI.

*A cognitis cognitus eſt.*) A notis ſuis & amicis agnitus.

*Ciſtarcia ſua.*) Scripturae uox, in aduerſariis enarrata. Ciſtarcia.

*In militem prouectus eſt.*) Leges huius prouectionis itemque ceremonias ex magno chronico Belgico, e ueteribus auctoribus conſtipato, aliisque, ſatis lucide attigimus commentario in Gulielmum Britonem, quo & lectorem remittimus.

*Et peſſimus deerat.*) Scribe cum Mſ. - peſſum nos dederat. Id eſt, *oppreſſerat.*

*Nec uidet nec audit.*) Verſiculi ſic ex Mſ. corrigendi ſunt.

*Non uidet, haud audit, nec fatur, nec ſedet, aut it:*
*Nec caelo, nec humo, nec aqua locus eius habetur.*

*Ciues quippe.*) uocula quippe ſuperuacua eſt, ut multis Fulcherii noſtri locis. Viſe indicem gloſſarium.

*Clepſerint.*) Ex lectione Plautina. Clam ſubduxerint.

*Hic cadit, hic ſurgit; hic gaudet, plorat at ille.*) Sic legendum ex libro ſcripto.

CAP. XCVII.

*Nos debilitare.*) *Poſſe* uidelicet, quod ſubintelligendum. Debilitare.

*Ratiocinio.*) ratione rei ſic inita. Aliquoties ſupra ſic eſt locutus.

*Non reliquit poſt ſe benedictionem.*) Hoc eſt non adfuit nobis ſine ſingulari benedictione, ſingularem proſperitatem largiens.

*Innoteſcentes.*) Sic legendum. Noto eius uerbi tali abuſu.

*Nam quae apud Ennicos.*) Pulcre haec etiam emendant membranae noſtrae: Nam quae apud omni-

ethnicos ciuitas habuerat in magiſterio iniquitatum primiflaminem, uel archiflaminem. Secundum patrum inſtitutionem primatem, uel patriarcham aut archipatrem in lege chriſtiana, &c.

CAP. XCVIII.

*Primus auguſtus uel imperator, deinde Caeſares.*) Hanc diſtinctionem iam pro regula Tacito notam fuiſſe in aduerſariorum libris oſtendimus.

*Sic dicit Clemens.*) Codex Mſ. ſic dicit Clemens Papa, Papa Anacletus, Anicius, & plures alii.

*Identidem Paſchalis Papa.*) Mſ. idem itidem & hoc uere.

CAP. *XCIX.*

*Aſianarum ſiquidem Eccleſiarum.* Ita legendum ex Mſ..

# FVLCHERII

## Capita, ut eius liber a nobis eſt diſtinctus,

*Editione Bongarſiana, pag.* CCCLXXXI.

I. Amico
II. Dilectiſſimi.
III. His & aliis.
IV. His dictis.
V. Guibertus.
VI. Anno ab.
VII. Igitur nos.
VIII. Quod infortun.
IX. Mora autem.
X. Iam ſemel.
XI. Mane autem.
XII. Aderat ibi.
XIII. Cum autem.
XIV. Cumque per.
XV. Principes.
XVI. Tum proinde.
XVII. Ab ipſo-
XVIII. Contigit autem.
XIX. Tunc clerico.
XX. Igitur ad.
XXI. His geſtis.
XXII. Cum apud Ant.
XXIII. Tunc autem.
XXIV. Mora ibi.
XXV. Eſt & in eadem.
XXVI. Sed quia locus.
XXVII. Tum quidem alii.
XXVIII. Et uere m.

XXIX.

XXIX. Quod cum Fr.
XXX. Tunc ingreſſi.
XXXI. Sed tunc aud.
XXXII. Ego Fulcherius.
XXXIII. Anno milles.
XXXIV. Cum autem pr.
XXXV. Continue autem.
XXXVI. Sed magnae.
XXXVII. Quo comp.
XXXVIII. Sed cum per
XXXIX. Girato a.
XL. Tunc rem ear.
XLI. Milites etiam.
XLII. Conſuetudo eſt.
XLIII. Quapropter.
XLIV. Dum autem.
XLV. Peracta ſoll.
XLVI. Maſculos.
XLVII. Die quodam.
XLVIII. Iamque repulſ.
XLIX. Nam cum caed.
L. O mira.
LI. Nam cum Franc.
LII. Cumque regem.
LIII. Tunc autem.
LIV. Ipſe autem rex.
LV. Rex autem.
LVI. Non ſemper.
LVII. Anno milles.
LVIII. Referendum.
LIX. O fratres.
LX. Cumque regem.
LXI. Quatuor millia.
LXII. Anno deinde.
LXIII. Anno milles.
LXIV. Anno a. eod.
LXV. Anno a. ab.
LXVI. Cumque Sarr.
LXVII. Tunc per noct.
LXVIII. Et cum prim.
LXIX. Quo audito.
LXX. Cum enim ab.
LXXI. Aeſtiuo deinde.
LXXII. Et quia tunc.
LXXIII. Anno ab inc.
LXXIV. Et cum hoc.
LXXV. Vere Deus.
LXXVI. Ego ipſe.
LXXVII. Anno ſequente.
LXXVIII. Hoc ſiquidem.
LXXIX. Die ſiquidem.
LXXX. Anno ab inc.
LXXXI. Nihilominus.
LXXXII. Anno incarn.
LXXXIII. Anno ab inc.
LXXXIV. Et cum rex.
LXXXV. Propterea.
LXXXVI. Cum autem dam.
LXXXVII. Poſtridie.
LXXXVIII. Vere fateri.
LXXXIX. Quod cum port.
XC. Interim aut.
XCI. Et cum peru.
XCII. Sed cum quat.
XCIII. Anno a Dom.
XCIV. Hoc per quinq.
XCV. Poſt annor.
XCVI. Volens autem.
XCVII. Scientes a.
XCVIII. Vbi autem min.
XCIX Paſchalis.

# INDEX GLOSSARIVS.

*APriſco, olim ab antiquo.* 75
*Abundus.* 24.72.87
*Actio, hiſtoria.* 75
*Ae ſi, quaſi.* 43.48.90. *lib.* 152 *cap.* 10.
*Accingere, incingere.* 29.87
*Accipere, occupare.* 21.45
*Admiratus princeps.* 11. *bis* 18. *Turci lingua.* 19. *lib.* 155. *c.* 15
*Aduocatus. Mahometh.* 15
*Aelia, Hieruſalem.* 25
*Afflictiones, ieiunia.* 59
*Affinis, uicinus.* 30.39
*Agere praelium.* 29
*Almifluus.* 42
*Alias, alio.* 55
*ut Alga uilis.* 39
*Alleuiatus.* 37
*Allophili.* 85
*Alternatim, mutuo.* 1
*Allitorare.* 6. *Sic leg.*
*Albae ſacerdotum.* 12. 20. *VI. Canis.* 534
*Alburnus.* 13.16.62.78
*Albeſcens aurora.* 16.24
*Amplexio arcuata.* 62
*Amaenum, gratum.* 4
*Anteire, procedere.* 34
*Ancilia.* 85
*Anxia obſidio, miſera.* 16. *Anxiabat.* 16
*Ancillæ dæmonibus gent.* 3
*Ancillari.* 45
*Angiportum.* 35
*Anteire, procedere.* 35
*Antemuralis urbs.* 72
*Anticipare, præponere.* 88
*Antiochiæ deſcriptio.* 14
*Apollon. Tyrius.* 23
*Appropiare.* 11. 29
*Apoſtoliſatus.* 4
*Apud ſe, ſecum.* 91
*in Aquam inſigere.* 8
*Armigeri, miniſtri militum.* 46. *miles ex eo.* 96
*Artemones nauium, Anchoræ.* 8
*Arces monaſterii.* 7
*Arbitrium, faſtus.* 20
*Arca Dei ubi? fabula.* 25
*Architecta, templum.* 30
*Aſpirare, conſentire.* 4
*Aſtutius, conſultius.* 36
*Aſſera, conti* 26. *uid. notas ex Mſ.*
*Aſcenſibilis.* 32
*Aſſilire urbem.* 60. *& ſæpe alibi.*
*Auſtrialis pars.* 76
*Audacitas.* 10.22.29.16 *fin.* 60
*Auſu magno.* 66

B.

*Baculi abbatum & peregg.* 1.7
*Barones noſtri, duces.* 10
*Bellare, pugnare.* 69
*Belli etymon & alia.* 48.49. *pugna.* 22. *fin.* 34.47.54.56.67. 80. *ad Brit.* 10,70.
*Bibliotheca, biblia.* 70
*Bifurcus trames.* 11.47
*Biuium, ambiguum.* 63
*Blaſphemia, conuitium.* 51 *fin.*
*Brauium.* 30
*Breuiare.* 16. *fin.*
*Breuiger.* 59. *gerulus.* 49
*Ebullis multitudo.* 68.73

C.

*Callere ſapere.* 46. 53. (*audere* 72.) *uelle* 71. 79.
*Cannamellae.* 31. *lib.* 147. *c.* 6. & 7.
*Capitaneæ fibræ.* 5

*Cauca*

*Cauea, fouea.* 2
*Caſſari.* 10. 20. 36. 48. 60.
*Carra, copia plauſtrorum &c.* 29. 30. 86. 92.
*Capræ oneratæ &c.* 32
*Captio, captiuitas.* 33. 56. 91. *captura.* 65. 70
*Calcinus nidor.* 77. *nebula.*
*Campi cuſtodia, mos uictoris.* 81
*Carabus, genus nauis.* 84. 96
*Chriſtianiſmus. Chriſtiani.* 58. 67 68. 75. 79. *exercitus.* 81. 86
*Chriſtus uiuit, regnat, imperat.* 60
*Ciſtarcia.* 95
*Circumgirare.* 44
*Cicignus, cicinnus.* 33
*Circinare, circumire.* 4
*Clientes, milites.* 17. 35. *conductitii.* 83. 93. 88. 89
*Clientela.* 36. 50
*Clitellæ, ſarcinæ.* 11. *clitellarii.* 50
*Clauæ ſaracenorum.* 50
*Clauſuræ ciuitatis.* 69
*Clepſerit.* 96
*Compar, maritus.* 91
*Cobibere, obſidere.* 57. 74
*Coercere, obſidere, uexare.* 12. 18. 65. *fin.* 78. 87.
*Cognoſcere, agnoſcere.* 4
*Conſules claſſis.* 45. *lib.* 151. *cap.* 13
*Collegium, comitatus.* 90. *agmen.* 6. 34
*Comprebendere, occupare.* 10. 14. 45. 64. 68.
*Conſecuti paſſiue.* 36
*Congratulanter.* 28
*Commiſſio.* 21
*Conſocii.* 6. 12
*Conſeruari excubiis.* 10
*Concreti, ſociati.* 12
*Cordæ, funes.* 17
*Cornua, tubæ.* 17. 26. *Regium.* 39. 48. 78. *cornicen, tubicen.* 91. *patriæ.* 30. *potentia.* 57. *extollere.* 95
*Cotidie, ſemper.* 20
*Commercio expers.* 23
*Conuentionem facere.* 45
*Conuiare.* 45. 78. 82
*Confinis.* 57
*Conuentiones, conditiones.* 64. 66
*Compoto, computo.* 78
*Concio, concilium.* 85
*Confertus, plenus.* 87
*Contiguum, agnatum.* 90
*Credulum facere.* 13. 33
*Crucis idololatricæ laus.* 84
*Cultellis occidere.* 89. *Sic. Vell. Paterc.*
*Caniculi acti deſcriptio.* 92
*Cuſtos, rex.* 88
*Cuſpide protento.* 13

D.

*Dæmonis flumen.* 8
*De aliquo egere.* 54
*De abundat.* 67
*Depromittere, affirmare.* 49
*Deſolati, deſolatiati.* 18. 21. 33. 52
*Deſcenſibilis.* 42
*Deſtituere, deponere.* 75
*Deſæcata mens.* 4
*Deprecari, ualde orare.* 65. 67
*Deambulare fluuium.* 78. *vid. Not. ex Mſ.*
*Detruncati, cæſi.* 86. 87
*Deuouerant, uouerant.* 84
*Dexterata.* 31
*Dextrarii.* 8
*Diatim.* 6. 72.
*Dieta, iter diei.* 85
*Dictamen liber.* 61
*Diſtendere ſagittas, procul iacere.* 10.
*Diſten-*

*Diſtendentes, laxe euntes.* 29
*Dilapidare muros,* 85. *Columella.*
*Diſplicare.* 84
*Diſcrepans, diſſidens.* 80
*Diuerſoria montium.* 39
*Dimiſimus præteriuimus.* 38
*Diripere, ſpoliare.* 64

E.

*Ebullire.* 68
*Edulium.* 22. *cibaria.* 39
*Eiici, emitti.* 89. 92
*Elongare ſe.* 15
*Eluuio ſimulationis.* 2
*Elleboro amarior.* 38
*Emeritus, bene meritus.* 57
*Emolumentum, uictoria.* 89. *ſpolia.* 92
*En, ſuſtentamen.* 4. *ſuffragamen.* 2
*Erubeſcens mare, rubrum.* 87
*Es correptum, ſepties &c.* 79. 86. 97
*Extorſerunt ſe.* 53. *exierunt ui.* 89
*Excurtare.* 77
*Exorare, ualde orare.* 41. 58. 59
*Exlex, damnatus.* 2. *Turcæ foeminæ.* 18
*Excurſa Gallia.* 7. 35
*Exercitulus.* 34. 56
*Expeditio, negotium.* 89
*Extimplo.* 40. 44. &c.
*Excellentior, excelſior.* 45
*Exhibere ſe.* 48

F.

*Facere pie.* 86
*Fames inſignis.* 16. 22
*Famoſiſſimus.* 28
*Faſtiditi, paſſiue.* 46
*Fatus ſum.* 29. 44. 64
*Faſcinati omine.* 86
*Ferociter, fortiter.* 29
*Feſtine.* 22. *bis*
*Feſcenniniis.* 90
*Finem facere, ſubſiſtere.* 76
*Finem ante, nil certum.* 75
*Flagra delictorum.* 2. *flagellare, angere.* 72
*Flamen, ſacerdos.* 97
*Focus, ignis.* 26. 70. *Fore abundat.* 78
*Fruſtatim.* 26. 45. 85
*Fracturæ.* 72
*Frater blandientis.* 90
*in Fuligo, niger.* 39
*Fundibalis, fundis.* 15. 26 74
*Fulcherius de ſe.* 5. *fin. Capellanus Balduini.* 14. 31. 38. 39. 42. 55. 61. *de ſua ætate.* 91. *lib.* 195. *cap.* 13.

G.

*Galeri Turcarum.* 20. *& alibi poſt. uid. Not.*
*Gaudenter.* 56
*Gaudio ortæ lacrymæ.* 92
*Gemmarum nomina.* 30
*Gens, copiæ exercitus.* 15. 17. 20. *ter.* 22. 29. 30. 33. 34. 40. 41. 55. 57. 58. &c.
*Gibboſum, impium.* 2
*Girare.* 21. 39. 55.
*Gladiatores, milites.* 57
*re Globati ſunt.* 60. *con Globatus, coniunctus.* 71
*Glomerantur illis.* 91
*con Glutinare ſibi.* 72
*Grammatice latine.* 69
*Gratanter.* 56
*Gradiendo, eundo.* 3. *Gredi, ire.* 2. *Gradi.* 54. *Graderetur.* 75
*Grauitas, difficultas.* 63. 83

H.

*Habuimus, cepimus.* 61
*Heroes.* 10

*Hie-*

*Hieruſalem deſcribitur.* 25
*Honeſte eſſe.* 21
*Honoratim, ſigillatim.* 9
*Hoſpitia, cubilia.* 36
*Hoſpitalitatem ſumere.* 69
*Honorificentia.* 75
*Hora bellica, tempore pugnæ.* 19
*Humanitas, mortalis conditio.* 54

I.

*Idiota plebs.* 9
*Iens.* 5. *fin.*
*Ignis iudicium de lancea.* 18. *Ignis de coelo hiſtoria.* 42
*Illic, illuc.* 89. *& alibi.*
*Impegit ſe in flumen.* 89
*Impetitus.* 60
*Immunis quieti.* 50
*Impoſſibilitas erat.* 67
*Immodeſtia, temeritas.* 71
*Indicibiliter.* 87
*Ingrati rebelles.* 93
*Innoteſcere, indicare.* 1. 90. 97. 17. 34. 57.
*Inuſitatus ſtilus, abſonus.* 61
*Interſtitio.* 56
*Interitio.* 54
*Inuaſor.* 20
*Inueſtitus, donatus.* 3
*Intercipere, delere.* 54
*Ingenio, dolo.* 2. 10. 13. 15. 21. 56
*Inculpare.* 56
*Indilate.* 56. 62. 91
*Inſinuare, docere.* 76
*Inteſtina ſeorſim ſepulta.* 78
*Iocundi, læti.* 20. *f.* 29. *f.* 40.
*in Iordane lotio.* 30. *uid. ad Alb. Aquenſ.*
*Iter equitis, menſura uiæ.* 72
*Iubere alicui.* 19. *f.*
*Iubilare kyrieleiſon.* 42
*Iucundus. uid. Ioc.*

K.

*Karthaginis deſcriptio.* 94

L.

*Lachrymæ gaudii.* 91
*Lætanter.* 8
*Lanceæ fabula.* 8. *& ſeq.*
*Laudifluus.* 30. 40. 44
*Laudatum, decretum.* 23. 40
*Laudatio, interuentio.* 83
*Legare, mittere.* 34
*Liburna, nauis.* 96
*Lis bellica, bellum.* 3. 14. 83. *ad Papin.* 8. *v.* 34.
*Locare terram.* 34
*Localiter, hinc inde.* 38. 73
*Locatim.* 61
*Lucrati ſunt, obtinuerunt.* 33
*Lugubris, triſtis.* 51
*Luxuria, libido.* 41

M.

*Magnipotens.* 72
*Mandare, accerſere.* 71. *nunciare.* 3. 11. 13. *&c.*
*Magis, amplius.* 55
*Maliuolus, inimicus.* 37. *bis hoſtes.* 95
*Machinatores.* 26. *dolus.* 17. *machinamenta.* 85
*Manus largæ & arctæ.* 81
*Manum apponere.* 99. *ordiri.*
*Maiores in exercitu.* 22. 66. *dux* 80
*Magiſtrare.* 98
*Maſſatus.* 24. *fin.*
*Meliorare.* 4
*Meare.* 34
*Mediante, medio,* 88
*Memoriale.* 28. 44. *memorabile.*
*Mercedula.* 41
*Menander, ſcriptor Tyrius.* 94
*Militia, copiæ.* 40. 50. 95

*Milites oppoſiti peditibus.* 6. 50. 95. 46. 54. 59. 64. 93. 96.
*Miles ex armigero factus.* 96
*Minari, duci* 29. *bis* 35. *minare.* 50
*Minæ aurorum.* 95
*Minores præfecti.* 66
*Modernus rei, rudis.* 9. *modernitas.* 40
*Morti, ad mortem.* 29. *ſæpius.*
*Molæ manuales.* 45
*Moraliter.* 84
*Motus, greſſus.* 82
*Momentaneus, celerrimus.* 63
*Montana, montania.* 63
*Moliri.* 84
*Modificare.* 91
*Multi coloris.* 97
*Mulus equitant comites.* 89
*Munire, iuuare.* 15
*Muralia.* 73

N.

*Nates Saraceni comeſæ.* 22
*Nactum, ui paſſiua.* 4
*Nauigium, claſſis.* 84. 87. *marinum.* 10
*Neſandi, Turcæ.* 48. *& alibi.*
*Nempe, etiam.* 92
*Neceſſitas, egeſtas.* 16. (*uel.* 15.)
*Nec ne, &c.* 57. 59
*de Nilo.* 76
*Nihilominus.* 62
*Niſi, non niſi.* 8
*Nobilitatiue.* 56
*Norrenſes, Norweg.* 86. *&c.*
*Nocumentum.* 82. 83
*Nugigeruli.* 49
*Numiſma, aurei, pecunia.* 90. 93. 66
*Nudipedes.* 86. *ego.* 59. 89.

O.

*Obiectus, crimina.* 75
*Obſiſtere uiſum.* 84. *obſiſtentia.* 54
*Obfugauerant, fugauerant.* 23. *f.*
*Occupata terra, lecta.* 88
*Odioſum caſtrum.* 45. *Sic & alibi.*
*Officia arcuum.* 60
*Officere.* 34. 56
*Omine faſcinari.* 86
*Oportuit illis.* 54
*Ordiri, conari.* 65
*Oſculum pedum & pannorum.* 13. *pacis.* 24. *in excipiendo.* 52. *Vid. lib.* 152. *cap.* 3.

P.

*Pallium patriarchæ Roma petitum.* 75
*Paratus, apparatus.* 49
*Parere, apparere.* 8. 62
*Patronus urbis.* 33
*Paradiſus ubi.* 76
*Pauitare.* 95
*Palmarum deſcriptio.* 30. 32
*Papa magnus ep. Podienſis.* 20
*Patria, regio.* 5. 6. 95 *&c.* (*repatriare.* 6. 45.) 74. 75. 95.
*Patratis machinis.* 25
*Parentela, cognatio.* 40
*Peſſumdare, perdere.* 96
*Pereſa materia, conſumta.* 92
*Perfidi, Turcæ.* 80
*Percuſſores boni de lanceis.* 67
*Peius nihil habent.* 66. *iocus &c.*
*Peccamina.* 3. *Prudent.*
*Pependit, ſuſpendit.* 91. 92. *Vid. pendere.*
*Perditum, damnum.* 2. *pendere, ſuſpendere.* 43
*Pertinere alicui.* 5. 19. 32
*Peruaſiones.* 57
*Perturbator.* 64
*Philopompus, ſuperbus.* 5
*Pigruerunt.* 89. 96

*Pie facere.* 86
*Pluuia ſtellarum, prodigium.* 62.
*ſagittarum.* 11. 55
*Plagare, uulnerare.* 55. 60
*Plumbo munita turris.* 24. 25
*Placitum, fœdus.* 10
*Poſtponere, relinquere.* 8
*Poculum, aqua, potus.* 94
*Portariorum magiſter.* 89
*Poſſe ſubauditur.* 33
*Pompa, ſuperbia.* 20. 48. *pompe-*
*ſe.* 49. 61. 85.
*Poteſtas, imperium.* 30
*Prouerbium ruſticanum.* 70
*Proinde, eo ordine.* 84
*Principatus fuerat.* 56
*Proles ingenuos.* 53
*Præceptiuum edictum.* 28
*Prolocuta pace.* 64. *ita.* 22. 45. 77
*Proceſſio ſolemnis.* 59. &c.
*Preſſura, copia.* 53
*Pranſiſſent.* 52
*Promtum, nunciatum.* 34
*Proficuum.* 30
*Propalatus oſtenſus.* 28
*Prolongare, proferre.* 28
*Precem ſuam.* 25
*Procuratus, aſſeruatus.* 24
*Promittere, minari.* 13
*Probitas, fortitudo.* 10. 13. 22. 28. 33. 36. 41. 45. 51. 52. 68. 70. 75. 83. 96.
*Prouiſor, cautor.* 2
*Præbenda. danda equo, ordinari-us cibus.* 19
*Putatum fore prælium.* 73

Q.

*Quin, quo minus.* 25
*Quippe, abundat.* 6. 10. 20. 42. 44. 46. &c.

R.

*Rara gens, pauci.* 46. *rarus, par-uus.* 30
*Rapinantes.* 15
*Radicare.* 2. 77
*Rati ſunt, ſperarunt.* 71
*Ratiocinio, ordine.* 61. 81. 97
*Relatores.* 61
*Remouere, excitare.* 73. 82
*Refrixit, miro uſu.* 92
*Regregare.* 5. 95
*Repatriare.* 6. 16 30. 81
*Retrogirare.* 60
*Retinere, uincere.* 11. 12. 20. 21
*Reddere, dedere.* 98
*Recidiuus trames.* 69. 74
*Remendare.* 27
*Reſumere terram.* 30
*Refugi.* 55. 60
*Regniculum.* 40
*Reglobati.* 60
*Recreatio, redemtio.* 27
*Reſumtus honor.* 24
*Rite, ordinarie.* 42. *ſæpe.* 38. 65
*Romana religio.* 21
*in Rotando uelut.* 70
*Ruminare dentibus.* 31
*Rumigeri.* 80
*Rubrum mare, unde, & de eo.* 76 *uid. hiſt. Liſ. Paleſt.* 612.

S.

*Sagittati ſunt.* 27. 75
*Sæpe, multi.* 10
*Sapere, ſcire.* 10. 12. *ſapienter.* 31. 40. *ingenuoſe.*
*Satis lacrymas.* 9 *nimis.* 12.
*Salitio.* 2. *ſalitor.* 2. *ſalita inteſtina.* 78
*Sal gemmæ quid.* 36
*Sapor modeſtus.* 1
*Satrapa.* 6
*Sanguinis rini.* 87
*Sarcinare.* 51
*Sagmarii.* 79

*Scae-*

*Scaccis ludere.* 89. *lib.* 159. *ult.*
*Scutum, rex.* 79
*Scrutator in laude.* 2
*Schrophæ, machinæ.* 10. 26
*Scilicet, &c.* 11
*Scaræ.* 20. 48
*Scema.* 25
*Scutigari.* 27
*Scito, cognito.* 29
*Septuplicatus.* 3
*Se, abundat.* 30
*Siquidem abundat.* 78. 83
*Silua, ligna.* 92
*Significanter,* 78
*Signa, campanæ.* 44. 97
*Sollicitare, curare.* 40
*Somnium uerax.* 89. 96
*Sollemniſare.* 44
*Sonari campanam,* 58
*Soldarii.* 68
*Spectabilis, aptus.* 82
*Spero, puto.* 9. 11, 18. 42, *fin.*
*Stolus, claſſis.* 41
*Standar, uexillum.* 86
*Stipendium, cibaria.* 9. 15. 5. 31. 32. 55. 33. 37. 39. *lib.* 151.
*Subigi.* 2. *ſubegit, perdidit.* 49
*Subrui in carceres,* 1. 2. *ſubruat. anapæſtus.* 47
*Super, contra.* 1
*Suffragamen.* 2
*Suſtentamen.* 4
*Supergredi, conculcare.* 3
*Supplicare aliquem.* 54
*Sub tempore, in tempore.* 23
*Submerſi ſunt, proruti.* 29
*Suſtinere, manere.* 46
*Sulcatio, ſulcus.* 77.
*Subſequentia.* 47

T.

*Tabeſcere lunam.* 70.
*Tantimodus.* 1. 5. 19
*Tartarones, nummi.* 10
*in Templo prandium.* 44
*Tiranni, impii milites.* 29
*Tanſigere, tranſire.* 9. 23. 38
*Transglutire.* 27
*Treuia.* 2. *quid?* 4
*Tropæum, uictoria.* 3. 36
*Tribus, cohortes.* 12
*Triumfare in aliquem.* 19
*Trifurca uia.* 36
*Truces, impii.* 40. *truciter* 71. 93
*Tractus & lectiones.* 62
*Tuitio,* 71
*Tumultuans fama.* 75
*Tutatus.* 54. *uid. not.*
*Tyrus, Tyria purpura &c.* 93

V.

*Valor, præſtantia.* 13. *ualitudo, robur.* 3. 52. 85
*Vadare.* 8
*Vegetare,* 68. 80. *fin. miro uſu.*
*Venetici,* 40. & 99
*Verno, uere.* 3 & *alibi.*
*Vexillis ire obuiam.* 24. *in arce.* 89. 97. *editum.* 74
*Verecundus, confuſus.* 48. *ſtupere.* 87. *lib.* 158. *cap.* 14. *crucis.* 84.
*Virtus luminis.* 62
*Viſus eſt, uoluit.* 53
*Victus animæ.* 4. *uictuale, uictus.* 32
*Vilipenſus.* 2. *uiliter.* 45.
*Vicinium.* 38
*Villicari, coli.* 69
*Vlciſci in quem.* 53
*Vnanimiter pro ſe quisque.* 72
*Voluiturus.* 45


NVM. VI.

## NVM. VI.

### AD

# GAVTERII CANCELLARII

## ANTIOCHENA BELLA, ANIMADVERSIONES.

QVamquam ineptius loquatur hic cancellarius, minime tamen negligendus auctor eſt, ut qui interfuerit cladi principis, quam deſcribit, ut uides pag. ccccL. lin. xx. Nos autem, inquit, ſiniſtro omine in praeceps rapti, ad agrum ſanguinis caſtra metaturi, iter extorſimus &c.

CAP. I. Praefat.

*Bellum cum Parthis.*) Turcas Parthos uocare geſtit, oſtentatione lectae antiquae hiſtoriae. Ita Guibertus lib. I. cap. x. Parthorum regnum, quos Turcos, corrupto nomine uocitamus, animi uirtute praepollet. Nominat tamen ita Plinius lib. VI. cap. VII. quandam gentem, ut & Pompon. Mela lib. I. cap. XXI. lectione tamen dubia, cum Freden. Pintianus utroque loco *Iurcas* reducere malit: quem & ratione & libris priſcis nitentem ſane putamus ſequendum, licet diſſentiant meliores homines quam critici Hermolaus Barbarus, Ioachimus Vadianus, & prope Andreas Schottus. Turcae Parthi.

*Proborum uirorum.*) Id eſt cordatorum & fortium. Vide ad Gulielmum Tyrium & Britonem, alioſque tales ſcriptores.

Proſterni. *Proſternerentur.*) Scribendum - proſternerentur.

Deprecari. *Deprecer.*) Implorem, apprecer, uel ſaepe precer. Ordericus Vitalis lib. III. ' Quod pie deprecatus eſt, obtinuit, & poſt conuerſionem feliciter deceſſit.

*Deſiderantis.*) Legendum - deſideranti -

Sagittae domini. *Sagittis domini.*) Afflictionibus. Ex Pſalmis aliiſque ſcripturae locis.

*Meis aequa uiribus.*) Verba Horatii exprimit. & praeceptum ſequitur.

Metaphora hoſtium. *Metaphora hoſtium.*) Id eſt omine & quadam praeſignificatione. Affectat notitiae linguae Graecae gloriam.

Accolae. *Accolarum Syriae.*) Id eſt incolarum. Vide aduerſariorum lib. CXLIII. cap. XLII.

*Non expetebant*) non conferebant ſe ad eum Guibertus abbas lib. VII. cap. XXXIX. cum olim loca ſancta expeterent, lanceam adorare ſolerent.

CAP. II. Praefat.

Bene paſcens. *Bene paſcentium.*) Id eſt laute epulantium. Vide Claudii Salmaſii eruditiſſima commentaria ad hiſtoriam Auguſtam.

*Alii uero.*) foede haec corrupta ſunt. Scribe: *Alii uero inceſti actus affectu, contubernia ſequebantur impudicorum; rerum etiam publicarum reuerentiam uerbis inuerecundis inceſtare* (malim *inceſſere*) *nitebantur, facientes ambiguum, putidiores an facinoroſiores exiſtimarentur.* Sunt haec pulcriora ſtilo huius auctoris, neque dubito eſſe aliunde exſcripta.

Artifex. *Artificis.*) Scribendum - *artifices* - cultum muliebrem ab opere nobilium artificum commendatum ſcribit. Verbis plus libidinis quam ſanctitatis praeferentibus. Scribendum autem: *Vxoribus ſuis (fama narrante artifices) auro Arabico,*

*lico, pretioſarumque gemmarum uarietate multiplici, pudibundae partis tegmina ſtudioſe componi ſatagebant. Non obtegendae turpitudinis forma, uel refringendae libidinis flamma, ſed ut, quibus ingratum erat quod licebat, eos acrius ureret quod non licebat.* Sententia eſt papillas mulierum denudatas, artificioſe ſemi contectas fuiſſe; Aliaque loca corporum proliciendae, non exſtinguendae, libidini ſolita contegi. De portentoſa libidine, luxuria, ſuperbia, occidentalium hominum, etiam clericorum, poſt occupatam Palaeſtinam, aliaque orientis loca, multa leguntur apud Gulielmum Tyrium, Iacobum Vitriacum, & alios tales; qui exitium inde toti regno uaticinati ſunt, idque paucis poſt annis contigit.

*Mulieres dealbare.*) fuco obducere. Ex loco actuum apoſtolicorum, ubi paries dealbatus, homo duplicis animi, & hypocrita cap. XXIII. Satisfacere mulieribus eſt iis blandiri permiſſione cultus laſciuioris &c. Dealbare mulieres.

*Infruitae.*) Scribe - infrunitae. Vide de ea uoce multa pridem a doctiſſimis uiris illuſtrandis ſcriptoribus omne genus notata. Pro imprudente uſurpat cancellarius noſter infra libri I. cap. VI. Idem eſt, quod *indiſciplinati* uoce alii extulerunt, ut Albertus Aquenſis lib. I. c. XXIV. &c. Sequentia ex prophetis & hagiographis ſcripturae libris adumbratam phraſin habent. Infrunitae.

*Non plangentes & plangenda.*) Alluduntur uerba, ſi ſatis memini, Prudentii uel Paulini - flete admiſſa, nec inde admittite flenda. Alcimi Auiti ſunt.

*Ceſſere domino.*) Lege - dominio.

*A contingenti terrae motu.*) Scribe *continente.* Non enim unus ſed crebri fuerunt. Eruditionem ſcri- Contingens terrae motus.

ſcriptoris huius docet uel iſta epiſtola. Inclementius igitur quam aequius optimus Bongarſius de cancellando hoc noſtro cancellario.

LIB. I. CAP. I.

Noctis ſilentium. *Sub tempeſtate noctis ſilentio.*) Scribendum -- ſub intempeſtae.- De ea Cenſorinus, Macrobius, alii. Innuit ſimul illa Maroniana.

*Tempus erat quo prima quies mortalibus aegris*
*Incipit, & dono diuum, gratiſſima ſerpit.*

Vide Seruium eo loco lib. II. Aeneid. u. CCLXIV. In cuius recentiſſima editione integri hi duo uerſus, immani typographorum uecordia, ſunt omiſſi.

Habilius. *Habilius.*) Elegantiſſima locutio: plenius, iucundius, aptius.

*Sibi a caeteris.*) Legendum - ac caeteris --

*Quod manente parte partis integra.*) Scribendum - *parte parietis.* Tantas ait moles ruinarum fuiſſe, ut muris etiam ex parte remanentibus, membra tamen hominum nuſquam potuerint inueniri.

*Sub ruina tam hominum quam & aliorum.*) Scribe - quam & animalium.

Cladis immanitas. *Miſerae cladis pateret humanitas.*) Scribendum -- immanitas --

*Perpetuae tutelae.*) Nam Petro ab usque apoſtolo ibi precantibus Deus fauerat.

*Cuius fide, mentis, & orationibus.*) Scribendum -- fide, meritis, & orationibus. Ex perſuaſione tum maximae partis Chriſtianorum hominum

Merita, bona opera. *merita*, ſiue *bona opera*, ad ſalutem requirebantur; & adſcribebatur meritis ſanctius uiuentium antiſtitum, quae proſpere ſuccedebant.

Proteſtari. *Proteſtantur.*) Affirmant, conteſtantur.

*Oppidi mamiſtrare.*) Lege - *Mamiſtrani.*

*Pars*

*Pars tormentum de diſparibus.*) Scribendum - par tormentum, diſparem uocat Cyprum continenti Antiochiae aut Syriae regioni, quia inſula erat.

*Quaque die horis.*) Inſere uoculam & -- quaque die & horis - Nullam horam ſecuros a tam immani infortunio fuiſſe dicit.

*O neceſſitas abiecta naſcendi.*) Notiſſima ſententia, cui ſimiles uide apud Ioannem Stobaeum in uituperio uitae. Vltima duo uerba-noſtra neceſſitas-delenda ſunt, ut marginalia gloſſemata.

CAP. II.

*Aufugi.*) Id eſt effugi, ſubterfugi, uitari. Notus abuſus. Alibi *effugare* notat hoc uerbum. Theodulphus in hymno Trochaico in natalem Dominicum. Aufugere.

-- *lumen Quod per totum ſplendet orbem umbras noctis aufugans.*

Victor Vticenſis libro I. epiſcopos atque laicos nobiles de ſuis eccleſiis & ſedibus nudos penitus aufugerent.

*Quocirca in nicis.*) Mendis faedis haec inquinata ſunt. Scribe: Quocirca in uicis, in plateis, in hortis, in uirgultis, deſertis habitationibus, antris, tentoriis, pro domibus ſuis hoſpitabantur. Ita infra cap. v. Vtilius ſecum reputat ipſis, extra hoſpitatis, praebere neceſſaria, quam intrantium ferre incommoda. *Habitationes* uocat urbana domicilia. Habitatio.

*Et qui patriarcha loci, temporis.*) Et haec faede contaminata ſunt. Scribe: At patriarcha, ut qui loci, temporis, hominum, peritiſſimus. Laudat patriarcham loci, id eſt regionum earum naturae, ut phyſicum, temporis, ut politicum, hominum, ut inſignem theologum, peritiſſimum.

Qui Dei primum uoluntatem, deinde morum turpium caſtigationem, poſt etiam naturales terræ motuum cauſſas docere populum potuerit.

*Quid igitur operis.*) Scribe - Quid igitur operatur hic? Populus &c.

Balinea. *Vitant baldea.*) Lege *Balinea*, quae uox paullo inuſitatior corrupit hunc locum. Vſitatiſſima Plinio in epiſtolis.

Semotim. *Semotim.*) Separatim. Notat permiſtos antea ſexus ſolitos uagari, & ui cultu etiam religionis ſectatos occaſiones libidinandi.

Siquidem. *Siquidem.*) Abundat haec uox, uel ſonat -- equidem. Vide ad Gulielmum Britonem libro VI. Philippidos. u. CLVIII.

*Imminentes menſes.*) Proxime inſequentes.

## CAP. III.

Fore. *Fore obuium.*) *Fore*, deſignat *eſſe*. Guibertus lib. III. cap. VIII. & alii.

*Fraudati a rumoribus.*) Dicit fauentes Chriſtianis gentes, quae reſciſcerent, de Turcarum caeptis, iis nunciare ſolitos. Loquitur de more intricate, cum clare poſſet. Tali enim inuolutione ſermonis tum aeſtimabatur eruditio.

Experiens conſilium. *Experientis conſilii.*) Pulcra locutio, & ſententia ſimul. Hominem nimirum militarem & conſilio, & uſu armorum potentem eſſe debere, innuit.

Diſcerno. *Diſcernit.*) Diiudicare ſatagit, diſputat.

*Cum domino & bellatoribus.*) Quid duci, quid militibus agendum incumbat. Apparet Antiochienſi urbi ſingularem ducem bellicum praefectum fuiſſe.

Honores. *Honores.*) Dignitates, praedia, reditus. Vide multis ad Gulielmum Britonem. Antiochienſium ciuitas quomodo perque quos recta fuerit ex hoc ſermone diſcimus. *Prin-*

*Princeps interim cuſtodes cum cuſtodibus.*) Vitiata & haec ſunt. Scribe: princeps interim cuſtodes cum horum ducibus, quos ſibi fideliores intellexit &c. Cuſtodes ſunt praeſidiarii milites, ut infra cap. v. Horum turmis aut cohortibus praefectos, duces uocat. *Oppidum*, pro minutis prouinciae dicit, ciuitatem urbem ipſam Antiochiam, ſane toto fere oriente tum praeclariſſimam. Oppidum.

*Diligentiſſime poſcit.*) Malim - ponit -

*Interceſſorum.*) Singulis ciuitatibus circa haec tempora ſingulos ſanctos pro aduocatis adtributos, docemus multis in aduerſariorum commentariis. Interceſſor.

*Deo & Domino & patriarchae.*) Melius legas -- Deo & Domino patriarchae. Clericus cauet omittere honorem clerico debitum. Patriarchis autem & epiſcopis bellatum proficiſcentes principes res ſuas commendaſſe, plura ſunt exempla in hiſtoriis his rerum Palaeſtinarum.

## CAP. IV.

*Mandare.*) Cogere, conſcribere. Saepiſſime ſic iſti ſcriptores. Sic autem hoc loco ſcribendum, non - *mandaret* - Mandare.

*Profecto confirmare.*) Scribe - pro certo.

*In cancellis.*) Secretiore conſilio principis. Plurima iam pluribus doctis notata ſunt, unde honos etiam cancellariorum illuſtratur. Et nos non pauca alibi. De *uelis* & *cancellis* doctiſſimus Sauaronius ad Sidonium lib. I. epiſt II. Petrus Pithaeus, aduerſar. lib. II. cap. XII. Lipſius ad Taciti annalem XIII. Iac. Sirmondus ad eumdem Sidonii locum &c. Poſt lege: legationes legationumque cauſſas ſeriatim ſuis indicans. Nemo omnium Palaeſtinarum rerum Cancella.

ſcriptorum mendoſior hoc Gauterio ad nos uenit; cui negotio cauſſa manifeſta eſt, quod unus tantum codex extiterit, ex quo ſuam unicam editionem confecit Bongarſius.

*Sententiam permutare*) Vt nempe uincerentur, qui uictoriam ſperauerant. Sed ſimulauerant iſti ſe ad ferendum principi Antiochiae auxilium conueniſſe.

*Quod ubi comperierunt noſtrorum ipſorum.*) Omnino ſcribendum: Quod ubi comperierunt, noſtros ipſorum tum fines attigiſſe, timore ſubacti &c.

Animi habitus. *Animi habitum.*) ſententiam animo conceptam. Saepe ſic loquitur Valerius Maximus, itemque eius aemulus, Saxo Grammaticus.

Simulanter. *Sed ſimiliter.*) Scribendum --- *ſed ſimulanter*. Aut illud *ſimiliter* capiendum, quaſi iſtud *ſimulanter* ſcriptum fuiſſet. Multa enim talia in hoc auctore, ut uidebitur in adiecto gloſſario indice.

*Actione utriusque partis.*) Tam a Chriſtianis quam a paganis damno affecta.

## CAP. V.

Hoſpitalitas *Societate hoſpitalitatem.*) Omnino ſcribendum -- Hoſpitalitatum --

Probitas. *Probitatis.*) Virtutis bellicae. Vide ad Gulielmi Britonis non unum locum.

Quantitudo *Quantitudine.*) Pondere, quantitate.

*Creſcentis lunae augurium.*) Superſtitione Turcica. De his enim, nomine Parthorum loquitur hoc loco, non de chriſtianis. De luna Turcarum inſigni, & aliis eorumdem ſuperſtitionibus Leunclauius, & alii.

*Quocunque erat.*) Scribendum: Praemandat tamen principi cum iuramento chriſtianitatis, & amicitia fraternitatis, quocunque irent, uel ubi conſi-

conſiſterent eos ſine ipſorum adiutorio aggredi non praeſumant.

*Quod cum reperiſſent.*) Et haec turpiter habita ſunt. Lege: Quod cum reperiſſent ex parte Soldani negari ſibi, nec habere minis aut precibus potuiſſent, &c. illud inuadunt ſtrenuiſſime. Caſtellum nempe aut oppidum Hammam nomine. Hamma.

*Dominam oppidi exponunt.*) *Exponere* eſt eiicere, ut mox iterum. Scribendum uero *Dominum*. Non enim a muliere rectum hoc praeſidium credibile eſt. Exponere.

*Amicitiam.*) Lege - amicitia.

*Acceptos ſibi redderet.*) fauentes, clementes.

*Deuaſtationi belliqne neceſſarios.*) ſcribe *deuaſtationi bellicae*.

*Prouiſor utilitatis.*) cautus prudensque procurator. Saepius ſic hac uoce hi auctores utuntur. Prouiſor poculorum pincerna eſt apud Albertum Aquenſem lib. VI. cap. XXVI. Prouiſi, moniti, eidem lib. X. cap. XLVIII. Prouiſio, apud Guibertum lib. II. cap. XX. Prouidere, lib. VII. c. XII. & XIII. Prouiſor, noſtro Gauterio infra, cap. XXIX. & cap. XXXI. & Fulcherio Carnotenſi, cap. II. Prouiſi, cauti. Alberto Aquenſi lib. III. cap. LIIX. lib. IV. c. XIII. & cap. XLVIII. Prouidentia, eſt concluſio, apud Gulielmum Tyrium, lib. III. cap. XII. Prouiſor utilitatis.

## CAP. VI.

*Erutione oculorum interpoſita.*) Barbara ſponſio inter chriſtianos principes ad praeſtandam foederis fidelitatem oppignorari oculos. Ingentibus aliquot capitibus res oculorum illuſtrauimus in tertio uolumine aduerſariorum. Erutio oculorum.

*Omnibus ſuis abdicat.*) Id eſt, recedere eos facit, Abdicare alicui.

cit, & militia uelut abdicat, quia promiſſum erat regi, nil moliri, priusquam is ſuas copias adduxiſſet. Barbare eloquitur Gauterius, quod bene animo conceperat.

Aggreſſus. *Aggreſſum.)* παθητικῶς. Terentianus praefatione. Praeludia bellorum uocat, quae hodie Eſcamuches dicuntur idiomate Francico. Deinde legendum - cum maxima ui expugnatorum.

Expugnator. Expugnatores intellige pugnatores praecipuos. Expugnabilior legitur apud Guibertum, lib. VII. c. VI.

Fides Dei. *Fide Dei.)* Foy de dieu. Et conſtat Francum fuiſſe hunc ſcriptorem.

*Pro caſtro ſuo.)* Id eſt, pro tentorio.

Signum conflictus. *Vel ſignum conflictus.)* Emaculandum - uelle ſignum - Deinde legendum quidam autem capacioris ingenii - Et poſtea - ingenioque experienti.

*Interea, fama narrante, ueleciore facto, regem Balduinum accelerare compertum eſt.)* Et hic turpe mendum inſidet. Scribe - fama narrante uelociorem iaculo regem Balduinum, Pontiumque comitem uiriliter celeriterque accelerare compertum eſt.

Retroceſſus. *Retroceſſis.)* iam retro redactis.

Marchitima. Marchia. *Marchitima.)* Id eſt, marchis ſeu limitibus uicina. Voce partim Germana partim Latina. Marchia, limes. Infra, cap. x. dicentium ibi non eſſe principem, ſed tuentium marchiam girouagorum plebem. Vide Iacobi Sirmondi notas ad Caroli Calui capitula. Fr. Pithaeum ad Ludewici Pii. Alios. Deinde lege - cum ignorarent. Sed tempora & modos uerborum ſingulis paginis confundunt iſti auctores. Vtitur eadem uoce infra cap. XII.

CAP.

CAP. VII.

*Ictibus enſium comprehenſum.*) Germaniſmus in Gallicifmum, inde porro in ex utriſque mixtam Latinitatem translatus.

*Verentur aggredi quos antea inuaſerant* ) Scribendum putem - euaſerant. Sed tamen & uulgatum iſtud bonum eſt, inuaſerant enim, anteaquam rex adueniret, caſtra chriſtianorum, quae nunc aggredi non audebant.

*Ante caſtra.*) Ante initam militiam. Ante caſtra.

*Agitur.*) Conſultatio incipitur.

*Pars igitur illa quae magis.*) *Magis*, ſignificat *plus*. Et ſcribendum. Pars igitur illa quae magis ſperabat bello acquirere, quam domi ſuae reliquiſſet, repente ſubſequi bonum eſſe confirmat. Pars, cuius animum res poſſeſſae dulcedine reuocabant, cum hoſtis ſit copioſus, ſitque ualde fortis unumquemque ad propria reuerti, cauſſa ſua tutandi municipia, utilius eſſe iudicat. Sic nullae reſtant ſalebrae in quibus ſermo obhaereat. Magis.

*Tripolitanus.*) Sic ſcribendum. Tripolitanus.

*Illorum potentia intelligimus.*) Melius legas- impotentia- id eſt *uecordia*. Sic loquitur, cap. ſequente : ſi plenam iuſtitiam per ignorantiam aut impotentiam, uel impotentiam adimplere nequiuerint. Id eſt *inualentiam*, & ſic hoc etiam loco.

*Nec multo poſt partes.*) Addenda uocula - per partes.

*Cafarda quo.*) Scribe- Cafarda, de quo. Mox lege - *Petrariis*- Quae uox generatim omnes machinas, quibus lapides iactari poterant, indicat. Mox lege: *Mox introgreſſi praeſentes ſuos interfectos, & praeteritos uindicando, &c. quoſdam altioris* Cafarda.

Perfinia. *tioris fortunae reſeruent, &c.* Elegans uox *perfinia* pro *confinia*. Vt multa hoc genus in iſto ſcriptore.

*Ingenia.*) machinas bellicas. Vide Commentaria ad Gulielmum Britonem, lib. VII, v. CLIX.

*Delatione & exonio.*) Mendoſa uox. Vide quae notamus lib. CXLVII. aduerſariorum, cap. XIV. Tendere caſtra, tentoria figere, de quo in eodem opere.

## CAP. VIII.

Eminens bellum. *Eminenti bello.*) Conflictu imminente. Poſtea legendum: ſic tractatum iniunctum, & ab omnibus conſenſum eſt; & ſingulatim, iunctis manibus omnium, inter manus patriarchae, Deo & eidem, data fide promiſſum eſt, per induciam & eccleſiae propiciationem; Quod ſi quis forte aberrauerit, per emendationem & ſatisfactionem eccleſiae, reos ſaluari poſſe. *Induciam* in libris aduerſariorum illuſtratam puto.

*Spiritualı diligentiae.*) Sic emaculandum, non *diligentia* legendum.

Happa. *Cum ipſo.*) Emacula-dum ipſos non inueniunt, quos perdere iam quaerebant, ante Happa caſtrametati ſunt.

## *CAP. IX.*

*Cuius licentia.*) Id eſt, uelut permiſſione. Ex ſuperſtitione temporum. Non enim tam de epiſcopo Gibellenſi, quam cruce ipſa capienda ſunt iſta. Sic poſtea hoc capite milites ſe ligno crucis commendaſſe dicit.

*Exploratorum ſpeculatoribus.*) Sufficiebat una uox. Iſte autem pro eruditione putabat duplicare hanc ſagacitatem. Pertinent huc quae ex Iulio Firmico aliiſque notata ſunt aduerſariorum, Lib. CLXXI. cap. VII.

*Primi*

ſʀᴏᴍᴀᴢɴ



*Primi ictus in bello principatum.*) Conſenſu chriſtianorum per eas regiones principum dicit comiti Edeſſano conceſſam primam aciem in hoſtem ducendi. Sic loquitur infra, cap. x. comes Edeſſanus & Guido Capreolus ad primos ictus ordinati aſſerunt ſe. &c. Ita Sueuis in Imperii Germanici expeditionibus primum locum conceſſum auctor eſt Lamberus Schafnaburgius.

*Ad arma.*) Clamor bellicus pugnam prouocantium. Vide aduerſaria.

*Imperat arma baiulari.*) Afferri. Mihi tamen hoc in tali, tamque praeſenti re omnino tardius uidetur. Scribe *arma habilliari* - *Habilier* Gallicum, cuius nationis extra controuerſiam eſt hic auctor. Id eſt indui parati. Baiulari. Habilliari.

*Certauerunt.*) Lege - certauerint. -- Manu ſilentium indicere iam inde uetuſtisſimae Graeciae mos fuit. Vide commentaria ad Claudianum, lib. I. in Rufinum. v. CXVII.

*Commilitones.*) Sic uocat ſolos equites. Miles enim his auctoribus plerumque ſolum equitem deſignat. Vt ſex ipſis locis ad Gulielmum Britonem notamus. Commilitones.

*Proborum uirorum.*) In bello ſtrenuorum.

*Victorabile.*) Vincere conſuetum. Victorabile.

*Timpora.*) Ineptit friuolam inter *tempus* & *timpus* diſtinctionem ſequendo. Timpora.

*Sic factus.*) Legendum - ſic fatus.

CAP. *X.*

*Marchiam.*) limites inſidentium uulgus: accolarum limitaneorum. Marchia.

*Girouagorum.*) Vide aduerſariorum. Lib. CLV. cap. XVI. Girouagi.

*Vexilla prodeunt.*) Ex hymno eccleſiaſtico.

*Scarie.*) ſordibus, carie; addita per barbarum morem littera. Scarie.

*Ma-*

Matheſis. *Matheſi.*) Abuſio Graecae uocis. Diſciplinam nempe aut diuinationem ſignificare uult, immo magiam. Continuator Bedae, lib. II. c. xv. Poſtero die collato conſilio, magiſtrum quemdam illius temporis adiuimus, qui dicebatur nomen Dei ineffabile ſcire. Interrogatur ſcientiam, non difficetur, adiiciens quod tanta eſſet eius nominis uirtus, ut nulla ei magica, nulla matheſis, obſiſtere poſſet. Legendum autem hoc loco: In cuius cacumine eminenti, matheſi falſorum Deorum auxilia ſibi adeſſe inuitant. Tamdem ipſum montem, non ſolum ſeipſis, uerum etiam diuitiarum multiplicate uiſi ſunt oneraſſe: Tumbaret ultra montem cum ſua acie latitante in praeſidio. Caeteri uero in tentoriis & extra, praeſentia diuitiarum capti, &c. ſuperbe praeſtolantur. Quoad nec poenitentia iuuantur, quia ſera, nec ſuorum protectione releuantur, quia perdita.

*Princeps elegantisſimus.*) Id eſt optimus, uirtute plenus. Infra, cap. xvi. Archiepiſcopus, in utraque militia uir elegantisſimus. Guibertus lib. I. cap. X.

Standartum *Standartum.*) Pro principali & capitali uexillo haec uox iſtis auctoribus habetur. Standare dicitur infra, cap. XXI. Standaria, cap. XVIII. Hoc uexillum erectius erat caeteris, & circa id denſabantur, adque id reuocabantur milites. Albertus Aquenſis lib. VI. cap. L. hac fuga gentilium, longisſima haſta, argento operta per totum, quod uocant ſtandare, & quae regis Babylonii exercitui in ſignum praeferebatur, & circa quam praecipua uirtus denſabatur, ad quam uicti & diſſipati reuertebantur, capta eſt a Roberto Plura ad Gulielmum Britonem, initio lib. VI. & hos ſcriptores.

Ad-

*Adſtrictis mucronibus.*) ſcribendum, *ac ſtrictis.* Stricti mucrones.
Sic enim praecipitur ſupra, cap. praecedente.
Fractis enim lanceis, gladiis res agebatur. Infra, cap. XI. mox peracto lancearum officio, ictibus enſium defunctos noſtros retinent.

*Eliminant, euiſcerant, obtruncant.*) fugant, Eliminare.
uulnerant, trucidant. Eliminare ſic uſurpat etiam infra, cap. XXVII.

*Feritatem.*) Virtutem, uiolentiam. Vide ad Feritas.
Gul. Britonem lib. III. v. CLXIII. & alibi.

CAP. *XI.*

*Viuosque illius aciei.*) Legendum-uiuos.

*Horrifex clamor & immenſus.*) Lege *horrifer.* Horrifer.
Sed nec illud indignum tali ſcriptore, Ita *ſacrifex*, & talia alibi ſunt adnotata.

*In campo remanens.*) In ſignum uictoriae uictores hoc facere conſueuerant. Notatum alibi ad hos Palaeſtinos ſcriptores. Manebant etiam in campo per unum alterumque diem, cuius rei hic exemplum eſt. Hinc campum obtinere, pro uictore ſe gerere. Infra, cap. XXXII. & cap. XXXIII.

*Licentiauit.* Dimiſit. Galli hominis ſermo. Licentiare.
Eodem uerbo utitur infra, cap. XVI.

CAP. *XII.*

*Ad honorem ſummi regis.*) Adfectantur Trochaei. Et legendum:

*Ad honorem ſummi regis,*
*Et ad effectum ſui gregis*
*Liber, ſeruus & ancilla*
*Gratulabantur die illa.*

Et ſic concipienda ſequentia, uſque libelli ſequentis initium. In illo principio legimus- Gauterius hic recitabit.

*Profecto illorum aliquis.*) Emaculandum, ut ſen-

ſenſus redeat auctori - profectus illorum aliquis, ab hiſtoricis aſſertus, &c. cauſſam intulit. Doctisſimus Bongarſius poterat haec facilime corrigere, ſed maluit lectoribus negotium relinquere. Sed ea ratione id actum eſt, ut nemo ad haec legenda fere ueniret, magno queſtu bibliopolarum tantos ſumtus damno ſuo facientium.

Elogium. *Infelicitatis elogium.*) Titulus, recenſio.

*Nec alius aliud.*) ſcribendum - nec aliquis aliud, quam diuinam fuiſſe ultionem dicere praeſumat.

CAP. *XIII.*

*Antiocheni honoris.*) Prouinciae, Dominii. Sic dignitas Antiochena perhibetur hoc loco. Et infra, cap. XX. plebem Antiochenae dignitatis-Principatui illi ſubditos intellige. Sic. cap. XXXIX. Ipſius honoris ſpeciale caſtrum. *Turco-magnos* etiam infra ſcribit, ut non pauca ſingularia habere affectat.

Marchitimae. *Marchitimas.*) Limitaneas. Dictum iam ſupra.

*Supplicando rogauit.*) Cautione clericali loquitur. Ne ſcilicet quid in clerum poteſtatis magiſtratui politico adſcribere uideretur.

Proinde. *Proinde.*) Ea ratione, exinde.

Situs loci. *Situs loci.*) Omnis regio Antiochena.

*Vrgentibus aditum.*) anguſtum reddentibus.

Eſſentialiter. *Eſſentialiter.*) Nihili hic uerbum. Scribe-Denſitati etenim uallium montibus intermixtis ſcapulisque ſingulorum urgentibus aditum, & ſitu & acceſſu, illorum parti magnae ruinae eſſe, ſenſualiter praebet indicium. Id eſt coram oculis capiendum.

*Vel pacto reddere.*) Pactis promiſſo. Indicat hic ſermo principem iſtum eccleſiaſticorum redituum aliquid ſibi uindicaſſe. Qua in re ſenſibilior

lior clero nemo unquam ſtatus fuit adeoque ut ob tantillum aliquid nummorum facile communione eccleſiae homines interciperent. Exemplis notisſimis.

*Quibus praebebantur.)* Scribendum - quibus prohibebatur, a Bernardo nimirum, ut iam dictum.

*Quorum hoſtes aſſueti.)* Id eſt quae iam in pace longo uſu hoſtes poſſederant. Intempeſtiuam magnanimitatem & iram principis accuſat. Aſſuetus.

*Animi uice fruens.)* ſcribe - feruens. Etiam ante - *ſuaeque genti praeordinatis*. Id eſt, militi, & officiis militaribus praepoſitis ſuis aulicis.

CAP. *XIV.*

*Mala plangere, & plangenda non perpetrare.)* ſecundum uerſum Chriſtiani poetae, Alphimi Auiti *uel Prudentii*. Mala plangere.

*Flete admiſſa, nec inde admittite flenda.*

*Exorare*, efflictim orare. Vide aduerſar. Poſtea legendum - *& re & nomine*.

*Caſtra extera.)* longius diſtantia. Nam ipſum militem condenſatum breui ambitu intelligit. Ita ſtatim: ſpectent exteras meatuum partes - Id eſt, hoſtibus poſitas.

*Volatilium uenditoribus.)* Melius legas - *uenatoribus*.

*Eſſe noſtrum.)* ſtatum. Vide ad auctorem primum.

*Eisdem reuerſis.)* ſcribe - *ab iisdem reuerſis relatione facta*, & dominus & primates, quaſi propriis oculis inſpexiſſent, lucide intelligebant. Relatio.

*A ſolita probitate.)* Virtute militari. Vide commentaria noſtra ad Gulielmum Britonem.

*Rei ordinem praeteriſſe.)* Id eſt, neglexiſſe.

*Terſa uerſi.)* Futilis lectio: Scribe: *terga urſi fremendo ſic habebant.* Notum urſos, con-

ſpecto hoſte recedere ſolitos, mox cum impetu reuerti. Id ne de extero teſtibus indigeat, uidimus nos ipſi.

Improbitas. *Improbitate.*) Puſillanimitate. Quia dolus omnis pro re indigna uera magnanimitate habetur.

## CAP. XV.

Ingenium. *Audaciam & ingenium.*) Fortitudinem & aſtutiam. *Ingenium* enim hoc genus ſcriptores pro aſtutia habent. Notiſſima lectio.

*Palpatis lanceis.*) Vſui aptatis. Barbare loquitur ſic etiam infra cap. XIX. Laxis habenis, palpatis lanceis, cohortem obuiam percutere maturauit.

*His ſimul omnibus.*) Militariter haec omnia ſimul facere docti & adſueti. Nihil hic mutandum.

*Viciſſim effuſo.*) Id eſt intrepide, non pauentes uulnera. Vtrorumque effuſo ſanguine. Cap. XIX. infra.

Occido. *Occidit.*) Id eſt cecidit, humum concidit.

*Matris ſuae filii.*) Sic ſcribendum. Id eſt ſui ipſius, ſuae generoſitatis. Sermo eſt non ineptus, non tamen Latinis Graeciſue ſcriptoribus uſurpatus, idiotiſmum ſapiens. Et ſic Germani ſaepius loquimur. Er wird ſeiner Mutter keinen wackern Sohn mitbringen.

Audaciae leuitas. *Audaciae leuitate.*) Agilis ſimul & fortis. Tales locutiones in Firmico, aliiſque auctoribus notare memini aduerſar. lib. CLXXI. cap. VII. Deinde ſcribendum: Suiſque uiſis ei ſuccurrere properantibus praelians animoſius, clamauit.

Subnixi uiribus milites. *Subnixi militis uiribus.*) En preuthommes. Succurrite mihi, ut ueros animoſosque milites oportet. *Miles* hic non ſimplicem militem notat,

tat, ſed ſtrenuum equeſtris honoris uirum. Sic *militia* mox. Vide ad Gulielmum Britonem non uno loco.

*Allatum dolorem.*) Scribe - illatum dolorem ui uindictae poſſe minui. Sane militare dicrem.

*Robur uero.*) Corrupta lectio. Robertus uero, illatione ſibi facta priori ſimili, pulſat hoſtem, protectus clipeo. Ita legendum. *Illatio* eſt impetus hoſtium. Scitius tamen ſcribatur - illatione hoſtium ſibi p. s. facta, pulſat uim - Aut ſi quid magis congruum habeatur. Illatio.

*Militiae probabiles.*) dignos & aeſtimatione militari ſua, & ſpectaculo exercitus.

*Alanus eiusdem.*) Legendum *cuiusdam*, uel putandum de cognatione Roberti fuiſſe, & caſtrum -- De ueteri ponte -- ambobus his heroibus ſimul poſſeſſum. Alanus.

*Vice muri fruitur.*) Forte - uice muri fertur, & in ſequendo, Leo perhibetur. Forte ſcripſit -- uice uri --

*In agenda militia.*) Sic ſcribendum. Id eſt fortiter faciendo alter alterum ſuperare contendunt.

*Non appenditii.*) Non ſpurii aut aliunde adſciti. Appenditii

*Ex re.*) Scribe - & uere Chriſti milites.

*Vocati in illo conflictu.*) Scribe *uacuati*, id eſt delaſſati, amiſſo robore & uiribus.

*Curialibus.*) Aulicis, quos militiae praefectos ſupra dixit. Curiales.

## CAP. XVI.

*Pars equidem.*) Et haec inquinata, ſic legenda ueniunt; Pars haec quidem, (poſterius nempe dicti,) conſilium Domini ſalubre decreuit, & ei fauendum conſuluit. Sic fati, uoluendo & reuoluendo &c.

Diſtricta. *Vltra diſtricta militare.*) Diſtricta ſunt anguſtiae ſignatae, quae illis a fronte erant. Sic infra cap. XVII. Citra montes, citraque diſtricta adſunt, uicimus, iterumque cap. XXVIII. per diſtricta Samartani - *Militare* eſt cum armato milite progredi. Nec mutandum. Mirifice enim in talibus loquuntur hi auctores.

Militare.

*Veloci equo & aſtuto milite.*) Miles hominem equeſtrem equeſtris militiae peritum notat. Vt paullo ante pediti eſt oppoſitus.

Capella. *Capellam.*) Minus templum. Vide quae diximus ad Gulielmum Britonem lib. VII. u. DCCXLI.

*Nec diu utique.*) Sententia flagitat ſcribendum - uiuite. In craſtinum enim toti militiae necem nunciabat.

Conſternati animo. *Conſternati animo.*) Tolle diſtinctionem poſt iſta uerba: alios enim riſiſſe, alios trepidaſſe, dicit.

Cancellarius. *Cancellario.*) Eo tempore Cancellarii proximi erant a principibus. Petrus Cellenſis lib. I. epiſt. XXVII. ad Cancellarium Angliae: Quae enim proportionabilitatis habetudo, inter abbatem Cellenſem & Cancellarium regis Angliae? Secundum poſt regem in quatuor regnis quis te ignorat? Plura alibi ſuoque loco,

Diſcerno. *Diſcernit.*) Diſputat & concludit. Decernit ſupra cap. III. Quid ſit agendum de ſtatu ciuitatis cum eo diſcernit.

Turcopuli. *Vocantur turcopuli.*) ex altero parente Chriſtiani, mancipia tunc puto, principis Antiocheni. Sed abiungit eos tamen, & praeponit famulis.

CAP. XVII.

*Poenitentia praefate.*) Scribendum - praefata. - Videlicet ea, quam modo dixit, ut in auxilium Dei confiſi, nihil ſuis uiribus aſſignarent.

*Cari-*

*Caritatiue.*) Malim legere - caritatiua - Non enim praemia aut conſtitutos reditus, ſed gratuita munera dicit. Caritatiue.

*Quid pro ſerio.*) Quid rei feriae ſic te feſtinare adigit? Serius.

*Id ei nuntius.*) Scribe: reddit nuncius -

*Deuallium.*) pronarum uallium. Vt *conuallium.* Deualles.

*Quam & aliis.*) Scribe: Innumerasque acies tam uexillis, quam & aliis, Zipheorum (hoc eſt mundi florentis) pompis decoratas priores ſubſequi aſſero. Ziphaeos dicit periuros, perfidos, & quocunque nomine paganos Chriſtiani conuitiari ſolent. A uoce Syriaca, quae *falſarios* ſignificat; Hanc tam inuſitatam uocem etiam, oſtentatione eruditionis, enarrare uoluit, mundus florens, Saraceni, Turci, aliique ſatanae, qui eſt mundi princeps, ſeruientes. Ziphaei.

*Exortationis factam moleſtiam.*) Scribe *exorbitationis.* Peccata omnia legitimo Dei cultu contraria ſic uocat, & recordatur poenitentiae iam promiſſae. Exortatio.

*Accerſito agoſone.*) Vox mendoſa. Vel intelligit illum qui conuehendis rebus pretioſis in turrim Arteſii, de qua re ſupra, praefectus fuit. Intelligit eum qui uexillum principale ferebat. Vt infra cap. XXXII. Agoſo.

*Libetque.*) Scribe - iubetque -

*Primo ſonitu gracilis.*) Gracilis tum ſonitus tubae fuit, excitantis ad inuehendum in hoſtem. Meminit mox infra. Sed potius eſt graciles tibias intelligendas, quas cap. XVIII. infra tubis componit: ſinguli inquit, erectis uexillis ordine aſſignato profecti, gracilibus tibiis, turbis clangentibus iter arripiunt. Gracilis.

 Parati.

Parati. *Parati.*) Scribe *paratis aciebus* nec mutandum aliquid.

*Iuncti conueniant.*) Lege - iunctim - Vox *conueniunt* etiam duplicatur ad maiorem emphaſin. Scribe - primo admonentur - Id eſt, excitantur.

*Sententiam permutare.*) Vt occidantur, qui occiſuri adſunt.

Galeae. *Galeae ſuae laqueis*) iisdem laqueis oſtenſis, & iuramento aptatis, quibus galeam conſtringebat. Ceremonia eſt ſeſe totum alicui dedentis cuius exemplum iam non adeſt. Pertinet tamen forte huc quod feuda fuerunt, uel & nunc ſunt, a galeis dicta, quibus nempe totus homo armatus ſeruitio principis ſui alligetur. De qua re non nihil M. Freherus ad Caroli tertii Conſtitutionem feudalem, abs ſe cum Fornerii & Contii epitomis feudalibus promulgatam.

CAP. XVIII.

Vice. *Vice beati Petri.*) Quod is nempe Antiochiae pontifex fuiſſe perhibeatur. Sic poſtea *milites B. Petri* ſunt.

*Non more fugientis.*) Scribendum, Albericus uice dapifer, non more fugientis, ſed impetentis, militis, percuſſus lancea in faciem, & affixus ſagitta ferme ad oculos, ut noſtros praemoneat, Nuncius extitit tertius. Impetere pariter uſurpatum cap. ſeq.

*Adeſt Malgerus.*) Scribendum. Fitque ſubito. Adeſt Malgerus, adeſt cohors una uicta. Sic omnia cohaerebunt. Nam cum Malgero redibant, qui cladi ſuperfuerant.

Laudare. *Laudauerunt.*) Cenſuerunt, dictum alibi.

*Gracilibus tibiis tubis clangentibus.*) Scribe - ac clangentibus. *Tibias graciles* tubis ſonoris dicit acclanxiſſe.

CAP.

## CAP. XIX.

*Palpatis lanceis.*) Manui inſertis ſupra ad cap. xv. Palpatae lanceae.

*Eandem & caeteras.*) Pene omnes una cum iſta.

*Diſconfecturam.*) Prodit ſeſe homo Gallus. Sic diſconfecti, acie fuſi, infra cap. xxxiii. Diſconfectura.

*Suo poſſe.*) Omni ſua extrema potentia.

*Perſiſtere deſiernnt.*) Ob paucitatem ſuorum.

*Plumbatis ferratis.*) Haſtas dicit plumbo & ferro ad perferrendum ictum munitas. Plumbatarum ſupra cap. xviii. mentio fuit. Intellexit talia iaculabilia tela Papias, cum *plumbo aptatas* dicit. Plumbei liquoris tela ſunt apud Guibertum lib. vii. cap. xlviii. Aliae res plumbatae in hiſtoriis martyrum, de quibus Caeſar Baronius in Martyrolog. Romanum.

*Animi ſecuritate.*) Hoc eſt nullo modo potuit ſecuritati reſtitui, ut metum repelleret. Eamdem infelicem hanc hiſtoriam recenſet Gulielmus Tyrius lib. xii. cap. ix.

*Malo iudicio.*) Scribas melius - a malo initio - caetera huius auctoris uerba κατὰ λέξιν, repoſuit Gulielmus Tyrius, dicto loco.

*Enſe nati cerebrotenus.*) Gulielmus pudore tam inhoneſti uulneris, gladiis ſaltim militaribus interemtum cecidiſſe dicit.

*Ambitione auri.*) cupidine auri & gemmarum, quibus crux exornata erat, ſe inuicem peremerunt. Ambitio auri.

*Diuerſis illationibus.*) uario impetu. Sic paullo ante & ſupra cap. xviii.

*Citra.*) Scribendum - circa - circumcirca -

## CAP. XX.

*Humanitus ſentiens.*) Vt homo erga hominem af-

affectus. stultus autem qui non periit potius quam credidit.

Intendo. *Intendebat.*) Putabat. Sic locutus eſt ſupra, ubi non opus erat - intelligere - a nobis reponi.

Frui. *Frui.*) dictum pro *uti.* Non enim tantae accurationis tales ſcriptores, ut haec ſemper diſtinguant. Sic ſupra cap. XIII.

Gradatim. *Vt egradatim.*) Scribendum - uti gradatim. Legendum autem ſtatim: uti gradatim enarrando partem belli, inter duo bella exiſtentium, ad id condeſcendam, ut enarrem quomodo auctor ſummae iuſtitiae, manu Balduini &c. Sic enim ſaneſcunt, quae male hactenus habuerunt, omnia.

## CAP. XXI.

Scarae. *Valliumque aditus * eſcaramis.*) Emacula: ualliumque aditus, & ſcaris tramites offuſcantur. Scarae, agmina, cohortes. Vt docemus ad Gul. Britonem. Deinde lege - quod nec unus -

*Euterpius.*) Mirum eſt nomen, nec mendo caret. Scribendum puto - *Ebrardus*, uel *Ebrardius.* Cuius nominis non pauci Palaeſtinis bellis interfuerunt. Vt uides in catalogo a Bongarſio confecto.

*Auro tectum.*) Sic ſcribendum, non *textum.*

Terminium *Terminio.*) Sic ſcribendum, non *termino.* Nec ſua elegantia auctori, alioquin talium non locupleti, auferenda. Sic exterminium, conterminium, alibi notata.

*Noſtri barneſii.*) Emacula: Haec inter diſcrimina conuentus noſter Arteſii &c. ad turrem Arteſii deſtinata erat ſupellex exercitus, ut ſupra cap. XVI. demonſtratum eſt. Mox lege - aut aliquo modo -

inculcate. *Moti adhaerebant inculcate.*) L. morti adhaerebant inculcatae. Id eſt certae, non mutabili.

*Multo*

*Multo ferocius.*) Atrocius dicere uoluit, re eadem. Totus autem hic multarum linearum ſermo, ſi non metro, at numero ſyllabarum, Trochaeos ſimulat. Sine rythmis enim tum nulla placebat ſcriptio.

*Sequitur poena peccantium.*) Legendum-*precantium.* Hos enim dicit qui quoquomodo ſupplicantes; aut aliqua commiſeratione excepti, adhuc uiuebant, in quos amplius etiam eſt ſaeuitum.

CAP. XXII.

*Impius autem.*) Inſcitiſſime haec deturpata ſunt. Orditur nunc de poenis captiuorum, fruſtra deprecantium, gradatim, ut dicebat, ſermonem producere. Omiſſis ſermocinationibus, legendum putamus: *Impius autem exitiali furia inuectus, miniſtris caedis imperat, laetaliter icta captiuorum uulnera, iuuenenari; & afflictos uulneribus grauibus, uirga illigata capillis, foras ad decollandum extrahi.* Intelliguntur haec ſine explicatione, & meo animo uera ſunt.

*Mortis diſcidium.*) Quia detruncata dicit corpora. Diſcidium.

*Promiſſo.*) Id eſt ſcientes ſe ſic eſſe cruciandos.

*Mentibus obſtant, uerbis increpant.*) Mente abominantur, uerbis poſcunt talem mortem.

*Maeſtis non uenire.*) Alludit uerba Boethii lib. I. cap. I. de conſolat. philoſ.

*Sed ad corruptam.*) Sic legendum.

*Preſſi itaque & conſtructi.*) Legendum-*conſtricti.*

*A collibus ſimul religati.*) Scribendum-collaribus ſimul religati. Ita enim uirgis aptatos modo dixit.

*Reſtibus.*) Funibus intortis, ad uerberandum, Reſtis.

 neruos

neruos ei rei adhibent hodie Turci; item ueteres, ut uidemus in paſſione Tharaci & ſociorum.

*Cardonetis & uepribus.*) Scribendum - carduetis.

*Quippe.*) Abundat. Vide ad Gulielmum Britonem.

*Membra ſingula.*) Alluditur mos temporum. In membris enim computandis proxima morti poena erat. Multis docemus in aduerſariis, capite prolixo de mutilatione.

Gipſatus. *Gipſatos etiam.*) ſordidos gipſata tellure cui inhaerebant aut incumbebant.

*Quorum liquor.*) Scribe - horum cum liquor.

*Liquoris ſtilla.*) Sic ſcribendum. Memorabilis autem barbarorum inhumanitas, cui tamen non abſimilia patiebantur, qui in chriſtianorum poteſtatem ueniebant, ut exempla docent.

Vrina potati. *Vrina poſiti.*) Scribendum-potati.

Equi uectiles. *Equis uectilibus.*) junctis ad uecturam.

## CAP. XXIII.

Singulatim. *Singultim.*) Scribendum - uel intelligendum ſingulatim.

*Quid deponis.*) Hoc eſt, concludis, definis.

*Legi ſuppetit.*) conuenit.

*Laudo.*) Conſulo, probo.

*Canibus.*) Nunc quoque Turcicum conuitium. Videndi aduerſariorum libri CXXXIX. cap. XX. lib. CXLVI. cap. XXIV. Vſitatum & Homero.

*Mathematis.*) Id eſt, Muhametis, aut Machometis. Varie enim maledictum hoc nomen omne genus horum ſcriptorum pronunciat. Mathomus Guiberto, Machomus, Mahumus, aliis.

*Parentes.*) cognati, agnatique. Omnes enim iſta uoce iam olim cenſentur. Vide Caſauboni com-

commentaria ad hiſtoriam Auguſtam, nos alibi.

*Iudicis.*) Omnem poteſtatem hac uoce cenſeri alibi demonſtratum eſt. Iudex.

*Captiuis.*) Lege *captiuos*, in talibus dormiendum miſeris, aut cubandum ſaltem, intelligit.

*Cardonibus.*) Carduos intelligit; Ita ſupra *cardoneta.* Cardones.

*Ad patibulum.*) Strangulationem. Sed omne genus tormentorum intelligit, quae pati homo poſſit. Patibulum.

*Regalis belli.*) Quod Balduinus rex intulit.

*Rara diſcutiam*) Scribendum-*uera*-- uel-*rata* eadem ſignificatione.

CAP. XXIV.

*Eſſe Cerepi.*) Loci illius conditione, ſtatu. Cerepus.

*Placido.*) Scribe- placito. Id eſt *conuentione* utrimque placita. Multis alibi. Infra, cap. XXVIII. Placitus.

*Perendinare.*) Aliquot dies conſumere. Perendinare.

*Gens enim Antiochia.*) Scribendum - Antiochiae - Senſus autem eſt, diuinitus ea tempeſtate Francos eſſe conſeruatos. Si enim malae tractationis memores ciues & inquilini eius prouinciae, prodere eos uoluiſſent, nullo negotio potuiſſe dominium eorum euerti.

CAP. XXV.

*Proditionis ingenio.*) doloſitate, aſtutia.

*Aut lente.*) Scribendum - at lente. Lente.

*Equitatis*) Lege - *equitatui.* Equitatus.

*Factis tribus partis.*) Gallica uox partiis. Sed potes legere - factis tribus partibus.

CAP. XXVI.

*Per abruta.*) Lege - & per abrupta montium ita diſſipat - Quo peracto rex antefatorum. Intelligendum autem Turcos a Balduino caeſos. Tamen in uoce *latorum* mendum eſſe autumo, & no- Abrupta montium.

nomen alicuius loci ineſſe. Scribe - *ante latus eorum.*

*Comitem.*) Raimundum Tholoſanum intelligit.

Retroguardia. *Retrograde.*) Scribendum-retroguardiam. Vide aduerſarior. Lib. CLI. cap. XIII.

Effugare. *Effugantium.*) In fugam compellentium.

*Comederant.*) Sic ſcribendum.

*Rex autem.*) Emacula: *Rex autem, his auditis, aeſtimans eos aſſequi eſſe utile, quia compatiebatur praeteritis, & praeſentibus interemtis, ſed utilius erat tueri patriam, ualde conqueritur.* Mira autem & affectata eſt obſcuritas huius auctoris. Cui illuminandae audaciores aliquando coniecturae adhibendæ ſunt. Non dubito ſic iſto loco legendum. *Potuiſſet* poſſet deſignat, barbariſmo huic uſitato.

*Moto iam ſole.*) Scribendum-orto iam ſole.

*Antiochiam.*) ſic legendum.

*Quotquot fuerant.*) Scribe - & quotquot eo fugerant.

## CAP. XXVII.

Titillari. *Moueri & titillari.*) Id eſt, incendi ad inuadendum hoſtem. Verbum hoc mire uſurpatur a talibus auctoribus. Titillationes ſunt afflictiones, apud Guibertum, lib. VII. cap. XXIV. ſolet omnipotens aculeis aduerſitatum, ad ſui recordationem ſollicitare ſuos, ſolet titillationibus carnis inurere mentes, ut ſcilicet, dum ruinam metuunt, uotis & orationibus Dei ſubſidio ſemper inueniantur accliues.

*Infra cutem & carnem.*) Id eſt, totos illos crudelitate in chriſtianos occupatos.

*Nec ipſos.*) Non fuiſſe parſuros, quin omnia peſſumdarent, niſi maritimum bellum gerere nequiuiſſent.

*Iter*

*Iter ſequenti perfidos.*) Scribe-ſequendi.

*Laude cleri.*) Hoc eſt conſilio & uoluntate. **Laus cleri.**

CAP. *XXVIII.*

*Sic etiam ducturus.*) Scribe-ſi eam eſſet ductu-rus Id eſt, ſi Boamundi filio placeret ducere regis filiam.

*Verbis & manu.*) Ore & ſcripto regis rem firmatam dicit. *Nomine belli* ad bellum inſtans & neceſſarium.

*Subterraneo.*) Scribe : facto ſpecu ſubterraneo, fodientes immittit homines, igniferoſque parat currus ſiccis lignis, incitos, ut cum ad turres peruenerint ſubpodiatas, poſtibus immiſſis ignibus, eaedem corruant. **Subterraneus.** **Subpodiatae.**

*Ingeniorum.*) Machinarum. Vide ad Gul. Britonem.

*Fiducia.*) promiſſione, cui credi poſſet. **Fiducia.**

CAP. *XXIX.*

*Hominibus aliis.*) Scribendum aliiſque.

*Caelituſque.*) Scribe-caeleſtique.

*Singulis laneus*) Scribe-ſinguli.

*Diuiſionis metam.*) Milite in hoſtem eunte, Antiochenſibus caeteris domum reuertentibus. **Meta.**

*Pretioſo.*) Scribe-qui nos pretio ſui.

CAP. *XXX.*

*Redditionis.*) *Rendre* pro *tradere* Gallicismus. **Redditio.**

*Habitu animi.*) Conceptione, conſilio. **Habitus animi.**

*Diem deducentes.*) Toto die talibus rebus occupatos fuiſſe dicit, non remittentes a conturbando exercitu chriſtiano. Pariter loquitur infra, cap. XXXIV. **Diem deducere.**

*Quomque loco.*) Scribe-quo uno loco.

*Equos in ſingulis.*) Scribe *cingulis*, indiſcinctos. **Indiſcinctus.**

*Segetis.*) ſegetibus. **Seges.**

*Et ſtipendii perfidi.*) Scribe-uictui neceſſariis ſub

ſub ſpecie acquirendae munitionis, & ſtipendiis perditis, gregatim Turcomannorum & Arabum coactis millibus, per diuerſas partes, quibus incedebant, de more luporum rapacium, praediis inhaerendo &c. repatriare ſatagebant.

Conducturus. *Conductoriis.*) Conducturis, ex pacti formula.

## CAP. XXXI.

Curati. *Curati.*) Clericum dicit, ſacerdotem. Vn curé.

Somnolentus. *Somnolentus.*) Sero ſapori concedens.

*Reges regnans.*) Deum dicit, in quos eſt imperium Deo.

Eſſe. *Eſſe.*) ſtatum, conditionem, ut ſupra.

*Bellum, & fuit.*) Scribe - ut fuit-

Ambitioſi. *Ambitioſi.*) percupientes.

*Mergi faciunt.*) Impingunt aciem comitis aciei regis. Ita ſupra eſt locutus etiam.

*Nihil exaruit.*) Hoc [illegible]it ideo, quia comes Tholoſanus admodum prouectae aetatis princeps erat.

## CAP. XXXII.

Superpellicium. *Superpellico.*) Superpellicio.

*Noſtros inualeſcere.*) Noſtris inualeſcere.

*Nec tamen reuerti deſinunt.*) Non abnegant ſe reuerſuros, ne uideantur fidem fregiſſe.

*Quod decebat.*) Scribe - quo decebat --

*Quod certis nunciis.*) Legendum - quoad --

## CAP. XXXIII.

Oppidanus. *Oppidano.*) Toparchae ipſius loci.

*Nefandi principis redemti.*) Id eſt in ſeruilem & mancipiorum conditionem redacti.

Attributi. *Attributis.*) Lege *attributi* id eſt *addicti*.

Exactiones. *Exactionibus.*) Perſecutionibus.

*Et infra.*) Id eſt *intra*, ciuitatem nempe.

Tympaniſtra. *Tympaniſtris.*) Scribe *tympaniſtriis* & intellige mi-

minuta tympana, acutius ſonantia. Ita & cap. ſeq.

CAP. XXXIV.

*Decrediſſent.*) Id eſt accrederent. Decredo.

*Se furtiuo.*) Scribe - exfurtiuo. Furtiuus.

*Diem deducentes.*) Sic legendum. Diem deducere.

*Legis ſtella.*) Arabica laus principis. Sicque ſupra cap. XXIII. & infra cap. XXXVII.

*CAP. XXXV.*

*Sic facti rei.*) Legendum - factae rei - Deinde lege - potationibus uini releuantes.

*Quo dignus fuerat eueniſſe.*) Scribe - contemtum ad exitium, quo dignus fuerat -- ille ipſe principem Barbarum illato Chriſtiano ſupplicio ipſum perire dignum dicit.

*Tribuiſſe iam in praeterito.*) Dicit aliqua in re Robertum hunc Doldechino ante hoc tempus profuiſſe.

CAP. XXXVI.

*Pro Chriſto uero non renuo.*) Scribe - pro Chriſto mori non renuo.

*Aquila uiuente renouari.*) Scribe - iuuentae renouari.

CAP. XXXVII.

*Horis diſpamtis.*) Sic legendum, non *deſperatis.*

*Funibus ad ſtipitem.*) Sic legendum. Mox lege, *deorſum flexis capitibus, ſurſumque uerſis pedibus* -- Deinde lege - Quidam terrae ſpecu *mentotenus infoſſi &c.*

*Exactionis.*) Crudelitatis. Exactio.

*Verbis internuntii.*) Hoc eſt interpretis. Internuncius.

CAP. XXXVIII.

*Pedis raſulam.*) Non intelligo, nec tamen muto. Pedis raſula

*Carceribus conterebantur.*) Suſpicor ex his captiuis

captiuis unum fuiſſe hunc noſtrum ſcriptorem; nam ſupra hebetatum ſe carcere ſcribit, cap. XII.

## CAP. XXXIX.

*Eliſus occidit.*) Cecidit, ut ſupra cap. XV. uult autem ipſum principem ſubito morbo comitiali correptum uultum horribiliter contorſiſſe.

Detracti. *Detracti.*) Id eſt excoriati, abſtracta uiuo capiti cute. Vt ſupra cap. XXII.

*Collocatis.*) Scribendum - in tentorio collocatus more ſolito, a uino ſuperatus, in faetore ſui ipſius fecis, quindecim diebus iacuit quaſi mortuus.

A terra. *A terra.*) Illius territorii.

*Imperauit redimi.*) Paſſus eſt a Chriſtianis redimi.

*Honoris ſpeciale caſtrum.*) Merdinum caſtrum, ſpecialis aula erat Algazili. Deinde lege - congregaret, ut redeat.

## CAP. XL.

*Super regem Dauid in * euetiam equitare.*) Scribendum eſt - in Mediam. Sic enim hanc gentem uocat infra hoc eodem capite.

Exheredatus. *Heredato.*) Scribendum - uel exheredato; Hoc eſt terris & dominiis ſuis omnibus eiecto. Vide commentaria noſtra ad argumentum lib. VIII. apud Gulielmum Britonem.

*Terram legis.*) Scribendum regis.

*Inter Medos & Chriſtianos.*) Mixtos dicit, Quae uero Media haec ſit, exprimendum erat planius. Minime enim eſt quae uulgo ea uoce cenſetur.

*Virtute ſanctae crucis.*) Verba haec non uidentur auctoris eſſe. Nam lignum crucis rex iſte non habebat ſecum, ſed Hieroſolymitanis militibus aderat.

*Serio*

*Serio exiſtentium.*) Scribe - ut ex ore - &c.

CAP. XLI.

*Bello diſſipet.*) Id eſt praelio, conflictu, Et ita ſaepius hic auctor. Aliique. Bello diſſipare.

*Praecludentes.*) Sic ſaepius uocat equitatum leuis armaturae, qui praetentabant excurſibus praelia. Praecludentes.

*Quod Fulcherius ſupra.*) Intelligit primam huius libelli partem. Et male ſcriptum eſt Fulcherius, idque non alia ratione, quam quod admodum celebris fuit Fulcherius. Sed in uno eodemque codice antiquitus ſcripti fuerunt duo iſti auctores, Fulcherius & Gauterius, ut ſubſcriptio utriusque in Bongarſiana editione indicat.

## INDEX CAPITVM.

*Vt ea a nobis facta ſunt.*


I. Anno igitur.
II. Hi licet.
III. Princeps igitur.
IV. Hinc dominus.
V. Tandem noſtrates.
VI. Princeps igitur Chriſti.
VII. Repente ordinatis.
VIII. Menſe igitur.
IX. Quid ultra.
X. Interim.
XI. Mox intromiſſi.
XII. Ipſe uero.
XIII. Forte fortuitu.
XIV. Pater itaque mem.
XV. Noſtri uero.
XVI. Quo audito.
XVII. His itaque.
XVIII. Quem archiep.
XIX. Interim hinc.
XX. Placuit autem.
XXI. Interemto.
XXII. Impius autem.
XXIII. His uiſis.
XXIV. Sed ne inceptae.
XXV. Patriarcha.
XXVI. Profectus.
XXVII. Contigit autem.
XXVIII. Statuto itaque.
XXIX. Interim rex.
XXX. Eodem uero.
XXXI. Multo uero.
XXXII. In hoc conflictu.
XXXIII. Gauiſus itaque.
XXXIV. Ea uero uice.

XXXV. Sic facti.
XXXVI. In praeſentia.
XXXVII. Hoc audito.
XXXVIII. Audita itaque.
XXXIX. Nocte quadam.
XL. Singula.
XLI. Sequenti uero.

## GLOSSARIVM
# SIVE INDEX NOTABILIVM,
## IN SVO GENERE
## Ad capita praecedentia directus
*In edit. Bongarſiana*
*Pag. CCCCXLI.*

*AB effectu, toto affectu.* Cap. 18
*Actor pietatis, Deus.* 38
*Accepti, beneuoli.* 5
*Accolæ, incolæ, præfat.* 1
*Accindit, accendit.* 9. *fin.*
*Admiratiue.* 34
*Ad arma, clamor.* 9
*Adminiſtrare, largiri, præf.* 1
*Aequitates, opera iuſtitiae.* 36
*Affectas, effectus.* 23. 30. 36. 37
*Affixi ſagittis.* 18. *bis*
*Agere ſe, uolutare, præf.* 1.
*Aggreſſum, paſſiue.* 6
*Agaſo, uexillum fert.* 17. 32
*de Albare mulieres, præf.* 2
*Alapae.* 37
*Amaritudo, dolor.* 34
*Ambitio, auaritia bis* 19
*Ambitioſi, cupidi.* 31
*Annulus, pignus fidei.* 20. *Victoriæ nuntius.* 33
*Antichriſti miniſter.* 38
*Appenditii, naturalibus opponuntur.* 15
*Arbiter Deus, præfat.* 1
*Aſſecuret.* 18. *ex noſtra corr.*
*Aucupii deſcriptio.* 17
*Auguria lunæ & ſolis.* 5. 3
B.
*Balneum ſanguinis.* 36
*Barbarum euellatio.* 35. 37
*Bellicis armis indui, armari.* 17. 28
*Bellum pugnæ.* 6. 15. 32. 18. 10. *Briton.* 720.
*Byſantii Saracenati. Numiſma.* 36. *ad Albert.* 10. *cap.* 50.
C.
*in Cadauer ſæuitia.* 36
*Canes, Chriſtiani captiui.* 23
*Cancelli, ſecreta principis.* 4
*Caſtrum honoris.* 39. *tentorium.* 6
*Caput, in poculum.* 36
*Cardones, cardui.* 23
*Cardueta.* 22
*Capuciores, ſapientiores.* 6
*in Campo manet uictor.* 11. *tres dies.*
*Campus belli.* 20, 21. 40
*Camerarius.* 16
*Cari-*

*Caritatiue,* 17
*Capellæ tentorium.* 21
*Cauda & capite moliri.* 30. *a* *cauda & capite.* 31
*Chriſtianiſmus, Chriſtiani.* 11
*Chaos in uultu.* 39
*Cimbala in exercitu.* 6
*Clamores Turcorum, deſcripti.* 31
*Comperierunt.* 4. *comperiit.* 6. 24. 30
*Comprendere oppidum.* 7
*Conductorii duces.* 30
*Conteri carceribus.* 38
*Cruciamen.* 12. 24. 23
*S. Crucis ligno ſe commendant.* 9. *per id uincunt.* 11. *ſupplicant ei.* 18. *uirtus.* 20. 29. 31. *miraculum.* 32. *obtinet uictoriam.* 32. *ſignum in frontibus* 39. *Abominandae ſuperſtitiones.*
*Cuniculi acti deſcriptio.* 28
*Curiæ mos.* 11
*Curatus quidam.* 31

D.

*De, a.* 6
*Decrediſſent, accrederent.* 34
*Deducere diem, inſumere.* 30. 34. *luctus.* 33
*Deliberare fuga.* 10
*Deprecari, ualde prec. præf.* 1
*Deſolati, expertes ſolatii.* 2. 26. 33. *fin. Fulcher.*
*Deuallium loca.* 17
*Demilitare.* 18. *ex noſtra correct.* *Debellare Papin.*
*Dignitas Dominium.* 20. *Vide Honor.*
*Dilaniatus, exruciatus.* 35
*Diſparatæ horæ, diuiſæ.* 37
*Diſperatus.* 10
*Diſcidium mortis.* 22. 36
*Digito demonſtrare.* 13
*Diſcernere.* 3. 16
*Diſconfectura.* 19. 33
*Domeſtici curiæ.* 19
*Dominium, honor.* 36
*Dominatus curiæ.* 11

E.

*Egradatim.* 20
*Elegans, fortis.* 10. 16
*Eliminare.* 4. *fugare.* 10. 27
*Elogium, recitatio.* 12
*Ellos.* 17
*Eminus, firmiter.* 25. & *alibi.*
*Equidem, abundat.* 36
*Eſſe noſtrum, ſtatus.* 14. 31. *lib.* 158. *cap.* 14.
*Eſſentialiter, uere.* 15
*Euiſcerare, occidere.* 10
*Euidentiſſime, animoſiſſime.* 18
*Euellatio barbæ.* 35. 37. *euulſio.*
*Euaſi, qui euaſerunt.* 35
*Ex, de.* 28
*Ex re, uere.* 13. 15. 34
*Exonio.* 7. *lib.* 147. *cap.* 14.
*Experiens &c.* 3. 6
*Expetere, ſupplicare, præf.* 1
*Exponere, fugare.* 5
*Exactiones, cædes.* 33
*Exterminium.* 12. 19. 32. &c.
*Extorquere iter.* 28. *fin.*
*Exheredare* 40. *ad Brit.*

F.

*Feretra reliquiarum.* 29
*Feritas hoſtium.* 9. 10
*Ferociſſima, immania.* 16. *fortius* 22. *ferocitas* 40
*Ferratis, plumbitos-telis.* 19
*Fiducia, ſponſione, fide.* 28. 30
*Firmare, munire.* 41
*Floribus coronata urbs.* 12
*Fore, fieri.* 3

*Fratres, militiæ ſocii.* 9
*Frontibus in, cruces.* 39
*Frugi locus.* 13. *munimen.* 25
ob *Fuſcantur tramites*, 21. ſic leg.
*Furtiuus relatus.* 34
*Furia uini.* 37

G.

*Galeæ laquei.* 18. *obligare ſe iis & in feudum. ibid.*
*Gauterius uiſa ſcribit.* 23. *fin.* 33.
*Gallus ex numerando.* 40. *incarceratus.* 12
*Gipſati botri.* 22
*Girouagi.* 30
*Gracilis tonus &c.* 17. *uide notas.*

H.

*Harneſii conuentus.* 21
*Habere ſe.* 14. *habeo ſcribere.* 38
*Habilius dormire.* 1. *habiliores.* 14.30
*Habitus animi, conceptio.* 30
*Hebetatus carcere.* 12. *lib.* 152. *cap.* 6.
*Honor, dominium.* 13.20
*Honoru ſui caſtrum.* 39. *fin.*
*Honeſtates morum.* 13
*Horrifex.* 11
*Hoſpitalitas, eleemoſyna.* 2.5
*Hoſpitati extra.* 5
*Humanitus ſentire.* 20

I.

*Illationes, cædes.* 19. *bis ictus gladii.* 38
*Illata multitudo.* 40. *impingens.*
*Illic, illuc.* 28
*Illuſus, affectus iniuriis.* 36
*Impetens miles.* 18. 19
ab *Impetu reuerti.* 32
*Impotentes, potentes opponuntur. impotentia, morbus.* 41
*Iniuriæ poena.* 34
*Induſtria, dolus.* 14
*Inducia.* 8
*Inceſtus laſciuiæ, præf.* 2
*Inceſtitas, præf.* 2
*Inceſtus libido, præf.* 2
*Infrunitus. præf.* 2.6
*Ingenium, ſollertia.* 6. 25. 30
*Ingenia, machinae.* 7. 28
*Inſitus, onuſtus.* 28
*Inſignata.* 34
*Interceſſores, ſancti.* 2. 19. 29
*Intromiſſi.* 11
*Inualeſcere, uincere.* 32
*Intendere, capere.* 35
*Ipſo die.* 11, 31
*Iuramentum Chriſtianitatis & fraternitatis.* 5. 6
*Iuſtitiam plenam facere.* 7. 8
*Iudiciarius praeo.* 36

L.

*Laudare, cenſere.* 18. *uide Fulcher.* 23. *laus ſententia.* 17.40 *uid. Cuiac. lib.* 11. *feud. c.* 20.
*Laneus habitus ſupplicum.* 29. *bis*
*Lator.* 36
*Lectica honoris.* 41
*Licentia.* 9. *mire.*
*Licentiare.* 11.16
*Ligulæ, ornatus equi.* 38
*Luminaria in gaudio.* 34
*Lunæ augurium.* 5.3
*Lunatica mulier.* 16

M.

*Mathematis, Mahometis.* 40
*Martyrium, caedes.* 21.30
*Matheſis, magia* 10
*Materia necis.* 11. 12. 19. 23. 36. 40
*Manuſilentium &c.* 9
*Mapalia.* 2
*Marchitima, uicina.* 6.13

Marchia

Marchia, limes. 10
Membratim. 1
Metaphora, mire paſ. præf. 1
Menſurare. 3
Mercati cauſſa. 19
Mergi acie. 31
Militarie. 15. 31
Milites, & militiæ ictus. 15
Militia, fortitudo. 15

N.

Nefandi &c. Turcæ. 21. 29
Nominatiſſimus. 30

O.

Obtare, optare. 36. bis Præobtare. Guibert. lib. 1. cap. 7.
Obſtare, miro uſu. 22
Oberrare. 8
Occidit, cecidit. 15. 39
Oculorum ademtio, pœna contra edicta agentium. 6
Ollæ inferne. 41
Oſculum ligni, crucis. 9. 18. fin. lib. 152. cap. 3.

P.

Patibulum, tormenta &c. 39
Palpatus lanceis. 15. 19
Paſcere, deliciari, præf. 2
Parthi, Turcæ. 1. &c.
Parentes, cognati. 23
Pauſare. 27
Perquam ocyus. 3
Petrariæ. 7
Perſinia. 7
Perfidi, Turcæ. 18. ſæpè.
Perendinare. 24
Placitum, placidum. 24. 28
Plumbatis obruti equi. 18. 19
Pompa, gloria. 20
Poſſe ſub omni, ui. 19
Potentia ſermonis Præfat. 1
Proteſtari, indicare. 1
Probitas. 5. 14. improbitas. 14
Prouiſor. 5. 29. 31.
Præludia, præludentes. Scharmützel. 6. 14. 15. 30. 31. 41.
Primatus, primi ictus in bello. 9. eorum honor. 40
Primatus, proceres. 11
Præconari. 17
Propatula uox. 17
Principiſſa. 33
Proceſsio ſalutifera. 33
Proinde, recte, congrue. 15
Proſperitas corporis animæ noxia. 12
Profanus, Turca. 36. 39. ſic Abbo.
Pudibundæ partes, præf. 2

Q.

Quantitudo. 5
Quocunque, ubicunque. 5

R.

Rata, certa. Sic leg. fin. 23. uide Papiam.
Raſula pedis in equo. 38. Neſcio.
Repatriare. 6. 30. ad Fulcher.
Repedare. 8
Reinuadere. 19
Retrograde. 26. lib. 151. cap. 13
Religionis magnæ uir. 38

S.

Sanguinis balneum. 36
Sagittæ Dei, præfat. 1
Scaries erroris. 10. Scaria arbor ſpinoſa, Papias.
Scelerati, Turcæ. 19
Se, abundat. 31
Semotim. 2
Seriatim. 4. 35
Seruus laquei galearis. 18
Seruientes. 30
Signare benedictione. 29
Singulatim. 8. 23
Sitis dirae deſcriptio. 22
Solis & lunæ auguria. 3
Sol in pugna noxius. 10

*Somnium egregium.* 39
*Soporati.* 26
*Spatiari mane mos principum.* 17
*Specialiſſ.ornamenta.* 38
*Standale.* 21. *Standarum.* 10. *Standaria.* 18
*Stella legis, laus principis Turcæ.* 23.34. *fin.* 37.
*Stipendium, uictus.* 30
*Succumbere, obſcænum præf.* 2
*Suffragio, auxilio.* 4
*Suppetit, conuenit.* 23
*Superpellicum, ueſtis.* 32

T.

*Tenus, cerebrotenus* 17. *Cordetenus.* 21. *Pubetenus, Vmbilicotenus, Mentotenus.* 37
*Terminium.* 21. *Sic ſcrib.*
*Timpora.* 9
*Tirannis, crudelitas.* 7.16
*Titillari.* 27
*Tractum, tractatum.* 8
*Truncare, cædere.* 7
*Turcopuli.* 16.19
*Turbo mirus deſcribitur.* 19
*Turcomanni.* 30.32.35.39
*Tympaniſtris.* 35. *Tympaniſtria.* 34

V.

*Vectiles equi.* 22
*Vela & cancelli.* 4
*Venatio, res principis.* 17
*Vexillum in altari.* 12
*Vini furia.* 37
*Victoriabile numen.* 9
*Vigor & probitas.* 9
*Viuacitas animi.* 13
*Vicinius, propius.* 24
*Voluptatibus renunciat præliaturus.* 17
*Voluntas loquitur Deo.*

Z.

*Ziphei.* 17. *Ziphei.* 1. *Samul.* 16, *uid. not.*

NVM. VII.

AD

# GUIBERTI ABBATIS

HISTORIAE PALAESTINAE

## *LIBRVM PRIMVM,*

ANIMADVERSIONES.

### *AD DEDICATIONEM.*

NOVINGENTI.) Gemblacenſem abbatem faciunt alii libri, ut is quo uſus Ioannes Sauaronius in encomiis Sidonii conſtruendis. Sequitur autem & iſte auctor, cum Roberto & Baldrico ordinem & ſaepe uerba anonymi, quem pri-

primum in ſua collectione poſuit Iacobus Bongarſius, quem & ſentit in praefatione altera - - erat eadem hiſtoria, ſed uerbis contexta plus nimio ſimplicibus. Item lib. II. cap. XVII. - nec per eam diſcere potui, cuius eſſe uideor interpres, hiſtoriam. Ei rei hoc etiam teſtimonium ſuppetit, quod ſcribit ibidem Aimarum Podienſem non nominari ab illo ſuo auctore, id quod primus ille auctor non facit. Debebat igitur ſubiici illis. Ipſe uero Hieroſolymam non uidit, nec interfuit rebus geſtis, ut ex ſequente hic epiſtola patet, item ex initio libri IV.

*Perſonae odibilis.*) Sic ſe ipſum per humiliationem Chriſtianam appellat; cuius & in opere ipſo ſunt documenta. Odibilis.

*Nota.*) Id eſt peccatis, & uilitate, quam affectat.

*Luminare.*) Ex ſcriptura. Luminare.

*Serenitas ſpecialis.*) Serenitas eo aeuo inſignis erat titulus, claritatem tam generis, quam meritorum inferens. Epiſcopis autem dabatur hic index. Vide aduerſariorum noſtrorum, lib. CXLIII. cap. III. Serenitas.

*Prouiſore.*) Curatore. Gauterius cap. V. c. XXIX. c. XXXI.

*Infloretur.*) Honore florido uigeat. Inflorari.

*Ad ſe quidem.*) ex ſe, ab ſe, quod ipſam attinet.

*Notiones.*) cognitiones. Notiones.

*Humi ſerpens eloquium.*) Auctoris Anonymi, de quo modo diximus, quem interpretari ſe iactat Guibertus. Vides inſcitiam ſeculi, & iactantiam huius hominis.

*Translatandi.*) Gloſſae ueteres - translatare, interpretari, transferre.

*Tractatoriis.*) Quae loca ſcripturae tractarent.

Conciones & expoſitiones ſcripturae praecipue hunc titulum habebant. Vide doctiſſimum Sauaronium ad Sidonium lib. II. epiſtola nona. Nos alibi ad Victorem Vticenſ.

## *AD PRAEFATIONEM.*

*Excrementa.*) Incrementa dicere uult. In hoc autem iſte ſcriptor eloquentiam & eruditionem conſiſtere cenſet, ut detortis uocibus, ſecus quam uulgo fiat loquatur; & ita ſtrenue ubique barbariſmis & ſolaeciſmis indulget; praeter etiam caeteros ſuos ſocios inſaniens.

Examinare. *Examinare.*) Lege *exanimare*, debilitare dicere uult.

*Vapidi.*) tenuis. Non intellexit uim huius uocis.

Paregorizans. *Paregorizantis.*) horrentem orationem mitigantis.

*Laciniosa uarietas.*) Variis uelut laciniis uariata. Ita inſulas dicant alii. Appuleius hoc modo.

*Male praeſumtae.*) Sic legendum.

*Cantari conſiderant.*) Pro mendoſa habent hanc ſcripturam. Sed uetant ſimilia dicta. lib. I. cap. VI.

*Modeſtia mercurialis.*) Interpretationis dicit.

*Approbare, nec minus probare.*) Scribe approbare, nec minus perorare.

Scabredo. *Scabredine.*) Sic loquitur & infra, cum Sidonio.

Gradus. *Gradu.*) Dignitate eccleſiaſtica.

*Qui tantae interfuerant.*) Non uno tempore ſcriptam hanc hiſtoriam autumare licet. Viuo Gotofridó quaedam ſcripta uidentur. Sed de eo ſtatuere non auſim. Regnante Balduino, du-

dubium non eſt. Vt uides lib. II. cap. XV. lib. VII. cap. XIII. Matrem Gothofredi & Balduini quaedam audiuit narrantem lib. II. cap. XV. Locutus cum iis, qui expeditioni interfuerunt. Ibidem, Tancredus, inquit, nunc quoque meretur, lib. IV. cap. XIV. Scripſit biennio poſt exceſſum Manaſſis. Epiſcopi Rhemenſis, fine libri ſexti. Nihil uiſum, omnia audita refert, fine lib. VII.

*Inoportunitatum.*) Sic ſcribendum. Inoportunitatum.

*Triscurria.*) Lectam etiam hanc uocem non potuit praeterire, quin ſermoni ſuo inſereret, quamuis minime intellectam. Vide Scaligerum ad Catullum, interpretes Iuuenalis, ad Satiram VIII. Triſcuria.

*Iuxta poſſe.*) Me ei materiam dante. Deprecatur non malo animo ſcripta, ne peiore ſuſcipiantur.

*Hebetudinis.*) Quod non ceperit mea dicta. Hebetudo.

*Multa uarietate.*) Non conſtanti ueritate.

*Viae.*) Sic uocatur uulgo expeditio iſta tota. Viae.

*Agnouerim.*) Collatione nimirum ſententiarum. Ita initio huius epiſtolae ſibi ſpondet, nec diuinam ad agnitionem ueritatis ſibi opem defuturam: *dubitare non ualui, quod rei geſtae mihi, quibus ſibi placeret modis, inderet ueritatem &c.* Quanta, citra affectationem ineptam ſermonis, alioquin ſapientia hic ſcriptor fuerit, facile ſequentia indicant.

*Intentionibus.*) Eorum qui res geſſerunt. Nam ſecundum effectus de illis iudicare, inſipientis ſit. Intentia.

*Difficultas ingenita.*) Id eſt - *oblata* -

*Obliterata delituit.*) Scribe - delicuit. Id eſt abiit in quemdam laticem, ut eo uerbo utitur Ouidius. Delicuit.

Autentica. *Autentica.*) Antiquata. Nec hanc uocem ſatis cepit.

*Regionum nominibus.*) Qui dedita opera hoc agunt, ut nomina uetera cum nouis concilient. De Neuſtria & Lataringia, pridem docti ſcripſerunt; nec nos notas eorum uel augere uel compilare uolumus.

*Non enim in meo.*) Patet ergo auctores ab Guiberto non euolutos, qui poſt primum illum ſcripſerunt. Nam in iis ſaepius Aidemarus, Aimarus &c. nominatur. Et ſane pauci non, uel ſimul cum hoc, uel poſt eum ſuos libros ediderunt.

*Operis fine edidici.*) Scribe - addidici -

Delatrare. *Faede delatrata.*) Scribendum - ferè. Delatrandi uerbo ſupra hac epiſtola pariter uſus.

*Geſta Dei per Francos.*) Reuera pietas hominis ex hac etiam inſcriptione elucet. Vide lib. I. mox cap. II. & tertium, ubi penitiorem cauſſam huius tituli inuenies; nimirum inſtinctionem diuinam, quae tum credebatur, ad iter ipſum in Palaeſtinam.

AD

# GVIBERTI ABBATIS

## HISTORIAE PALAESTINAE

## LIBRVM I.

## ANIMADVERSIONES.

### CAP. I.

Aliquotiens *ALiquotiens.*) Id eſt ſaepius, non raro. Saepe ſic loquitur Valerianus Cimelenenſis, quem auctorem optimum a capite ad calcem tertio uolumine aduerſariorum recenſuimus.

*Secu-*

*Secularis.*) Obſcure ſolens loquitur. Sententia eſt etiam in temporalibus Chriſtianorum uirtutem nequaquam ſecularium heroum factis poſtpogendam. Et ſane nihil ueritati diſſonum dicit. Quis enim Conſtantinum, Theodoſium, Carolum, pluresque alios, non quibusuis aliorum heroum conferat? Secularis.

*Defaecata.*) Id eſt pura. Defecatus.

*Pro hominum nouitate.*) ſcribendum - prae

*Stragem Philippicam.*) Caeſaris & Pompeii, item Octauii Antoniique cum Bruto & Caſſio. Strages Philippica.

*Tonantibus eloquiis.*) Curtium & Galterum dicit. Vtrumque iam tum in ſcholas receptum, ut alibi docuimus.

*Prima Romanorum inſtituta.*) Inſtitutiones & reliqua uolumina iuris Iuſtinianei, intelligit.

*Vſpiam pugnaturi.*) Omni loco, ubi erant pugnaturi. Mirifice fatuatur affectando iſte auctor. Vſpiam.

## CAP. II.

*Meditullium.*) Alibi notatum Palaeſtinam pro umbilico terrarum orbis ſtatui. Meditullium.

*Quis furor ô ciues.*) Notiſſimi uerſus Lucani.

*Nouum ſalutis promerendae genus.*) Hoc eſt uaniſſimum. Quae enim ad aeternam ſalutem homini Chriſtiano praeſtituta ſunt, nihil negotii cum iſta peregrinatione, furioſa potius quam minis ſana.

*Officio.*) pugnandi & militandi, quae erat equeſtris ordinis profeſſio. Hoc iam officium ſuum eos poſſe faceſſere dicit Deo militando contra gentiles. Officium.

*Quamlibet profeſſione.*) ſcribendum - qualibet-

*Epulas adire.*) Vide notas ad Albertum Aquenſem lib. VI. cap. XLIII. Epulas adire.

CAP.

## CAP. III.

Vniuerſitas. *Vniuerſitas.*) Exercitus illos infinitos qui ex occidente in orientem profecti ſunt; dicit: perſeuerans in ſimilitudine locuſtarum.

Commonitorium. *Commonitorium.*) Exhortatio. Suidas epiſtolam dicit, qua quis officii ſui admonetur. Vide Iohannis Sauaronii commentaria ad Sidonii lib. VIII. epiſt. XI.

*Turmas edidit.*) Adde notam interrogandi.

Pſitarcia. *Pſitarcia.*) Papias - Pſiacium, cilitium. Infra lib. VII. cap XL.

*Per loca dominiorum.*) Corrupta lectio; Scribe: *per loca dominicorum ſuppliciorum ueſtigiis inſignita.* Intelligit enim paſſionis Domini ueſtigia.

Credulitas. *Verae credulitatis.*) Verae fidei dicit. Vide de hac uoce aduerſarior. lib. CXLVI. cap. VII.

## CAP. IV.

Vſpiam. *Vſpiam fieri.*) ſcribendum - uſpiam inueniri -

*Vix aliqui.*) Non ſunt haec nimis uere; ut portenta occidentalium eccleſiarum haeretica indicant. Fuit aliqua antiquitatis cognitio in hoc abbate, ſed talis ut ſuperſtitioni ſuae ubique inhaereat.

*Alterius fabulae.*) Manem dicit; quem uerisſimum eſt cum omni ratione carentibus, & contrariis omni ueriſimilitudini, teterrimis blaſphemiis etiam praeſtantiſſimos homines ſaepe uexaſſe. Vide inprimis multa contra hoc monſtrum ſcripta ab Auguſtino, qui multis annis ei ſectae adhaeſit. Epiphanii, Petri Siculi, aliorumque libri paris argumenti neminem latent.

Rotabundi. *Rotabundos.*) Quadam uelut uertigine percitos.

*Exſulem diſperget.*) Ita ut uix ipſi ſibi cohaerere uideatur. CAP.

CAP. V.

*Abortiuis florentibus.*) Quae prouinciae abortiuae uideri poterant, cum modo dictis comparatae; eas in rebus religionis florere dicit, defectis illis naturalibus.

*Ac ſi bruta animalia.*) ſcribe - ac ſicut -

CAP. VI.

Quod de meretricum licentia, ut regalibus apud Aſiaticas gentes, edictis firmatum, dicit; ipſi defendendum relinquimus: mirati interim tantam hominis confidentiam in tanta imperitia.

*Quota miſeri imperatoris.*) ſane miſerrima lex et miſerrimus princeps, ſi uera haec fuerint. Plura uide infra prope finem huius primi libri. Memini ſuper eadem re in ueteri quodam Germanico codice epiſtolam legere, & latine transſcribere, quae ſane ubi nunc ſit non reminiſcor.

*Ieiuno cuilibet abſumendum porrigunt.*) Mirum niſi prius bene poto. Sed mendoſa ſunt haec uerba, & caſtigatur eorum uecordia, qui myſteria diuina ſic tractabant, ut panem Dominicum uino intingerent & ſic exhiberent populo. Quam rem hoc iam libro cap. praecedenti tetigit, ubi ſcripſit: ſicut buccellae intinctio, non ſacramenti peragendi, ſed Iudae proditoris fuit oſtenſio. Et ſic hoc loco ſcripſit: In locis pleriſque conficiunt, & in uino cuilibet abſumendum porrigunt. Vulgata certe ſcriptura nullius pretii eſt immo contra omnem idoneum ſenſum. Quis enim umquam non ieiunis potius quam cibo & potu iam plenis, diuina myſteria exhibenda ſtatuit?

*Multum paruae antiquitatis.*) Id eſt *minimae.* Parua antiquitas. Expertem autem Graecorum ſcriptorum cognitionis prorſus fuiſſe ſuperciliosum iſtum hominem,

nem, uel iſte locus docuerit. Multi enim ea- iam lingua contra cacodaemonis huius inſcitiam ſcripſerant.

CAP. VII.

Eſſentia. *Eſſentiam.*) Omnem qualitatem. *Eſſe* uocant alii.

*Et in maximo maerore.)* Lege - *eumque in maximo.*

*Modeſtia.*) Legendum - moleſtia -

*Lethaliter feriuntur.*) uelut quadam lethali peſtilentia percutiuntur.

Inopinati faſces. *Inopinatos faſces.)* Inſperatam potentiam.

*Lecti unius urna ſuſciperet.*) Vrnam pro fato alicubi legerat, itaque hic, ut poeticae ſtudioſiſſimus, ſic uſurpare uoluit. Non enim mutanda uox eſt, cum craſſius etiam alibi ineptiat.

Arreptitii. *Arreptitii.*) uulgo hoc nomine cenſentur Daemoniaci Auguſtinus (ſi is eſt) Sermone III. in Dominicam IV. poſt Trinitatem. Prophetae ludibrio habebantur utque inſani atque arreptitii. Et poſt. Prophetam Domini uidebant, & eum eſſe arreptitium blaſphemabant. Gulielmus Gemet. lib. VI. cap. IV. A daemone arreptus atque ſtrangulatus eſt. Ordericus Vitalis lib. III. Nocte dum in lectulo ſuo iaceret, arreptus eſt a daemonio, uehementerque uexatus. Amedaeus Lanſaneus. Homil. VIII. Accedunt mente capti, capite languidi, phrenetici, maniaci, arreptitii, ſeu certa maligni incurſione deluſi. Plura alibi. Vide Robertum Tuitienſem, & alios diuinorum officiorum conſcriptores.

CAP. VIII.

Tortio. *Tortiones.*) Tormenta, rotationes. Tortitudinem in ſerpente uocat Eucherius, Homilia in dominicam V. poſt Paſcha; Petunt autem & ſerpen-

ſerpentem, quia in ueneno & tortitudine diabolum imitantur infra, lib. II. cap. VIII.

*Diaboli fiſtula.*) Deceptione. Ex illo.

*Fiſtula dulce canit uolucrem cum decipit auceps.*

*Acclines.*) Faciles aſſenſu. Acclines.

*Productis uocibus.*) Magnis, non *deductis*. De Mahumeti rebus ſatis aliis ſcriptum, nec opus quicquam hic repeti.

CAP. IX.

*Cenſura.*) Diſciplina.

*Catholica nouitas.*) Id eſt, noui teſtamenti cum ueterc conſentiens doctrina, recepta ad nouam conſtituendam, quae iure meritoque catholica uocaretur. Catholica nouitas.

*Adhuc pertinentia.*) Id eſt peruicacia.

*Veri Stoici.*) Chriſtianitati in multis acceſſiſſe Stoicos, pridem docuerunt alii. Quam longe tamen reipſa inde principes eorum abſuerint, docebit lectus ſextus Pyrrhonius, multa tradens alibi non obuia. De porco Epicuri alludit uerſum Horatii, & multa ſunt non abſimilia apud Plutarchum, non una tractatione.

CAP. X.

*Repurgia.*) Repurgationes. Expurgationes. Infra, lib. II. cap. IV. Repurgia.

*Turcos corrupto nomine.*) Poteſt ut iſte homo uera dicat. Turcorum uolunt meminiſſe Plinium, lib. VI. cap. VII. Iurcos tamen legit ibi Ferd. Pintianus, ut eſt ſupra ad Gauterium cancellarium adnotatum.

*Equeſtri elegantia.*) Doctrina & peritia, ab equitandi & militandi peritia eoſdem Turcos mirifice commendat Anonymus auctor bellorum Palaeſtinorum, quem primum in collectione Bongarſiana habemus.

CAP.

CAP. *XI.*

Idem. *Comes isdem.*) Idem; nam ſaepe ſic loquitur hoc genus.

*Quam inſerere opuſculo.*) Scribe quam inſ. piguit.

Catabula. *Catabula.*) Papias: Catabula, clauſura animalium ubi deſuper aliquid iacitur. Vide & Meurſianum lexicon. Et nos alibi.

*Conçambium.*) permutatio.

*Cumque ſexui foeminino.*) Mendoſa ſunt. Plus enim vulgatis dicere debent. Nimirum & belluarum uſum poſt mares a Mahumetanis indultum, quod & uerum eſt. Scribe igitur: Cumque ſexui foeminino, quod tamen excuſari poterat, pro competentia naturae, non parcatur, in maſculinum transgreſſa pecualitate, ſolutis humanitatum legibus finitur. De libidine enim neſaria dirorum hominum loquitur. Vide ſeqq.

*Interueniſſe.*) Legendum *interemiſſe.*

CAP. *XII.*

De ſanctorum reliquiis, earumque venditatione non abſurde loquitur alioquin ualde ſuperſtiosus hic Abbas.

*Potisſimum ingeneret.*) Scribendum ingrueret.

CAP. XIII.

*Prudentiae eorum inuidit.*) Quod pro libitu, ingenitaque malitia decipere Francos, non poſſet. Nemo non talia ſcribit de hoc Graeco principe praeter Annam Alexiam Graecam, & Albertum Aquenſem, Latinum, auctores. Quo tempore Guibertus iſta ſcripſerit, hoc capite clare edocemur. Quo nimirum Boamundus regis Franciae filiam recens uxorem duxerat. Id quod factum eſt anno chriſtiano, M.C.IV. uel M.C.V.

AD

AD

# GVIBERTI ABBATIS

## HISTORIAE PALAESTINAE

## LIBRVM II.

## *ANIMADVERSIONES.*

### CAP. I.

G*Loriosae memoriae qui adiuuit.*) Tollendum hinc aſteriſcum puto. Adiutum enim Odonem dicit ab Hugone Cluniacenſi praeſule. Conueniunt ueritati iſta, nam Hugo iſte prius fuit prior Cluniacenſis, poſt factus abbas, quod conſtat itidem ex iis quae ſcribuntur in bibliotheca Cluniacenſi, pag. CCCCXVI. mortuus eſt idem Hugo anno Chriſtiano M.C.VIII. ut ex eodem uolumine clarum, pag. CCCCXLVIII. ubi & eius aetas aſſignatur, annus nimirum, LXXXV. uel anno ſequente. M.C.IX. ut in chronologia Cluniacenſi adnotatur. Guibertus ſcripto tantum tangit initia regni Balduini. Quippe anno M. C. obiit Gothefridus, ut uides apud Gulielmum Tyrium ipſo fine libri noni. His conſideratis non omnino mendi excuſem uulgatam hic ſcripturam, & fortaſſe melius legatur qui aduiuit. Cum enim initia tantum hiſtoriae Balduini primi tangat Guibertus noſter, uerius uidetur uiuente adhuc Hugone ſcripſiſſe ipſum. Nam Hugo non initio regni Balduini obiit, ſed eo iam octennium aut nouennium regnante, ut iam monita hoc loco oſtendunt. Scribendum itaque hic arbitramur omiſſis duabus uocibus, falſitatem inuehentibus, hoc modo. Is Cluniaci factus ex clerico monachus, poſtque qui aduiuit, Hugonem, non multo poſt rexit officium prioratus. Vt ſit ſen-

tentia, ſucceſſiſſe Odonem Hugoni in prioratu Cluniacenſi, quod iam diximus, ex pag. ccccxvi. bibliothec. Cluniacenſis, in uita Hugonis ab Hildeberto Cenomanenſi conſcripta. *Aduiuere* autem ad ſenilem aetatem Hugonis pertinent, qui cum iſta ſcriberet Guibertus, octogenarius iam erat. Et ſic loquitur infra hoc libro cap. III. omnium qui aduiuerent memoriis incompertum fuerat, lib. VI. cap. III. horum namque, dum aduiueret, geſſerat tota ſollicitudine curam, lib. VII. cap. XXXVII. Tamen ei, qui hoc ſcripſit, ſi aduiuit, ſollicite penſandum eſt, ſi res ſe ita habeat. Berno abbas Cluniacenſis, in teſtamento: Beatum Benedictum, & alios complures noſtri ordinis inſtructores, ſibi ſucceſſores, dum aduiuerent, elegiſſe multa documenta probant. Sic ergo legendum in Guiberto.

Honorari exequiis. *Honoraretur exequiis.*) Fatua lectio-lege *exeniis.* Sic enim tum dona uocabantur. Vide Gulielm. Tyrium lib. VII. cap. XIII. lib. IX. c. XX. lib. XVI. cap. XXVI. nos aduerſar. lib. CXLVII. cap. XIV. Ad Gulielmum Britonem lib. IV. v. CCCLXXXIII. &c.

*Commeatum facere.*) Id eſt, *iter inſtituere.* Infra hoc libro cap. XVII. lib. VI. c. IX.

Timoratius *Timoratius.*) Cum maiore reuerentia. Timorate Dithmarus, Hiſtor. Mersb. pag. XXIX. &c.

CAP. II.

*Lotharingiae regnum.*) Vides nomen hoc eo aeuo latiſſime patuiſſe. Germanicarum uero rerum bene imperitus fuit hic auctor, ut alia etiam eius loca oſtendunt.

*Irriſorie Francones.*) Scribe - Francόνες. In hoc enim irriſio eſt, nulla in uulgata ſcriptura.

Perfidia. *Nullius unqnam perfidiae.*) Id eſt, inimicitiarum

rum contra Romanum pontificem. Qui uero annales Francorum legerit, alia omnia comperiet.

*Nomine honorarunt.*) Per totum enim orientem non alio quam Francorum nomine celebrabatur omnis illa multitudo, quae in Palaeſtinam ibat.

## CAP. III.

*Scholaſticisſimo.*) Litteratisſimo, qui nempe in ſcholis receptus iuuentuti praelegeretur. Sic ſcholaſticus à Sulpitio Seuero dicitur Statius Papinius, qui ſuos ſe uiuente uerſus ab Itala iuuentute diſcitos memoratosque iactat, fine Thebaidos. Scholaſticiſſimus.

*Prominentes ferulas.*) Baculos. Indices eccleſiaſticorum magiſtratuum. Vide aduerſaria. Prominentes ferulae.

*Appenditium comitatuum.*) Franciae contiguarum regionum & principatuum.

*Litteratura.*) homines litteras docti. Litteratura.

*Sidonii uerbis.*) Lib. V. Epiſt. VIII. Lib. VIII. Epiſt. XI.

*Facetias.*) Sic uocat elegantem ſermonem. Vt ſupra lib. I. cap. XI. Facetiae.

## CAP. IV.

*Salus ex Iudaeis eſt.*) Confidens dictorum ſcripturae peruerſio. Ex Iudaeorum enim ſtirpe uocatio gentium, & Mesſiae doctrina ſalutaris; non ex locis illis, de quibus diuina ſalus parum ſollicita eſt. Ex hoc ſpecimine iudicanda etiam reliqua. Salus ex Iudaeis.

*Sancta uocatur.*) Non tamen ut eius ſiue poſſeſſio ſiue recuperatio quicquam ſaluti aeternae conferat.

*Venerationis.*) An ut in eius recuperatione, iudicio Dei a Chriſtianis amiſſi, ponatur aliquid, quod ſalutem aeternam poſſit mereri? Veneratio.

Emereo. *Emeruit.*) Nihil tale, ut propter eius recuperationem uel ſtilla ſanguinis chriſtiani perdunda eſſet, ut nempe facere aliquid ad ſalutem aeternam uideretur.

*Animarum pretia intendere.*) Nullo modo, nulla ratione, contra immo praecepta diuina.

Martyrii munus. *Martyrii munus.*) hoc ſolo argumento infinita mortalium millia deſertis coniugibus, liberisque aerumnabiliter & crudeliter perierunt.

Repurgium *Repurgium.*) Expurgationem. Supra, lib. I. c. X.

CAP. V.

Mater eccleſiarum. *Matrem eccleſiarum.*) Chriſtus & Spiritus Sanctus eccleſiae ſuae patres & patroni ſunt. Matres dicuntur ſecundum deductiones & origines temporales. Vt locus unus alteri quid debeat. Vnus tamen doctrinae auctor, una ſalutis aeternae eſt gratia.

Peruaſurus. *Peruaſurum.*) Cum impetu irruiturum. Saepius ita hoc uerbo utitur. Vide gloſſarium notis ſubiectum.

*Ieroſolymis*) Hoc ſcriptura nusquam dicit. Ex cuius conſonantia hoc hauritur, in medio Dei templo, ubi ſcilicet Chriſtus praedicetur, non in Iudaicis fanis, antichriſtum mala ſua perpetraturum. Videmus uel ex hoc ſcriptore, quo pacto eloquentia talibus non deſit, ubi ſuas res agant.

CAP. VI.

*Hieroſolymitana damna.*) Quaſi de locis, non de animarum perditione Deus ſit ſollicitus.

Redhibitio. *Redhibitionibus.*) Exactionibus.

Redemtio. *Ad redemtionem compellere.*) Scribe compelli: Reddere uero munera, &c.

Scamonium *Scamonia.*) De ſcammonio uide Plinium, lib. XXVI. c. VIII. Paullum Aeginetam, Lib. VII. &c. Vul-

Vulgare medicamentum ad atrocem purgationem fuiſſe apparet ex hoc loco. Vide & Marcellum Empiricum, cap xxx. Qui imbecilli ſtomacho contrariam facit. Flauam bilem educere, ſcribit Galenus,lib.II. κατὰ τόπ.& de Theriaca ad Piſonem. Vt & Alexander Trallianus, lib. I. Plenius Dioſcorides lib. IV. cap.CLXXI. Et de uiuo purgante, lib. V. cap. LXXXIII.

*Qui deteſtabiliter perierunt.*) Haec ſane cauſſa fit otioſis & militaribus hominibus liberandae Palaeſtinae. Cogitandum tamen parricidam nihilominus cæteris eſſe qui relictis ſuis aliis ſuppetiatum proficiſcatur. Nam infinita millia ſic puerorum & foeminarum perierunt. Deteſtabiliter.

CAP. VII.

*Exlex haberetur.*) Excommunicatus.

*Idemque quod omiſerat.*) Deeſt aliquid ſermoni. Scribe. Itidemque ſi, quod omiſerat, ſaede repeteret. Sententia clara eſt.

*Podienſis urbis epiſcopo.*) Et fuit nomen huius notiſſimum, utpote qui omnium eccleſiaſticarum perſonarum clariſſimam, dum uixit,geſſerit. Nota ſunt eius praeconia.

*Nec audiui.*) Non inquirendo per negligentiam aut ſuperbiam.

*Operis tanti exitus.*) Quem tot uerbis ſupra celebrauit, & poſtea proſecuturus eſt. Vir doctus legebat - textus.

CAP. *VIII.*

*Conſederat.*) finitum erat. A maris aut uentorum tumultibus. De hoc concilio caeteri plerique omnes, qui expeditiones iſtas attigerunt. Conſidere.

*Palatinorum comitum.*) Generatim ſic appellat omnes ſupra equeſtrem dignitatem, comites & principes. Et eo modo multos alios ſuos a-

lioſque magnates eleuaſſe alibi notatum eſt. Palatini conſules dicuntur Balderico Dolenſi, lib. I. cap. VIII.

Quaeſtus. *Poſſeſſionum quaeſtus.*) reditus.

*Emenda ſuppeterent.*) Pecuniae ad emendum.

*Singulus quilibet.*) pro ſe quisque. Onomaſticon uetus. Singulus, ἕκαςος.

*Montibus pecuniarum.*) Eleganter. Ita Plautus pro ſummis maximisque copiis.

*Subſtantias.*) facultates, cibos, ſtipendia, dicunt alii.

## CAP. IX.

Defectio. *Defectio.*) Defectus. Sic capite praecedente.

*Habere uidetur.*) Id eſt, *habet.* Vide de hac locutione doctiſſima commentaria ad hiſtoriam Auguſtam, Iſaaci Caſauboni, amici quondam noſtri. Verſus qui ſequuntur, mendoſi ſunt, quos ſic legendos arbitror.

*Quis pueros? Quis dicat anus ad bella moueri?*
*Quis quit uirgineas adnumerare manus?*
*Quis referat ſenium trepida grauitate fatiſcens?*
*Bella canunt omnes, nec ſe pugnare refutant.*
*Martyrium ſpondent, gladiis uel colla daturos.*
*Vos iuuenes, aiunt, manibus tractabitis enſes.*
*At nos hic liceat Chriſtum tolerando mereri.*

*Biroto applicitis.*) Ciſio biroto.

*Gentium.*) Omnis aetatis hominum. Galliciſmus.

*Exſtruebantur praelia.*) Locutio ſcripturae.

Inſperabilitas. *Inſperabilitatem.*) Rem adeo inſperatam. Sic ſupra locutus, ſi ſatis memini, & lib. VII. cap. IX.

## CAP. X.

Moroſe. *Moroſe.*) Id eſt, longo tempore, longa diligentia. Sic infra, lib. II. c. XIII.

*Intra nos agitur.*) Id eſt in Gallia, in locis tutis.

*Ac*

*Ac ſi.*) quaſi. Dictum alibi. Vide animaduerſiones & gloſſarium ad Claudianum Mamertum. Ac ſi.

*Pane uix aut numquam*) Emaculandum. Pane alebatur ac piſce: vix aut numquam uino.

*Gentiles.*) Ab antiquo terrarum dominos & incolas, qui hac uoce pro nobilibus hodieque in idiotiſmis notantur. Vide commentaria ad Papinium Theb. lib. IV. v. CLV. Gentiles.

*Gratis.*) Vltro, ſponte, nulla cauſſa data. Vide aduerſarior. Lib. CLVII. cap. V.

*Barbas uellebant.*) Summa contumelia, barbae euulſio. De ea peculiari capite in iisdem aduerſariis. Barbas uellere.

## CAP. XI.

*Non curo quo euentu.*) Hoc eſt, non ſcio. Vitio huius auctoris, ut, cum clare poſſit, obſcure malit loqui, modo in altitudine quadam dicendi, ſibi placeat.

*Stipendiis.*) uictui neceſſariis. Notatum alibi. Vide gloſſarium hic, & lib. CLI. aduerſarior. Stipendium

*Indiſciplinatum.*) Barbarum. Vide aduerſarior. Lib. CXLVI. aduerſar. cap. XXVII. Lib. CLV. cap. XVI. Indiſciplinatus.

*Comitiam.*) Comitatum, ſodalitatem. Vide aduerſariorum lib. CLXVIII. cap. IV. Infra, c. xv. Comitia.

*Deuoluebant.*) deſtruebant. Deuoluere.

## CAP. XII.

*Feroces.*) Alludit etymon, quaſi - Feranci - dicantur. Vide Iſidorum, notatum lib. XLVI. aduerſar. cap. I. Ferox.

*Exorogorgum.*) Non puto mutandam hanc ſcripturam. Quilibet enim horum auctorum ut

 uult

uult, nominat hos populos, regiones, homines, loca. Et quicquid narrandum eſt.

*De ſubſtantiarumque.*) L. ſubſtantiarum quoque ſuarum.

CAP. XIII.

Anguſtia. *Anguſtia.*) Afflictio, infortunium.

*Sibi proderet*) Ipſis, Turcis nimirum.

*Eſt facta diſcuſſio.*) Scribe *diſceſſio.* Sed tamen diſcusſio, *examen eſt*, ad reddendam rationem coactio. Carmen, ſiue Epigramma ſequens, ſic eſt legendum.

*At ueterum ſimiles modo Chriſtus habebit honores,*
*Martyribus decorans ſecula noſtra nouis.*
*Quam redolente ferunt inſignia tempora lauru*
*Qui breue quid ſecto, ferre parant, iugulo!*
*Dixero felices: qui per momenta tulere*
*Hos tenet aeternum uiuere, certa fides.*
*Iamque uices noſtras non deſperare licebit*
*Auſas, quod cuiquam uix imitare licet.*

imitare. Multa uetera legit imitatusque eſt hic auctor; interea utique fuit & uerbum *imitare.* Id quod antiquis ita uſurpatum oſtendimus Aduerſariorum libro CXLIII. cap. VIII. Si quis tamen illud uulgatum mauolet, me uolente id eſt facturus. Verſus ſic ſcribendi uidentur.

*Hos in ſupplicium fateor diuturnius iſſe,*
*Quam quibus ad ſubitum mucro caput tulerit.*
*Hunc agitat crudelis herus, duroque labori*
*Mancipat; ingrate ſeruit ubique pius.*
*Vapulat officio, ſua nec tormenta fideli*
*Deſunt; quo ſtudio commodiore gemit.*
*Quod uidet aut audit, quem tranſigit indies actum*
*Quod caelebs eſt ad turpia, fit ſibi crux.*

Hos

*Hos ego non dubitem ſatis acrius excruciari*
*Quam queat eculeus per ſpatium tridui.*

Omnia ſunt plana. Etſi autem barbaries utique mixta ſit, poeticum tamen ingenium in hoc ſcriptore elucet, ut & lectio non paucorum bonorum auctorum, cum iudicio politico non reiiculo.

## CAP. XIV.

*Transſequano*) Trans Sequanam nato. Hiſtoriae conſenſus petendus ex auctoribus caeteris. Primo Anonymo, Richardo monacho, Baldrico Dolano, Alberto Aquenſe, Gulielmo Tyrio, Raimundo Agilaeo, Fulcherio. Item nonnullis recenſitis a Iacobo Vitriaco. &c. Item Bartulfo Nanceio, & Liſiardo, quibus ſua a nobis nomina reſtituta ſunt. Transſequanus.

*Sua frequentia.*) Copiis militaribus. Sic ſaepius alibi. Vide infra gloſſarium noſtrum. Frequentia.

*Ipſum eumdem.*) Scribe *ipſum eum eidem.* Carmina ſic ſunt ſcribenda:

*Quae ferri potuit gratior hoſtia,*
*Quam cuius Domino ſit caro uictima?*
*Quid tunc corde precum ſudit ab intimo*
*Cum grandi ſtreperent praelia claſſico!*
*Victores celerant, arma retinniunt,*
*Maerens exululat turba fugacium.*
*Aras ambierat presbyter optimus.*
*Complectensque Dei ſacra medullitus:*
*Iheſu, dixit, ades praeſidium bone:*
*Cum te iam teneam, ſpes pereat fugae:*
*Iungar perpetuo iam tibi foedere:*
*Occidor, perages caepta, Deus, ſacra.*

Meliores ſunt aeuo ſuo hi uerſus, etiam iis quos hexametro aut elego carmine Guibertus ſcripſit.

## CAP. XV.

Diſpertior. Nequam laetitia. Interſtitium Modeſtia.

*Diſpertiuntur.*) Ab inuicem diſiunguntur.

*Nequam laetitia.*) Subdola, & inſidioſa.

*Interſtitio.*) Commixtione.

*Modeſtia.*) Mire utitur hac uoce, pro uirtute nempe omni. Ita mox hoc capite.

*Paterno comitatui.*) Bolonienſi.

*Litteris quidem.*) uocula *quidem*, abundat; niſi ſi legendum cenſeas - *quiddam*. Id eſt aliquatenus.

Serenitas. *Serenitate.*) Tanquillitate animi, & ſingulari ad omnia uirtute; alibi plura de tali uſu huius uocis.

*Diutinae religioni.*) Conſtanti & perpetuae pietati. Fuit autem nomen huic principi IDA. Trochaei ſemiueri, qui ſequuntur hiſtoriam Bartolfi de Nanceio,

> *Vrbium exterior Flandriae Bolonia*
> *Reges ambos edidit, nobili proſapia,*
> *Gotfridum, Balduinum, patre Euchachio Ida matres principes*
> *Regentes Iheruſalem edidit hos nobiles.*

Vide ante omnes Gulielmum Tyrium, lib. IX. cap. V.

## CAP. XVI.

*Violentia exercitus.*) Maximis copiis.

Indui. *A quo intuebatur.*) Scribe-induebatur- ex ſcriptura.

Extortitius. *Minis extortitiam.*) Coactus minis Gothofredi.

Burgum. *In Burgo.*) Suburbium dicit. Ita infra hoc capite.

*Turcopolitarum.*) Turcopuli dicuntur melius. De quibus ad ſuperiores ſcriptores ſatis eſt notatum. Vt autem huic auctori affectatur ſupra omnes ſapere, ita & hanc uocem corrupit indoctiorem, ut uidebatur. *Mul-*

*Multa animaduerſione.*) Scribe - animi torſio- ne. De qua uoce ſupra lib. I. cap. VIII. Animaduerſio.

*Sibi timidus princeps.*) Imperatorem dicit. Quem & paullo ante principem nominauit.

CAP. XVII.

*Militaris diſpoſitionis.*) Bonum etiam & cordatum militem celebrant caeteri ſcriptores. Manu etiam promtum & potentem, praecipue qui ei adfuerunt. Militaris diſpoſitio.

*Pretioſus uir.*) Sane nulla non uirtute. Vt ſcribunt iidem.

*Sacrum ordinem humilitas.*) Mirum non pudere talia poſcere, exigere, etiam laudare & ſcribere de tantis principibus iſtos homines. Sed in eo erat tum mundus, ut decipi deberet.

CAP. XVIII.

*Librata maturitas.*) Stephanum iſtum omnibus conſortibus prudentiorem ſcribunt habitum alii ſcriptores. De eius genere, auctoritate, potentia, diuitiis, & puſillanimitate, uili tamdem fato, infra ſcribuntur plura & alibi a nobis ſunt notata. Librata maturitas.

*Flandrenſium comitatum immutat.*) Scribendum -- inmutuat - - Oppignorauit enim totum ſuum principatum pro certa pecunia, Rotbertus. Scribunt hoc idem alii auctores, & de uerbi huius tali uſu nos alibi. Immutare.

*Lenitatem uoluntatis.*) Lubricitatem dicere uult. Viſe ad hiſtorias Normannicas. Lenitas uoluntatis.

*Animi eſculentioris.*) Guloſitati ſeruientis. Abuſu uocis uidetur uenire ex Ciceronis uerbis non ſatis perceptis.

*Fluxum.*) Inconſtantiam. Vide ad Claudianum. Fluxus.

*Tacenda indignitatibus.*) adulteria & ſtupra dicit. CAP.

CAP. *XIX.*

*Res fieret.*) Tractatio initetur.

*Naturae rediit*) Id eſt in ſuam naturam.

Efflagratio. *Efflagratio.*) altum & luculentum incendium.

*Ac ſi pluuia denſa.*) Igni pluiſſe dicunt de hoc portento alii. Vide noſtra aduerſaria.

Portentio. *Portentiones.*) prodigia, portenta, praeſagia. Infra lib. VII. cap. XXXI.

*Pro ſumma.*) Vt caeteri tanti principes, ſummo etiam aliquo clauderentur. Fuiſſe aetatem grauem, monoculum, bellatorem tamen eximium, ſcribitur infra lib. VII. cap. XI.

*Ab ea exegerat.*) Id eſt generauerat.

*Prouincialium mores.*) Notantur ii & alibi in his ſcriptoribus.

CAP. *XX.*

Comitia. *Comitia.*) Comitatu. Notatum ſupra. Sic infra lib. III. cap. IX. lib. IV. cap. III. &c.

*Subripuit illius animo.*) Id eſt *ſubrepſit.*

Prouiſio. *Prouiſione.*) Neceſſariorum, & perſonae reuerentia.

*Per eum.*) a caeteris nempe principibus, hunc ſequentibus.

*Quod ab iſto exigebat.*) Vt ipſi fidelitatem iuraret, & hominium praeſtaret, quod & fecerunt caeteri occidentales principes, excepto comite Raimondo.

eneruatio. *Eneruationem.*) dum timent, ne iſti mors inferretur.

## AD LIBRVM III.

CAP. I.

P*Eruenit uerbum.*) Id eſt ex *Fama* ex uſu ſcripturae.

*Gente.*) Copia- Gallicismus.

Pe-

*Peras.*) Sic omnia uaſa, neceſſaria uſui bellico uocat. Perae.

## CAP. II.

*Vrbes praeditas.*) Scribendum - praedites -

*Nobiſcum ſaepe agit.*) Id eſt cuius crebra mentio eſt in hac hiſtoria. Sic *noſtra expeditio* lib. IV. cap. I. *Inter nos* lib. IV. cap. VII. Sic ait *uidimus* initio lib. VII. Cum tamen ipſe fateatur non interfuiſſe uſpiam huic bello, initio quarti libri.

*Eum ſubigens.*) acie, & in obſeſſis urbibus, uincens. Horatius de Hercule: - Subigens.

*Notaque fatali portenta labore ſubegit.*

*De Henrico autem imperatore legendum.*

*Quem Ligures regem, Roma, Alemannus habent,*

*Cur enim maximum eius Dominium omitteretur?*

*Gentis ſuae.*) Id eſt militiae.

*Probitas.*) Virtus militaris. Vide ad Gulielmum Britonem. Probitas.

*De prima ciuitate.*) Cognomen Richardi, infra hoc libro cap. IX.

*Nominatiores.*) Nominatiorem lege.

*Indictione.*) conſenſu uno. Indictio, conſtitutio, dictio. Indictio.

*Negotium.*) negotiationem. Sic alibi, & lib. VI. cap. XX.

*Enatuere.*) Scribe - enatauere -

*Rogam imperatoris.*) Stipendia, dona. Vide gloſſarium Graecobarbarum Ioannis Meurſii. Roga.

*Irredemti.*) Dimiſſi ſine pretio. Irredemti.

## CAP. III.

*Tenerum adhuc animum.*) Beniuolentiam nondum inueteratam. Sic teneritudinem mentium dicit infra hoc libro cap. IX. Quanta mentium Tener animus.

tium teneritudine cunctorum corda pependerint. Vitioſe uulgo utrobique legitur.

Ineptia. *Ineptiam.*) Rem incongruam, inutilem. Sic *inepte obernare*, temere, incogitanter ſonat, infra lib. IV. cap. V.

*Praefectis Palatinis.*) Primatibus aulicis; uidentur tamen ii potius dici, qui ſuperiorem non habebant; quos & ſupra comites Palatinos appellauit.

*Tancredus cum uidet quosque.*) Sic legendum, non *quousque*, idem eſt ac ſi dixiſſet -- aliquos. lib. LIV. aduerſar. cap. II. *Procurare* adminiſtrare. Ita procurator infra lib. V. cap. XIX.

*Strata publica.*) uia regia, dictum alibi.

*Hoſpitalia.*) Omnia hoſpiti tanto digna. Loca lautia dixerunt latini. Vt alibi & iam alii dixerunt.

*Burgo.*) Suburbio. Vt ſupra.

CAP. *IV.*

Numerus huius capitis in textu auctoris bis ponitur. Quod in gloſſario has notas ſequente, obſeruandum. Quae enim hic ſequuntur, uſque ad iteratum numerum repetitum -- uerbis *comes praeterea* ſub capite III. in eo gloſſario poſita raperies.

Rancor. *Rancoris.*) Omnem indignationem occultam praecipue, ſic uocant iſti ſcriptores. Vide olim nobis notata ad ſermonem Galli Conſtantienſem cap. XXVI.

*Militias.*) Exercitus. Sic infra hoc libro cap. VIII. lib. VII. cap. XXVII.

*Poſſibilitate.*) poteſtate. Gallus idem cap. XIII. cum diſcipulis ſuis talia mandata proponeret, quæ uix aut nequaquam humana poſſibilitas poſſit exſequi. Ita impoſſibilitas, uide notas ad eiusdem caput XIII.

*Grae-*

*Graeculos inertiſſimos.*) Ita ſupra eosdem honeſtauit, lib. II, cap, XX, peculari alibi de hac re capite.

*Lenocinante,*) uide ad Claudiani illud, Nupt. hon. Lenocinans

*Lena per innumeros currit pictura penates.*

*Negaretur ſtipendii.*) Scribe ſi mercatuum euntibus negarentur ſtipendia. Stipendia mercatuum, omnia uenalia, ut alibi.

CAP. IV. 2.

*Pateretur hominium.*) *uellet, animum induceret.*

*Mandabat.*) Id eſt petebat per nuntios.

*Ruminare.*) Expendere, uerſare in conſilio. Dido Sanquintinius lib. II. Perfidus rex, doloſitatem conceptae fraudis infeſto corde ruminans. Idem lib. III. Rex autem non immemor antemalorum, detrimentum captionis ſuae adhuc ruminat.

*Adminiculum partis.*) Lege, adminiculum imperatoris -- ex contractione ſcipturae orto errore.

*Praetergreditur.*) Id eſt cito transgreditur. Ita mox. Praetergredior.

*Qui ſubegiſſe Caeſarem.*) Si intellexiſſet hoc uerbum non puto eum poſiturum fuiſſe. Tamen & alibi in rebus ueneris non ſecundum Palladem loquitur iſte auctor. Locus Suetonio notiſſimus, & ſolens omnia poſtponit Guibertus exiſtimationi eruditionis ſuæ.

*In triumpho cantatur inſignem.*) Lege *in triumfo cantatur inſigni.* Vel - in triumfum inſignem - Non enim aſſecutus eſt uerba illa apud Suetonium.

*Perpediri.*) Impediri, ſic *praepedimenta* mox.

*Ardua.*) Emacula; *Erat autem uia incredibiliter*

*liter ardua, per nimis ſcrupea & minacis proceritatis montana, procedens.* Proceros montes pro altisſimis legis in Auieni paraphraſi Dionyſiana.

*Exciſis cautibus*) Partes prominentes, ut iis uia coarctaretur, intelligit. Quamquam loqui ulteriora amet.

*Aut.*) Autem.

CAP. V.

*Peruadere.*) Inuadere. Sic ſaepiſſime loquitur. Videantur loca in Gloſſario has notas ſequente.

*Phalas erigere.*) Ludet operam, qui inſtrumenta haec bellica enarrare uelit, cum exſtent tot doctorum hominum de militia ueterum, tamque accurata commentaria, uide gloſſarium. Phalae turres ligneae ipſe lib. VII. cap. VI.

*Effoderent*) Id eſt transfoderent.

*Isdem.*) Id eſt *Idem ille comes.* Sic ſaepius loquitur.

*Eneruanda*) Concutienda, conquaſſanda.

*Deſtituere.*) Deſtruere. Et ſic forte ſcribendum. Niſi ſi deſtituere, eſt in palos comburendos ſtatuere.

*Arce.*) Id eſt *turri*, haec enim paris ſunt ſignificationis.

*Calce.*) Pede, cui moles innitebatur.

*Turris caſtrata.*) Pulcre pro *exciſa* & ſubtus cauata. Verſus ſatis boni ſint, niſi rythmis ineptis niterentur.

*Frequentiis.*) Copiis. Sic enim loqui ſolet. Vide gloſſarium.

CAP. VI.

*Centum circiter millia.*) Centum millia equitum intellige; Nam pedites inter *milites* tum temporis non cenſebantur. Vide notata nobis ad Gul. Britonem. *Clien-*

*Clientibus.*) Horum etiam ſignificationem eo opere illuſtrauimus; Intelliguntur enim aſſeclae equitum, etiam lixae & ſeruitia, quibus hoc etiam loco conferuntur.

*Aliquoties.*) plerumque ſemper. Alibi ad Valerianum.

CAP. VII.

*Fulſit honeſtas.*) Id eſt, gloria, uirtus. Vide commentaria ad Thebaidem Papinianam.

*Cruoris omine fuſi.*) Id eſt; propterea iuerunt in Palaeſtinam, ut ſubirent martyria, quorum ſpes aderat.

*Leonis pectore.*) ſumma audacia & fortitudine. Sic rex Angliae Richardus cognominabatur cor leonis. Vide nos ad Gul. Britonem, lib. V. v. DCVI. & alibi eodem opere. Quo ſane bona pars eloquentiae rerumque, medii temporis, illuſtratur.

*Flore nitebat*) Sic legendum.

*Lux Thoracarum.*) Scribe – Thoracum-- niſi uoce noua ad uerſum aptata, ſeſe oſtentare uoluerit.

*Hauſtis ſolibus.*) Splendore repercuſſo.

*Limbus.*) Limbus dicit tunicam militarem, quem uulgo tum Wapenrok dicebant. Picturae talium multae ſuperſunt, ut in templo epiſcopali Martisburgi &c. Quod antiquiſſimum harum regionum ſi dixeris nequaquam erraueris. Limbus.

*Repperit arcus.*) Id eſt Francus miles duros Turcarum artus experitur. Cuſpidem Francicam, pro armatura omni ob uerſum, ſumit. Arcus.

*Oſſis uulnus.*) ad oſſa adactum uulnus. Oſſis uulnus.

*Comparat.*) facit, efficit. Turcos a maenibus urbis arcet lignea oppugnantium turris.

*Nominis auram.*) Famam, gloriam. Nominis aura.

*In Darium Scythicos.*) Intelligit Scytharum de Dario uictoriam. Iuſtinum ſequens lib. II. Imperium, inquit, Aſiae Scythae ter quaeſiuere, ipſi perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti, manſere. Darium, regem Perſarum, turpi ab Scythia fuga ſubmouerunt. Cyrum cum omni exercitu trucidauerunt, turpis ſane fuga, & cum dolo fuit. Ita enim eam tradunt alii, ex quibus etiam Marinus, Sanutus, Torſellus, lib. II. parte XV. cap. IV. Palaeſtini Darius, ut falleret Scythas, in ſuo diſceſſu, canes & aſinos in caſtris reliquit, quos cum latrantes rudentesque hoſtis audiret, Darium remanere credidit. Vide multis, & fabulis omnino ſimilibus, Herodotum, libro quarto.

Thameris. *Thameris.*) Tomyris: Nota omnia. *Viro* intellige, *quae uir eſſet* - Poſtea ſcribe - quem clauſerat utre cruoris. Barri. Barri ſunt elephanti. Legendum, in uacuum garris noua praelia fundere barris. Alloquitur enim Pyrrhum Epirotam, uolentem Romanos profligare, inductis elephantis, qui tum noua omnino res erant in Italia.

*Vrbe recedunt.*) Quamuis iam prope Romam ueniſſet Annibal, tamen recedere eſt coactus. Nota res. Lege Liuium, Silium Italicum &c.

*Sit pro iactura.*) Si Caeſar a Gallis uictus non eſt. Multum damni tamen accepit tot annis cum iis depugnans.

*Tempus huic operae.*) Ad Nicaeam dicem rem feliciſſime, & breue inſuper tempore, geſtam.

*Gloria ſit fors.*) Scribe - cum martyre gloria ſit ſors. Qui hic oppetierunt, eorum ſors par eſt gloriae martyrum. Sors eius cum martyribus &c. Locutio eſt ſacrae ſcripturae.

*Eget.*) uirtute nempe, & gloria inde oriunda.

CAP.

CAP. VIII.

*Montanas.*) Plures montes continentes. Gallicum - Montagnes - Montana. Supra cap. IV. Montanea auctori primo. Montanae.

*Modeſtia.*) Silentio; ſine magno tumultu.

*Euectio.*) Claſſis, mari progreſſa, uel lacu. Euectio.

*Fore.*) Eſſe. Saepius ſic loquitur omne hoc genus.

*Defectos.*) deficientes, deſperatos. Defectus.

*Permiſſis ſubſtantiis.*) facultatibus.

*Gratantiſſime.*) Cum magna laetitia. Gratantiſſime.

*Sarciendos.*) Id eſt ita ut eorum damna ipſe ſuppleret, neque ſineret eos a Francis moleſtari.

CAP. IX.

*Ciuitate reddita*) Rendre - Gallicum.

*Inuidentia.*) Inuidia occultior. Inuidentia.

*Pontem quemdam peruium.*) Per uiam obuium. Peruius.

*Iam tenuis aurorae.*) Scribendum - aurora -

*Non ferenda.*) Intolerabilis, exitioſa.

*Colliſio.*) Ex Horatio. Graecia Barbariae lento colliſa duello. Colliſio.

*Scenice.*) *Scurriliter* dicere uult. Ita de cantatricibus muſis Boethius lib I. de Conſol. philoſophiae. cap. I. *Scenicas mulierculae* --- Scenice.

*Propriis militibus.*) Equitibus. Dictum ſupra.

*Pugna fugaci.*) Ex Boethio - Pectoribus figit ſpicula, pugna fugax. Sic infra fine cap. X. hoc libro. Et nos multa olim ad Boethium. Pugna fugax.

*Regi competit.*) Iam tum regiae fortitudinis uiro.

*Epulari alacritate.*) Qualis inuitatorum ad lautas epulas eſſe ſolet. Supra, lib I. cap. II. uide ad Albertum Aquenſem, lib. VI. cap. XLIII. Epulari.

*Primicopiis.*) Qui primum locum in praeliis haberent. Vide ſupra lib. II. cap. XVII. Vbi

primus hic Hugo memoratur huius uniuerſae militiae.

*Sola reſederunt.*) Prouerbialis ſcripturae locutio.

Retractatio. *Retractatio.*) Tergiuerſatio.

Aggeſtus palearum. *Aggeſtum palearum.*) Aceruum futilium & nullius ponderis ſtraminum &c.

*Iuſtitiae aut peccata.*) Iuſtitiae rectam uitam, bona opera, denotant. Verſuum ſeries ſic concinanda & legenda eſt.

*Mox abeunt Arabes, Perſae, Turcique feroces:*
*Ante pios populi terga dedere truces.*
*Fit fuga, diſperſe miſerum protenditur agmen;*
*Non ſecus ac lepores, diffugiunt Arabes.*
*Quanta fugax acies! ſit eorum prodiga caedes.*
*Noſtrorum gladii uix tot obiere neces.*
*Damna ferens membris cuiusque retunditur enſis.*
*Falce uelut ſegetes, ſic reſecant homines.*
*Hic caput, hic nares, hic guttura truncat, hic aures,*
*Scinditur aluus huic, obuius omnis obit.*
*Obſtupuere manus, riguerunt brachia caede.*
*Nemo repellit eos, quoque ferente mori.*
*Nempe quod induerat ſenſus hebitudo profanos.*
*Excipiunt ueniens pectora caeca malum.*

## CAP. X.

Enormis numerus occiſorum hic memoratur, quem non parum auxiſſe auctor uidetur: Non uero noſter, ſed ille Anonymus primus, quem κατὰ πόδα iſte ſequitur. Vide eum cap. IX.

Peripſema. *Peripſema.*) Ex epiſtola apoſtoli. Heſychius περίψημα, περικατάμαγμα. Αντίλυτρα, ἀντίψυχα. ἢ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων.

Strenui armis. *Strenuos armis.*) Laus haec fortitudinis Turcicae

cicae debetur eidem Anonymo primo auctori. Sed & noſtra aetate audiui uirum militiae laudatiſſimum, cuique multi anni in conflictibus cum hac gente conſumti erant, confirmantem. Bona fide de uictoria contra fortem uirum gloriari poſſe, qui Turcum aliquem ſine dolo peremerit.

CAP. *XI.*

*Vel pede adminiculante.*) Scribe - ueloci pede -

*Ferocitate.*) Id eſt audacia & fortitudine. Ferocitas.

CAP. *XII.*

*Quosque filios.*) Multos; exempla ſupra dabimus.

*Semper praeeundo.*) Pergentes ſemper.

*Pertinens eſui.*) aptum & commodum.

*Deſertorum.*) uiarum & ſiluarum incommodis. Deſerta.

*Canes ſaginarios.*) Scribendum - ſagmarios -- Canes ſaginarii. Oneratos utenſilibus canes dicit. Vide Fulcherium cap. XXXII. Gulielmum Tyrium, alios.

*Horam fluminis.*) Oram. Ripam. Littus. Praemunire praemonere ſonat, amore inſolentium uerborum. Infra lib. IV. cap. III. Itaque noſtri ſuper praefati fluminis oram caſtra conſtituunt. Ora.

*Erachiam.*) Ita & auctor primus. Sed ſcribendum Eracliam, quis non uideat? Erachia.

*Diffugio.*) fuga.

*Acredine.*) rancorem dixit ſupra. Acredo.

*Portam caſtrorum poſitione.*) Ante ipſam urbis portam dicit Tancredum caſtrametatum.

*Expoſtulat.*) Enixe ab eo poſtulat. Sic ſupra locutus eſt & loquitur infra, lib. VI. cap. IX. Expoſtulo.

*Participium.*) Communem operam indulgent.

*Gentiles.*) Terrae indigenae, incolae antiqui. Ita ſupra locutum meminimus. Et uideatur gloſſarium.

## CAP. XIII.

*Fortunioſus exitus.*) Id eſt felix uitae decurſus. Non enim mortem hic loquitur. De quo alio loco. Et ſimilis locutio comparet in ſcriptura, Fortunioſus, bene felix libro VII. cap. III.

*Identidem.*) Pariter. Itidem.

*Multo aeſtu.*) Animi aeſtuatione.

Praeterquam. *Praeterquam.*) Supra quam. De ritu iſto adoptionis alibi. Non enim primus hanc hiſtoriam recenſet Guibertus noſter, licet uideri uelit ſibi relatam ab iis, qui rebus geſtis interfuerint.

Ciuitatenſes *Ciuitatenſes.*) Ciuitatis incolae. Infra lib. IV. cap. II lib. VI. cap. XII. lib. VII. cap. XXV.

*Vt feſtis eccleſiae galeati ac loricati*) Sic ſcribendum.

*Aſſeclatus.*) Clientela, - contubernium. Conſpiratio. De mutilatione inſequenti ſpeciatim alibi actum eſt.

*Cui iuge eſt*) Viuebat enim Balduinus, cum iſta ſcriberentur. Vt iam ſupra dictum eſt.

# AD LIBRVM IV.

## CAP. I.

*Viſui auditum profecto ſupparem crediderim.*) Scribendum - profectu - Vtilitate. Hoc etenim uult.

*Si namque uerax*) Scripſiſſe Guibertum puto: Sit itaque uerax, ut legitur, qui tam & quod uidit, & quod audiuit, hoc teſtatur. Euangelii tamen locus perperam allegatur. Nam ibi auditus ueritatis certae dicitur, hic de humana re ſermo eſt. Deinde legendum audita procul dubio. Vel toto loco, ut editus eſt, relicto, ſcribe - autentica procul dubio uera audita habentium narratio, ubi uidere non ſuppetit, comprobatur.

Per-

*Peruium habuere caſtellum.*) In uia. Sic ſuperiore libro peruium eos habuiſſe pontem dicit.

*Praecederent.*) Id eſt pergerent, iter urgerent.

*Sibi pertinentium.*) ſe dominum agnoſcentium. Sic & ſuperiore libro locutum, ibi notatum eſt.

CAP. II.

*Iocundati*) Exhilarati. Deſcriptionibus talibus, qualis etiam hoc capite una comprehenditur, oſtendit ingenium ſuum Guibertus; non enim eo aeuo quiſquam meliores dediſſet. Eſt notabilis inter omnes eius iſta. Iocundati.

CAP. III.

*Expugnandis ſuffragium.*) Stipendium dicit, uictualia, & quae alia uſui eſſent obſidionem metuentibus, futura. Sic infra cap. v. lib. v. cap. LVII. lib. I. cap. XII. &c.

*Turcis praeſtantibus*) Primoribus eorum, principibus. Qui praefuerint reliquis auctoritate & potentia.

*Tempore nouorum.*) Fructuum uidelicet. Sic loquitur lib. VII. cap. I.

*Sed quod eo tempore minor.*) Sic ſcribendum.

*Cuniculis immerſa.*) Sciros dicunt alii. Vide commentaria adoleſcentis noſtra ad Gratium. Foueas uocat infra lib. VI. cap. XVIII.

*Turcos epibatas.*) Inſcenſores uidelicet. Non enim multos ante annos Turcae Antiochiam occupauerant, ut ſcribit auctor, qui omnibus his interfuit, Raimundus Agilaeus, cap. XXII. annos XIV. definiens. Inſcenderant ergo Turcae uelut alienam nauem &c.

*Eſſe eorum.*) Omnem ſtatum. Notatum non ſemel alibi.

*Muſſitaſſent.*) Clam inſperſiſſent.

*Poſtliminium facientes.*) Vel non intellexit

hanc uocem uel uolens ea eſt abuſus. Alioquin pereleganter, ad ſuum quidem aeuum, iſtic ſermocinatur Guibertus noſter.

*Syris interpretibus ſcita.*) Sic emaculandum.

*Calles obtexere.*) Id eſt uias obturare.

Proruo. *Proruere.*) Id eſt ſuperuenire uelut torrens quidam.

Malreguard *Malreguard.*) Maleuiſionem dicas. Vox eſt Gallica.

*Fiebat itaque oppidum.*) Modo caſtrum dixit: Sed duo haec eiusdem ſaepe habebantur ſignificationis. Ita Φρȣ́ρια καὶ πολίσματα iungunt Graeci, ut Agathias lib. primo. Caſtrum ſtatis, plateis, amplam ciuitatem, legimus apud Theodericum a Niem, in uita Ioannis XXIII. pontificis. Ita mons totus Caucaſus caſtrum furiarum dicitur Ciceroni. II. Tuſculan. ex uerſibus Aeſchyli. Caſtrum & urbs, una res Helmoldo in chronico Slauorum pag. XXII. *Caſtra* ſeu *uillas* legimus in Paulli Longobardicis pag. L. Caſtellum & oppidum, eadem res Falcando, pag. DCXLV. Caſtellum & ciuitas eadem res Petro Chryſologo. Sermon. LXIV. Nihil itaque mirum, ſi hic iſta pro una ſtructura ponuntur.

Angariae. *Angarias.*) Moleſtias quaſcunque. Res notiſſima.

*Conſtiterat.*) Iam in uſum erat receptum ex penuria.

Expeditio. *Expeditione plurima.*) Praeſidio multo militari.

Seſe diſcutere. *Seſe diſcutiunt.*) Examinant. Vnde diſcuſſores.

*Vicaria conſultatione.*) Mutua; hinc atque inde dilata.

Ariditas. *Ariditate.*) Potulentorum inopia.

CAP.

CAP. IV.

*Eidem.*) Antiochiae nimirum.

*Vtilium.*) Sic uocat multis in locis uictualia. Vtilia.

*In haſtulas.*) aſſulas. Vide aduerſaria. Haſtulae.

*Mucronibus operta.*) Melius legas aperta-nempe perforatam dicit. Satis autem paucis demtis, haec magnifice ingruerent, ſi ab aliquo eſſent Appuleio conſcripta.

*Aequor ruris.*) Campum planum atque aequalem. Aequor ruris.

*Noſtrorum.*) Hoc eſt, quos noſtri non conciderunt.

*Sui agilitatem.*) iactaſſe dicit omnia ad fugam Agilitas. leuiorem. Ita Claudianus de Numidis-arma oneri, fuga praeſidio-

*Erutus.*) id eſt, bonis ſuis euolutus. Erutus.

CAP. V.

*Curiae maiorem.*) Mareſcallum hodie dicunt.

*Et quam crebra.*) Lege-ſed quam crebra.

*Sic ouis ſi a manu.*) Scribe: ſicut ouis, ſi a manu uel praeſentia paſtoris exerrat.

*Lautiori edulio ueſci.*) Inſerendam puto uoculam ſemel-lautiori edulio ſemel ueſci.

*Quorumque eſt cenſura bonorum.*) Id eſt, omnes boni praecipiunt.

*Purpuratos uocant.*) Haec aeſtimatio aureorum Byzantinorum multis locis horum auctorum melius cupiendis, bene facit.

*Pridem opulentis.*) ante hac, cum eſſent caeteri opulenti, iam tum patiebantur iſti penuriam. Carmina ſequentis capitis ſic legenda & conſtituenda erunt.

CAP. VI.

Sic itaque carmen hoc ſapphicum ſcribendum, ne de ſingulis in conſilium eamus.

*Torſerat grandis cruciatus omnes:*
*Victus arctabat tenuis ſupremos,*
*Viribus fuſos rabies famei*
*Reddidit imos.*

Viribus fuſos reddidit, id eſt omnes eorum uires ex hauſit, & conſumſit.

*Copiae panum fuerunt remotae,*
*Non boum carnes, nec erant ſuillae,*
*Vulſerat paſſim manus indigentum*
*Gramina quaeque.*
*Quicquid eſcarum poterat fuiſſe*
*Suppetit tamdem reperire nulli*
*Soluerant artus, tulerant & auſum*
*Pectora laxa.*
*Tenditur durum cutis in tumorem*
*Quia cibi nullum tenuere morem,*
*Eſca defecit, periit facultas,*
*Dant ea mortem.*
*Soluit occiſos breuis angor omnes,*
*At fame fractos agitant dolores,*
*Vnde praetactae meliora geſtant*
*Praemia mortes.*
*Hos iuuat plane cibus Angelorum,*
*Optimo gaudent brauio laborum,*
*Quo magis pondus toleraſſe conſtet*
*Suppliciorum.*
*Ceteri pugnent, uariosque caſus*
*Ferre concertent; grauibus ſecunda*
*Vlla uix praeſtant, meliora laetis*
*Triſtia cenſent.*
*Iam crucem Chriſtum geminas ferendo*
*Proſequi curant; potiora iusſis*
*Aggredi gaudent, quibus autor unam*
*Iuſſerat iſdem.*
*Huic fames atrox cor inane carpit.*

*Aridus*

*Aridus dudum ſtomachus fatiſcit,*
*Viſcerum ſtrages, cerebri ruinas,*
*Paſſio fecit.*
*Intus haec tabes animum fatigat,*
*Extra bellorum feritas moleſtat,*
*Et dies & nox ibi plena duris*
*Caedibus inſtat.*
*Acris exſtat mens, tenuesque uires*
*Aegra uis membris, reparat uigores*
*Inque fundendos minimum ueretur*
*Ire cruores.*

CAP. VII.

*More carpentarii inſiſteret.*) Non laudat hunc hominem Guibertus a uirtute bellica, quod haec uerba inducunt, ſed timiditatis arguit: Itaque nos eam uitioſam putamus, & ſcripſiſſe hunc Abbatem noſtrum: ſed quia in bellis cedendo, more carpenti aegre inſiſteret. Id eſt, non conſtaret animi; ſed cederet, quaſi moles rotis innitens. Carpentarius.

*Magni nominis umbra.*) Eleganter omnino. Et ſic lib. VII. cap. XXXVI. eſt autem Hemiſtichium Lucani lib. I. v. CXXXV. de Pompeio ſtat magni nominis umbra. Et eum poetam familiarem habuit Guibertus. Nominis umbra.

*Maiora ſe.*) Viribus ſuis altiora.

*Relinquebat.*) Multa incipiens, nihil conſummans.

*Is in Hiſpaniis.*) Scribe-ſic in Hiſpaniis.

*Inter nos.*) In bellis chriſtianorum.

*Mitior fieret leporibus.*) lege *timidior.*

*Sceleſte pauperes.*) Scribe *ſceleſte pauperes praedae iisdem.*

CAP. VIII.

Verſus in hoc capite ſunt Heptametri, quales non puto in Latina antiquitate alibi extare, ut uideamus auctorem hunc gloriam litterariam etiam ex remotarum rerum affectatione quæſiſſe. *De-*

*Denique ſignant.*) Scribendum - ſignat.

*Meminiſſe fugae.*) fugam inſiſtendo. De fuga & retractione horum hominum, uide anonymum auctorem primum, cap. xv. Baldericum, lib. II. cap. XIII. ut a nobis eſt diſtinctus, &c.

Heremum. *Heremum.*) negligit ſyllabam. Prudentius,

*Feruebat uia ſicca cremi ſerpentibus atris.*

Idem Pſychomachia. Excidit ergo animis eremi ſitis. Et alibi. Vti & alii.

*Tendere debueras.*) fecit ſane hoc, & a multis retro annis, iſte Petrus. Quare non poteſt ſana eſſe haec lectio. Scribe - tendere ſuetus eras.

*Memores.*) Scribendum diſiunctim-memor es.

Genitura. *Genitura.*) Mira res. Et prope eſt, ut magum aut Chaldaeum faciat hunc eremitam. Indicat certe aſtrologiae operam aliquando eum dediſſe.

*Piſces ac uina terebat.*) Contemnebat. Sic infra, cap. xiv. Boamundus anxietate detritus. Eſt irriſio uelut digito demonſtrati egregii huius monachi. Meminit huius abſtinentiae ſupra; quem locum nos recte emendaſſe docent uerba hic ſequentia.

Cardamus. *Cardamus.*) Naſturtium.

Tyſanae. *Tyſanae.*) Ptiſanae.

*Frux lentis & herbi.*) Scribendum - erui. Frux legitur apud Auſonium.

*Fruſto tamen addita panis.*) Obſcurius haec corrupta ſunt, quam ut facile oculos incurrant. Omninotamen emaculandum.

*Piſce meroque procul poſito fruſto laticem addito panis.*

Sic perſanantur ſenſus omnis hactenus expertia.

CAP. IX.

Refuga. *Refugas.*) transfugas, rebelles. Ita Tertullianus in carminibus contra Marcionem diabolos uocat. *Sata-*

*Satagerent.*) Id eſt, *ſatisfacerent* iudicio pro-cerum. Satago.

*Fibra recanduit.*) Radius. Poetice uult, inepte loquitur.

*Senior ille.*) Dominus. Diximus alibi multis.

*Regis inter omnia regna.*) Scribe *Regni inter* omnia regna. Tulerat, eſt *tulit generauit.* &c.

* *Interdiu.*) Vno die. Vel lege - *interdum*- Sunt uerba irridentia iactatorem inſignem. Vid. ſequentia. Interdiu.

*Succurrere lunae.*) Notisſimus uerſus Iuuenalis de faemina loquacisſima.

*Protendat.*) pergat, rem gerat.

*Idem.*) Scribe - eumdem- Sed & illud hic probum.

*Modeſtiae.*) Lenitatis. Vide loca notata in gloſſario.

*Spondet & ipſe.*) Boamundus in fidem ſuam recipit, Tancredum ignoturum Carpentario, qui alioquin erat ſtrennus princeps, & in poenam pronior.

*Carnificium.*) Carnificinam. Ita lib. VI. cap. XXI. lib. VII. c. XX. & c. XLVII. Carnificium.

*Licet pio.*) uerba ſuſpecta. *Quique, plerique* ut ſupra.

*Profligarentur.*) Conſumerentur. Profligari.

*Tanto-hoſte.*) Gallicum - *Hoſtis* notat exercitum. Vide aduerſariorum lib. CLI. c.IV.

*Docerentur debita humilitate.*) Sic legendum.

CAP. X.

*Siquidem.*) Quidem. Vide ad Gulielmum Britonem. Siquidem.

*Participium.*) Communio lib. III. cap. XII. Participium

CAP. XI.

*Crucibus addictos.*) Cruciatibus. Vide gloſſarium.

*Nibil*

*Nihil illa fame moleſtius*) Non eſt ſana haec lectio. Nec enim ſententiae congruit. Et, nĭ fallor aut intelligendum aliquid confine illi Horatiano.

*Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.*

Malebant enim omnes mori quam ſic in uita ſeruari. Itaque ſcripſerim - nihil illa fame moleſtius, qua non extorquetur uita.

*Quotidie adſidebant.*) Id eſt continue. Iam dixit nec tentoriis nec caſtris eos exire potuiſſe.

*Exeſum.*) Eleganter, ut a uermibus ligna aut frumenta exeduntur. Et talia multa in Semi-Poetico iſto opere.

CAP. XII.

*Retractandum.*) Etiam atque etiam conſiderandum. Sic infra ad finem huius libri.

CAP. XIII.

*Chriſti fortitudinis.*) Impia nec ex ore huius auctoris, locutio. Scribe-in Chriſto fortitudinis.

*Conclamare.*) *Simul inclamare.*

*Appendices ſuas.*) Omnem ſuum militem ſub ſigna ſua pertinentem. Simili inſcitia loquitur lib. VII. c. XII.

*Peruadendos.*) Inuadendos. Vide gloſſarium.

*Cautela.*) Sapientia, ſollertia. Circumſpectione.

*Curuatis haſtilibus.*) Motis ut uelut curuarentur. *Bransler* dicunt Galli, ut ſaepe in libris Amedaei.

*Cumque calent animis.*) Lege - *quique* - omnes. Vt ſupra.

*Fuerat.*) Scribe - fere erat.

*Obſcaenum cruorem.*) Turcorum; qua ſane nulla gens ſpurcicior, libidinoſior, obſcoenior.

*Protexere.*) Praetexuere.

*Pondus*

*Pondus exercitus.*) Bellipondus, ſaepius Papinius.

*Proficiente numero.*) Creſcente.

*Animaduerſionis* ) Indignationis. Vide gloſſarium.

*Diuerſa pars.*) Hoſtiles. Senſus eſt proruentem ſigniferum metum hoſtibus, audaciam incutere ſuis.

*Obuia contuderat.*) Lege-contundens, obuios hoſtes profligans uiam facit ſuis militibus.

*Aucupabantur.*) Obſeruabant. Sic ſaepius loquitur. Vide doctorum notas ad Plautum.

*Sumtibus.*) pecunia & cibariis.

*Cuniculis.*) Sub terra ire per metum cupiunt. Cuneum pro ampliori cuniculo poſuit. Cuniculi.

## CAP. XIV.

*Stridores & garritus.*) Ita, ſecutus auctorem ſuum primum, uocat clamores bellicos Turcarum.

*Quos & reperit.*) Obſeſſores dicit.

*Et cum peditum.*) Lege-dum peditum.

*Abſorptus inſumere.*) Lege-inſugere. Tali humilitate ſaepius de magnis rebus loquitur hic auctor.

*Interſtitio.*) Interuentu. Saepe ſic loquitur.

*Verbo Caldaico.*) Eugraphius in Terentii Heautontimorum. Act.III. Scen. I. Apud Babylonios Satrapae appellantur ditisſimi ſatellites regum.

*De magis praeditis.*) Scribe-praedicatis. Ita infra lib. VII. c L. occumbens, ex praedicato milite praedicandum in ſecula Martyrem fecit.

*Exitio.*) inſigni cladi. Exitium.

*Viderentur habere.*) turci nempe.

*Inferiarum.*) Cum mortuis rerum ſepultarum.

In-

Inferiae ſunt omnia quae mortuis impenduntur. Praecipue, tamen ſacra inferis facta, ſecundum Seruium.

Reflari. *Reflari.*) Eleganter-ut uenti animas reducunt, montibus impacti.

Abſtineri. *Abſtineatur.*) Suſtineatur, retroagatur, cohibeatur. Et hoc uerbum perpulcre hic eſt uſurpatum.

*Indixit.*) Non uerbis, ſed ipſo opere.

Oblitus. *Oblitum.*) Obliuioni traditum.

*Ad dominum.*) Apud dominum locutione Terentiana.

*Eundi ſiue gerendi.*) Scribe-ſiue regrediendi.

Infra. *Infra.*) Id eſt *intra*. Vt omnes iſti auctores loquuntur.

## CAP. XV.

*Vigor legis.*) Rigor, regulae obſeruantia.

*Quibuslibet.*) qualibuscunque.

*Principum exercitus.*) Sic legendum.

Vlciſci. *Vlciſci.*) uindicari.

Petulantia. Petulantiae.) Id eſt libidinis. Sic pagina ſequente: omnis petulantiae immunis a uitio.

*Suſpicio mortis.*) Metus ex re praeſenti. Ita lib. V. cap. XIII.

*Sui lenone.*) Stupratore.

*Igniti ferri indicio.*) De quo multis alibi.

Amaſius. *Amaſio.*) Amatore. Appuleius, lib. VII. de ſeſe ait: feſtiuus hic amaſio humo ſordida proſtratam mulierem geſtiebat inſcendere. Tertullianus Apologet. cap. III. qui iuuenis, quis Lucius, quam amaſius; onomaſticon uetus. Amaſius, ἐράμενος. Amaſia, ἐραμένη. Alia alibi.

## CAP. XVI.

*Interfuiſſent.*) In exercitu aut caſtris eſſent.

CAP.

CAP. XVII.

*Apponi.*) Indui, ueſtiri. De ſtigmatis militaribus & libris & picturis doctisſimi uiri nos pridem erudierunt. Vide Walhuſeri tractationes & icones.

*Indocile uulgus.*) Inconſultum, rude, indoctum.

*Documentis*) Conciones intelligit. Documenta.

*Defectum.*) Deficientem. Notatum ſupra. Defectus.

CAP. XVIII.

Principium huic capiti dedimus a uerbis-Quid de illis.

*Sanciti ſunt.*) In ſanctos relati, conſecrati.

*Confeſſionis ſpes.*) qui nullo modo uidebantur propter confesſionem Chriſti aliquid periculi ſubituri.

*Secundo adoleuiſſe ingenio.*) Forte melius *fecundo.*

*Parentes.*) Cognatos & agnatos dicit. Hic autem locus oſtendit generoſum fuiſſe hunc Guibertum; de cuius ſtemmate uide in prolegomenis, Bongarſium.

*Equeſtri beneficio.*) Solitis ceremoniis ordinem equeſtrem ſuſceperit. Vide nos ad Gulielmum Britonem.

*Iugitatem.*) Perſeuerantiam.

*Sed non minus ingenio meae.*) Non facile haec aliter capies quam de coniunctione ſanguinis. Itaque ſcribendum arbitror: - ſanctae eius aggratulor intentioni, ſed non minus geniturae meae. Genituram ſuam dicit progenitorum, conſanguinitatem. Martyrii eam gloriam dicit, ut toti familiae & cognationi inde celebritas & utilitas magna acceſſerit. Sane & antiquior eccleſia ſic cenſuit.

*Moroſiori.*) diuturniore. Notatum ſupra.

## AD LIBRVM QVINTVM.

### CAP. I.

Referri. Apprecior.

SI *quis tamen.*) Alluſio uerborum Virgilii - ſi quis tamen haec quoque, ſi quis captus amore leget.

*Mihi referre.*) Scribendum - *referri.*

*Apprecior.*) pretio maiore digna cenſeo. Sermo ex non uno ſcripturae loco petitus.

*Putem.*) Et haec mendoſa ſunt. Scribe: ita omnes extruſi ab animo, ut mihi ſoli profuturam appetam, nulla aliis placitura curem.

*Verbere uerborum.*) Elegans locutio, cuius exempla in Recentato Claudiano, aliiſque, propoſui.

Dilatrare.

*Dilatrare.*) Latrando differre.

*Ibidem interfui.*) Locutio nec bonis auctoribus ſpreta. In teſtamento Grunnii Corocottae, Sorori meae Quirinae, in cuius uotum intereſſe non potui, do lego dari hordei modios xxx.

### CAP. II.

Solidatus amor. Lenocinans

*Soliditati amoris.*) Legendum *ſolidati amoris.* Ita cohaerebunt omnia.

*Lenocinante emolumento.*) arridente, abblandiente. Sic ſupra lib. III. cap. IV.

*Vultu praeferebat eximio.*) Scribendum - Extimo.

Seniores.

*Seniores.*) Principes, maiores ſupra dixit. Ita lib. VI. cap. XII. lib. VII. cap. IV. & VI.

### CAP. III.

Truces excubiae. Ferale faſtidium.

*Turces excubias.*) diras noctes uigilauimus.

*Ferale faſtidium.*) Mortem illaturum angorem a tot malis exantlatis.

*Proditionem.*) Si aliquis per proditionem Turcorum hac ciuitate poſſit potiri. *Ma-*

*Maieſtate pretii.*) Magnitudine. Vide gloſſarium.

*Vnicuilibet.*) Vni ſoli. Hic eſt enim ſenſus.

*Requies & pars.*) Scribendum *& par.*

*Trutinans animo.*) Animus humanus ſaepe librae hinc illinc nutanti, comparatur. Claudianus Mamertus libro I. cap. XIII. trutinae iudicii corporum pondera imponere. Plinius lib. VII. cap VII. Vitam aequa lance penſitare. Multa uide collecta ad Claudianum, lib. I. de laudibus Stiliconis. v. LXXV. Trutinans animo.

*Fabulantur.*) Loquuntur. Vide aduerſaria. Fabulari.

CAP. *IV.*

*Quibusque.*) Omnibus.

*Inretractabiliter.*) Sine omni ſuſpicione. Antiochiae captio a multis egregie deſcribitur, praecipue a duobus qui adfuerunt, Raimundo Agilaeo, & Fulcherio Carnotenſi. Etiam primo auctore, quem iſte ſequitur. Inretractabiliter.

CAP. V.

*Mediae actioni.*) Ex uerſu Horatii de Homero. Media actio

*Turres & alias.*) Scribe - Turres & ſcalas.

*Subteriacens.*) Maenibus ſubtus applicita. Subteriacens.

CAP. *VI.*

*Horribili frangore.*) Scribas- fragore- Sed eam tamen uocem ſaepe etiam alias in Mſtis libris uidi. Horribilis frangor.

*Vocalitas.*) Ingens clamor ac clangor. Sic ſupra, lib. IV. cap. XIV. Tam terribilis uocalitas ferebatur, ut pulſari ſtrepitibus caelorum ſupremitas crederetur. Vocalitas.

*Penſione.*) aequatione, dicit. Penſio.

*Barbarum incrementa.*) De ſuperſtitione in his alibi totum longum caput propoſuimus.

*Alterutrum ſe putantes.*) ſeſe mutuo pro Turcis a barbarum qualitate habentes.

CAP. VII.

Caſſianus. *Caſſianus.*) Varie omnino ſcribitur hoc uocabulum. Hoc tamen inter omnia ineptiſſimum uidetur, quia Latinum eſt citra controuerſiam.

Progreſſius. *Progreſſius.*) pulcre, pro *celerius*, contentius.

Auerſans. *Eum iam aduerſante.*) Scribe - auerſante.

Cultelli. *Cultelli.*) Gladii. Couteau. Hac enim uoce omne ſcindens intelligunt. Vide commentaria ad Britonem lib. VII. v. DCXCVII.

Aeqnor. *Aequoris.*) Planitiei. Sic alibi non ſemel.

CAP. VIII.

*Regis Perſarum, quem Sogdianum nomine, ut Romani Caeſares uocare ſolent.*) Scribe quem Soldanum. - Et pertinet ad regem Perſiae haec

Soldanus. Curbaranus. uox non ad Curbaranum. Ita enim primus auctor: Curbaran, princeps militiae Soldani Perſiae. &c.

*Concurreret.*) Succurreret.

Impenſio. *Impenſione.*) recompenſam uulgo uocant. Penſionis uocem ſic ſupra uſurpauit.

*Pontifice.*) Apoſtolicum ipſorum inepte uocat primus ille auctor; ut ſcias neſciuiſſe hominem, quid loqueretur. Ita Papam uocat noſter cap. ſeq. &c.

Agulani. *Agulani.*) Ipſa hic uerba primi auctoris exprimit.

*Indubium.*) Indubitabile. Sic ſupra cap. XII.

Exponens. *Exponens.*) Ipſe ſe ſpolians caſtri illius dominio tradit in manus potentioris Senſadolus.

CAP. IX.

Garrire. *Garriendo.*) Sua lingua ſuoque more. Non enim uocem humanam adſcribit Turcis. Ita & auctor primus.

Pim-

*Pitacia.*) Schedulas. Vide nos & doctos ad Petronium. Pitacia.

## CAP. X.

*Tria arma.*) Tres armaturae partes, Enſem, arcum, lanceam.

*Adiaceat.*) competat. Liberum ſit.

*Ginetiis.*) gynaeceis. Gynaecea.

*Quod iam tum & nomini.*) Scribe-quod iam tuum eſt. - Iam tum enim eos in manu habere iactat. Poſſis item - quod iam tumet-legere. Sed illud uerius exiſtimo.

## CAP. XI.

*Chriſtianae religionis admodum praecellit auctoritas.*) Scribe-Chriſtianae religionis apud Deum praecellit auctoritas. Hoc enim dicere uult mulier fatidica. Vide ſequentia.

*Quid tibi, inquit, aniles texere fabulas.*) Scribe - quid libet, inquit, miles texere fabulas. Aniles fabulae.

*Curuauit.*) Subdidit. Regiones dicit maximas & potentiſſimos reges ceſſiſſe religioni chriſtianae. Id ſane ingens ueritatis eſt teſtimonium, nimirum non armis, ſed concionibus hominum minime glorioſorum ceſſiſſe antiquiſſimam idololatriam. Vide Philippi Mornaei tractationem de ueritate chriſtiani dogmatis, item Marſilium Ficinum, Ludouicum Viuem, & alios. Curuare.

*A maſſa.*) coagulo uelut, turpique cinno.

*Gentiles aduenae.*) Nota originem *gentilitatis* quae hodie plerisque idiotiſmis nobilitatem notat. Aduenae.

## CAP. XII.

*Redditur hebes.*) Obſtupuiſſe dicere uult hominem. Scribendum autem - redditus.

*Gentilitas.*) Omnis gens idololatra. Gentilitas.

 Fu-

Fuſcari. *Fuſcatur*) Obſcurum quid habet. De uſu huius uerbi ad Plauti aliorumque illuſtrationem in aduerſariis.

*Sortium.*) fatorum ex aſtris, aut reſponſorum a ueteribus oraculis editorum. Haec enim ſortes dicuntur.

*Dii habeantur an homines.*) Vide notas noſtras ad primum autorem, ſecundas in fine ſunt enim duplices.

Humanatus. *Humanatum.*) Hominem natum.

CAP. XIII.

*Suſpecta.*) Timida. Sic ſupra, lib. IV. c. XV.

Letalis. *Letalis defectus.*) mors ipſa.

CAP. XIV.

*Chriſtus qui quondam etiam nunc.*) Scribendum inſerta uocula -- qui ut quondam, etiam nunc.

*Dignus eis fuit exitus.*) Emaculandum.

*Dignus eis fuit exitiis, qui tale uerendis*
*Exemplum dedit agminibus* - - -

Fefellit librarios & correctores uſus uocis - exitii - quae talibus auctoribus *cruciatus* deſignat. Vide gloſſarium in hunc Guibertum, & notas ad Albertum Aquenſem, lib. VI. cap. XV. Infra, cap. XIX.

*Doctoris ad inſtar.*) Doctoris gentium, Paulli apoſt.

*Hi ſibi concinnas.*) Id eſt ipſis dignas. Scribendum autem - hi ſibi condignas indigni iniere latrinas. Indigni genere & profeſſione ſua. Tamen in affectatore hoc tanto non concutiam uulgatam lectionem. Inſigniuerunt, demonſtrarunt.

CAP. XV.

*Clericum fecerat.*) Scribe - ſe fecerat.

*Con-*

*Contignitate.*) Cognatione & amicitia. Nominantur horum praecipui ab auctore primo, Vide Bongarſium in uita huius Guiberti. Contignitas.

CAP. *XVI.*

*Terebrati.*) Velut percuſſi. Ita ſupra locutus eſt. Sic lib. IV. cap. XIII. Francigenae impactis tenebrabant pectora telis. Terebrati.

*Obſcaeniſſima loca.*) latrinas, &c.

CAP. XVII.

*Nimbo.*) Id eſt, ambitu fulgente inſtar circuli. Nimbus.

*Totis uiſceribus.*) Omni intima miſericordia. Viſcera.
De uiſceribus hoc genus integro capite egimus in aduerſariis, quod hic nec excerpi nec repeti poteſt.

CAP. XVIII.

*Obuia morte.*) clara, indubitabili. Anonymus auctor primus cap. xxiv. Tancredus uero iurauit & promiſit tali modo, quia, quamdiu ſecum quadraginta milites haberet, non ſolum ex illo bello, ſed etiam ab Hieroſolymitano itinere non eſſet receſſurus. Nimis autem exſultauit chriſtiana congregatio, hoc audiens ſacramentum. Obuia mors

CAP. XIX.

*Maius in ullo aeſtimaret.*) Lege maius nihilo.

*Exitiis.*) paenis, doloribus. Supra cap. XIV. Exitium.

*Fouea deſperationis.*) Ex uerbis ſacrae ſcripturae.

*Reuerberans.*) repellens a ſe, credere nolens. Sic *recuſſo timore* iam dixit. Reuerberans.

*Solidior.*) Confirmatior.

*Cohaereat.*) Aſſentiatur. Conſpiret.

*Praeſtitor.*) Largitor. Multas hoc genus uoces ex plurimis ſcriptoribus, in uſum reuocandas,

das, connotabamus ad Papinii Thebaidem. Lib. III. v. LXXXI.

## CAP. XX.

Inſtantia. *Inſtantia.*) uehementia.

Arx *Arcem.*) Turrim dicit.

*Praenomen habebat.*) Immo cognomen. Clarius totam hanc rem recitat Anonymus, cap. XXVI.

*Inſanus.*) Hugo de Forcenez nominatur primo auctori.

## CAP. XXI.

Suadere. *Suadere.*) perſuadere. Vide recentatam editionem Claudiani, ad Panegyricum in conſulatum Manlii.

*Animaduerſione citatus.*) Ira incitatus. Dictum ſupra.

*Deſtitutionis.*) *Deſolationis.*

*Valitudo uentorum.*) Vehementia. Valentiam dicit libro VI. cap. II.

*Indigens putabatur.*) Forte lege indigena putab.

Pira. *Pirae furentis conquerit acerbitas.*) Pulcer Iambus. Pira, omne incendium. Reſtituenda haec uox auctori primo, ubi editur: cap. XXVI. Haec ira durauit ab hora tertia usque in mediam noctem.

## CAP. XXII.

Duellio. *Duellione.*) Pugna, conflictu. Vtitur ſic eadem iſta uoce lib. VII. cap. XI. habiturus contra gentilium copioſiſſimas uires duellionis irremiſſae rigorem.

Exitium. *Exitum.*) Legendum - exitium.

*Sub obtentu geſtandi.*) Scribe - *geſtiendi.*

*Praeproperant.*) celerrime fugiunt.

Exoccupare. *Exoccupant.*) occupantur ualdiſſime.

CAP.

CAP. XXIII.

*Inſolentia.*) raritatem uult dicere. Inſolentia.

*Extenuatis.*) conſumtis, deficientibus.

*Condimenti.*) Obſoniorum. Condimentum.

*Tumeſcentibus*) Eſu inſolitorum ciborum.

*Malum biberat.*) Neſcio, & noui contrarium.

*In morem ſepiarum.*) Inepta lectio - Scribe -- Saepiae, caepae. In morem ceparum. Vt caepae incidi minutatim ſolent.

CAP. XXIV.

*Stipendiorum.*) Omnium uictui & uſui neceſſariorum. Dictum ſupra ad hunc alioſque auctores.

*Diuinas iniurias.*) *Diutinas* lege.

*Excubiarum.*) Vigiliarum, dicere uult. Excubiae.

*Recolere.*) Id eſt cogitando aſſequi. Recolere.

*Animaduerſio.*) Poena, ſupplicium. Animaduerſio.

CAP. XXV.

*Multae modeſtiae.*) Prudentiam dicere uult. De Stephani Bleſenſis receſſu aliter alii iudicant.

*Martyrii repenſione.*) Quia nempe rediens ad comites ſuos poſtea interfectus eſt. Vide Albertum Aquenſem, lib. VIII cap. VI. Vt perierit, traditur ab eodem ſcriptore, lib. IX. cap. VI. Dubitatum tamen, caeſus an captus fuerit, tradit Guibertus noſter infra lib. VII. cap. XXIX. &c.

*Patitur eſſe ſecundum.*) De ſceleribus eorum, qui captiuitati Hieroſolymitanae interfuerunt, plura infra lib. VII. cap. VII. Iacobus a Vitriaco, & nonnihil Iuo Carnotenſis in epiſtolis.

*Reditum.*) Id eſt reuerſionem antequam Palaeſtina occuparetur. Reditus.

*Nec ſeſe per ſcelera infinita putentibus, eorum finem conſiderant*) Mendoſa uerba. Reſcribe Nec, caeci per ſcelera infinita, putenteſque, eorum

rum finem conſiderant praedicandum. Praedicandus finis, glorioſus: Martyres enim obierunt, ſecundum horum ſcriptorum conſonam opinionem. De Stephano diximus iam. De Hugone magno. Vide infra lib. VI. cap. XI. & lib. VII. cap. XXVII.

CAP. XXVI.

Quo. *Quo.*) Id eſt qua de cauſſa, ut alibi non ſemel. *Principem.*) Sic ſpeciatim uocat imperatorem Conſtantinopolitanum, ut iam ſupra notatum eſt.

Viuacitas. *Viuacitate.*) Vigore, uirtute, excellentia.

Progreſſius. *Progreſſius.*) Vlterius, properantius. Ita ſupra iſto eodem libro. cap. VI.

Iocundare. *Iocundabatur.*) gaudebat, exſultabat. Supra lib. IV. cap. II. Infra lib. VI. cap. XX.

CAP. XXVII.

*Quem deinceps reperies.*) Dura uidentur haec. Sed in libro Hiobi, & Pſalmis Dauidis tamen habentur ſimilia, etiam longe durioribus uerbis.

Capitis commotio. *Capitis commotionem.*) Irriſionem, uituperium.

Specialius. *Specialius.*) maiori affectu.

CAP. XXVIII.

Per angariam. *Per angariam.*) Id eſt ui coacti.

## AD LIBRVM VI.

CAP. I.

D*Vcimus uanitatem.*) Poſt haec uerba claudenda eſt parentheſis, quod editores neglexerunt.

Ventri ſeruire. *Pro ſolis Deo uentribus ſeruientes.*) Scribe pro Deo ſolis uentribus ſeruientes. Clara ſcriptura, & loca notiſſima ſcripturae quae alluditur.

Placentior. *Placentiores.*) Pulcre dictum pro magis placentes.

*Omnis*

*Omnis hoſtis.*) Omnes hoſtes. More ſcribendi uetere, quem in melioribus Salluſtii editionibus uidemus obſeruatum a doctis, adnotantque ueteres grammatici. Saepiſſime ſic non incurioſus talium iſte auctor.

*Materiam.*) Argumentum, *continentiam* dicit Fulgentius & alii eius farinae auctores. Materia.

*Serie.*) textu orationis. Sic ſeriem pro ſermonis textu uſurpat Venantius Fortunatus, atque alii.

CAP. II.

*Valentiam.*) Omne robur potentiamque. Valentia.

*Conuenerit.*) Sapientes, inquit, homines uos eſſe credimus. Ideoque arbitramur ideo uos huc ueniſſe, ut Chriſtianae ueritatis doctrina imbuamini. Sequentia pertinent ad hiſtoriam Petri apoſtoli, qui primus traditur Antiochiae antiſtes fuiſſe.

*Praecordialiter.*) Intimo in pectore. Praecordialiter.

CAP. III.

*Vix foeminas aequiparanti.*) Graecos dicit homines mollitiae ultra modum mollis, infames.

*Non modo non excipimus.*) Sic ſcribendum. Vulgo altera negatio male omittitur.

*Abruptiſſima.*) Id eſt profundiſſima.

*Accliues.*) promi in eam rem. Accliues.

*Contiguitate.*) Amicitia, affinitate. Supra lib. v. cap. xv. Contiguitas.

*Sententia.*) quae iam ipſis proponitur.

CAP. IV.

*Roderetur.*) angeretur, cruciaretur. Rodi.

*Refundentes.*) pleno uelut alueo.

*De bello.*) Pugna, praelio.

CAP. V.

*Magis.*) potiſſimum. Nil eum melius habuiſſe Magis.

iſſe dicit, quo paſceret fratrem regis Francorum.

Dominicus homo. *Dominicum hominem.*) Domini nempe ſui, regis Francorum fratrem honorare decebat.

*Contingam.*) Legendum - *contingant.*

CAP. VI.

*Ipſius autem.*) comitem Raimundum dicit.

CAP. VII.

*Si ſuos caedi contingeret.*) Legendum - ipſos -

*Quidam.*) de clericis loquitur.

Infirmans. *Infirmanti.*) aegrotanti.

*Quorumque.*) Fere omnium.

*Corpori tunc reſidua.*) aegre inhaerentem dicit.

Sufferentia. *Sufferentia.*) tolerantia.

Exſucatus. *Exſucatum inedia caput.*) Scribendum - exſiccatum.

CAP. VIII.

*Hoſtem.*) Hoc eſt ſuum ipſius exercitum, notatum ſupra. Vide aduerſarior. lib. CLI. cap. IV.

*Seſe ſolos.*) Loquitur de iis, qui ſe a corpore Chriſtiani exercitus auulſerunt. Horum agminum pedites dicit omnes a Turcis caeſos. Scribe: ſed hae ſua inſolentia ipſi ea die ex ſe ſolis noſtro exercitui damnum fecere. Clara ſententia, caeſi enim ſunt.

Celeberrimus. *In his celeberrimus.*) Bella citramarina dicit.

CAP. IX.

Emergere. *Emergere.*) Miraculum auxilii diuini dicit, de quo diuerſa ſcriptorum eſt ſententia. Nec ii nos ſumus, qui conſtituere quid uelimus. Id ſcimus & accidiſſe olim multa talia, & ficta itidem eſſe.

*Emergere.*) Velut e terra. Ita Plautus de homine ſubito comparente. Subita emerſio infra cap. X.

Fore. *Fore.*) eſſe. Supra lib. III. cap. VIII.

Ro-

*Repurgio.*) Repurgatione. Supra ſic utitur hac uoce. lib. I cap. X. lib. II. cap. IV. lib. VI. cap. XIV. Repurgium

*Focos herbae.*) Ignes faeno & ſtramentis. Foci flammae. lib. VI. cap XXII. lib. VII. cap. XLIII. Foci.

*Potiores eorum uires.*) Scribendum - ubi potiores ſuorum uires eorum agnouerant, ad eorum ſcilicet tentoria contendebant.

*Immerguntur*) ſeſe immittunt, iniiciunt. Sic locutus eſt ſupra in uerſibus, & alibi. Immergi.

*Cannis aereis.*) Notandus hic mos Turcorum, in conflictibus forte nunc etiam utilior quam ſciatur, de cannis pariter Bartolfus noſter. cap. XLIII.

*Paſci cruore.*) Claudianus -- ſanguine paſci turpe.

*Iubilo.*) Iubilum, incondita laetitiae uociferatio. Iubilum.

*Exporrigi*) Tradi, ex ſuo mandato.

*Caſtrenſis.*) Cuſtos caſtri. Caſtellanum dicunt alii. Caſtrenſis.

*Ex eius officio.*) Apparitoribus, miniſtris, aulicis.

## CAP. X.

*Exitia.*) Miſerias. Dicit apoſtolos amplius pati nequiuiſſe eorum tribulationes, qui paganos Antiochia eiecerant.

*Domum.*) Quomodo, *domum* in templo. Scribe *Idolum*. Et ſic omnia congruunt.

*Reſpecti.*) Adiuti. Sic etiam de daemonibus ſuis loquuntur ethnici ſcriptores. Sic reſpectus diuinus apud Bartholfum Nanceium cap. VIII. Plura alibi. Reſpecti.

*Cataractas coeli.*) Loquitur ex ſcriptura. Cataractae.

## CAP. XI.

*Siquidem.*) Id eſt certe.

Poſt-

Poſtliminium. *Poſtliminium faciens.*) reuertens. De abuſu huius uocis ſupra dictum eſt. Non enim recte eam caepit Guibertus.

## CAP. XII.

Intentio. *Intentio.*) Propoſitum, continuatio.

*Inaquoſitas habeatur.*) De ea nunc quoque mirifica queruntur, qui eorum omnia uiderunt.

*Seniores exercitus.*) Principes. Vide gloſſarium.

*Donatiui pactione.*) Stipendii militaris, ſub eo nomine. Caſtrum, oppidum, municipium, mox eadem.

*Deo penetrante.*) Scribe-Deo permittente-

*Ferociſſimam munimentis.*) Id eſt-firmiſſimam-

Sentina. *Sentina.*) Sordens daemonis cultu agmen. Ita de paganis ſui temporis ſaepiſſime loquitur Prudentius.

Phalanx. *Phalanga.*) Phalanx. Vide aduerſarior. lib. CLXIV. cap. XII.

*Quorumque.*) plerarumque-

*Ciuitatenſes.*) uide exempla in gloſſario.

Propenſa. *Propenſa.*) magna. Forte tamen *perpenſa* ſcripſit.

*Gerebant.*) fauebant, curabant.

## CAP. XIII.

Requietio. *Requietionis.*) Salutis aeternae. Vbi uera requies. Tantus autem hic uir fuit, ut a nemine non praeconium ſuarum uirtutum abſtulerit; neminis non praeconio maior fuerit. Quem ſane optimo iure inter omnium aetatum principes toga ſagoque Heroas retuleris.

*Ipſas aſſerens ſuae ipſorum uitae cuſtodiam.*) Sic ſcribendum; per *ipſos* intelligit *miſericordias*, quas modo nominauit.

*Quorum reficimini gratia.*) Ideo enim ditibus

multa

multa conſulit Deus, ut reficerent inde plures pauperes.

CAP. XIV.

*Documentis.*) Doctrinis. Documenta

*Regenerationis myſteria.*) Baptiſmum dicit. Regeneratio.

CAP. XV.

*Ab alterutris.*) a ſe mutuo.

*Motum faceret.*) Se commoueret. Locutio Gallicana. Infra lib. VII. cap. XLVI. Qui motum quidem eundi fecerint, ſed morbo fameque defecerint.

*Redditione.*) traditione. Saepe ſic alias. Redditio.

*Libertas.*) Liberatio, infra cap. XIX. hoc libro.

CAP. XVI.

*Antiochena ciuitas.*) Deſcribit & dilatat auctorem primum. De ſtatu hodierno Antiochiae conſulendae obſeruationes Petri Bellonii.

*Acre impaſſibili.*) non facile inficiendo. Impaſſibilis

*Proceritate.*) Altitudine. Sic utitur hac uoce lib. III. cap. IV. Infra iterum hoc libro cap. XVIII.

*Securitate.*) Tutum ab omni ui & uiolentia.

*Et ueteris prope munimentis ſuperba nobilibus.*) Scribe: Inferius, ciuitas pleniſſima gloriarum, praeque caeteris monumentis adhuc ſuperba nobilibus. Mirum autem memorabilem numerum monaſteriorum omiſiſſe Guibertum, qui recenſetur ab auctore, cuius iſte ſeriem hactenus preſſim ſecutus eſt: De deorſum, inquit, cap. XXXII. eſt ciuitas honorabilis & conueniens, omnibusque ornata honoribus, quoniam multae eccleſiae ſunt in ea aedificatae. Tercentum & ſexaginta monaſteria in ſe continet &c. Ex eadem ſunt plura ſumta, & dilatata.

*Patriarchii.*) Sic recte legitur. Patriarchium, Patriarchium.

um, dignitas patriarchalis. Alibi illuſtratur, caetera ineptit Guibertus.

*Municipales eius adſtruunt.*) Aiunt imperio eius fuiſſe ſubiectos. Hoc enim uult, & prae ſtultitia eloqui nequit.

*Praeſidiorum.*) Turrium, arcium, monumentorum.

## CAP. XVII.

Patria. *Patriam remotiorem.*) Regionem longinquam. Nam patria his auctoribus omnem regionem notare notae.

*Verbum.*) Fama, rumor.

*Infidelitatis nota rufis inuritur.*) Vide ad Albertum Aquenſem lib. II. cap. XXIII Exſtat mediae, uel & fere poſtremae aetatis auctor, qui Facetus Meroſus inſcribitur: In eius libello legitur iſta admonitio. IN DOMO. RVFI. NON. MORARIS. Et in fine eius leguntur iſta. Raro breues humiles uidi, rufosque fideles.

*Albos audaces, miror; longos ſapientes.*

Sunt aliqui homines, quibus inſunt aliqua indicia probitatis aut malitiae. Primo, homines paruae ſtaturae ſunt communiter magnanimi, & ideo ſuperbi & elati. Secundo, homines rufi, ſunt cauti & malitioſi. Prius dixerat. Inque domum rufi non accipias tibi pauſam.

*Namque malignandi gerit in ſe denique cauſam.*

Quando tu uis capere hoſpitium, non accipias illud cuius hoſpes eſt homo rufus. Quia licet aliqui ſint boni, tamen ſunt illius coloris multi mali. Et ideo propter ſuſpicionem, quam poſſis habere, caue ne ibidem hoſpitium accipias.

## CAP. XIIX.

*Exegit.*) Eduxit.

Exer-

*Exertis uiribus.*) Excitis ex imis ſuis uiſceribus.

*Propter caſtra.*) iuxta eum. Vſu optimorum autorum.

*Solarium.*) Conclaue. Enarratum alibi. Miſcet uerſus, metra, ſemimetra, iterum iſthic Guibertus, uti hactenus per uniuerſum opus fecit.

*Rebellionis.*) Defenſionis. Gulſerum de Daturre uocat hunc Heroem primus auctor. Legendum putem - De la Torre, quod hodieque generoſiſſimorum hominum in Gallia cognomen eſt.

*Damnatos.*) In hoſtium poteſtatem redactos. Damnati.

*Publicos calles.*) plateas, quas ſtratas uocat alibi. Calles, anguſti tranſitus, ut lib. VII. cap. I.

*Peruaſit.*) Inuaſit.

*Comediſſe.*) Duobus magnis capitibus huius rei hiſtorias congeſſimus in aduerſariis ad Petronium.

CAP. XIX.

*Parti.*) Lege *parte.* Quam partem Antiochiae comes Toloſanus poſſederit, ſupra memoratum eſt.

*CAP. XX.*

*Negotia ciborum.*) Commercia. *Mercatum* dicit mox, & alii omnes iſti auctores. Sic infra cap. XXI. negotia frumenti.

*Animalium.*) gregum & armentorum.

*Solas ſalutes.*) Vitas & membra. Salutes.

*Scrupea montana.*) ardua aſcenſu. Ita ſupra Virgilius. *Scrupea deſertae rupis.* Culice. Scrupea montana.

*Fertilitate uuida.*) Scribe *uuidam.* Id eſt uberem, plenam. Vuidus.

*Proflua.*) Exundans, abundans. Proflua.

*Fuiſſent.*) forent, eſſent.

*Sequeſtra legatione.*) Intercedente.

Infercire. *Infercierat.*) diſtenderat, oppleuerat. Ita & ſupra & paullo poſt iſthic.

*Originis monumentum.*) Situm naturalem.

*Ciuitatis plagam.*) Latus, confinium.

*Hoſtis.*) Exercitus omnis Francorum.

*Pii.*) in ſemetipſos.

CAP. XXI.

*Amicae ſibi*) Inſtar amatoris aut ſponſi.

Vulgus. *Vulgus.*) exercitus. Haec Raimundum finxiſſe tradunt alii: at dubitanter, praeter unum.

Animaduerſio. *Animaduerſione.*) Animoſitate.

Carnificium. *Carnificium.*) Carnificina. Vſus eſt etiam ſupra.

Ferale iuſtitium. *Ferale iuſtitium.*) Mortiferam triſtitiam dicit.

*Attemtare uel exitum.*) Lege uel attentare exitum.

*Expeditionem Dominicam.*) Militiam.

CAP. XXII.

Viſco deuincire. *Viſco deuinxerat.*) Loquitur cum Auguſtino.

*Glorioſo illo homine obeunte.*) Epiſcopo Podienſe.

*Iure commiſſos.*) A pontifice nimirum Romano.

Enormis. *Enormis plebeculae.*) Exlegis, inconditae.

*Iudiciis diuinis.*) flamma pertranſeunte. Iudiciorum talium diuinorum uariae ſpecies inoleuerant, de quibus alii iam ad ſcriptores mediorum temporum multa tractarunt, & nos ſingulari capite.

Rogi. *Rogi duo.*) Lege eos auctores qui adfuerunt.

*Opacum tramitem.*) flamma & fumo undique clauſum. Conſiderate autem admodum de hoc negotio loquitur Guibertus, alii aliter.

Viuacitas. *Viuacitate.*) Animoſitate.

*Quaſi de eius aliqua,*) iunge uoculam, *parte* uide

uide Fulcherium, ualde uerisimilia ſcribentem.

*Ambage.*) Dubitatione. Ambages.

*Et quia hominem.*) Scribendum - & quaſi hominem de nihilo - Quaſi nihil mali eius caede feciſſent.

CAP. XXIII.

*Seſſionis.*) Ignauae deſidentiae. Seſſio.

*Aperta ſuſtinentes.*) De talibus cuniculis uide nos ad Gul. Britonem, & alibi.

*Scabendo.*) Minutatim, uelut unguibus. Scabere.

*Irretractabiliter.*) Id eſt irreprehenſibiliter. Supra lib. V. cap. IV. & lib. I. &c. Irretractabiliter.

*Amantiſſimum.*) deſideratiſſimum. Anſelmi huius ſcriptum citat infra Guibertus noſter, lib. VII. cap. XXXIX.

## AD LIBRVM VII.

### CAP. I.

INcentiuum.) Probationem, confirmationem, dicit. Incentor, libro I. cap. II. Incentiuum

*Solius intentione.*) Sola conſideratione Dei. Fallit autem hoc axioma. Plurimi enim gloriae opulentiaeque pariundae gratia iter hoc ſuſceperunt.

*Gallos.*) Lege Iuſtinum, quem hic & alibi ſequitur.

*Nouimus paludibus Toloſanis iniectos.*) Scribe: nouimus pallatiis Toloſanis inuectos -- uel potius - palladiis - id eſt templis. Solet enim iſte Guibertus remotiſſima quaeque loqui poſſe, pro ſingulari aeſtimare gloria. Spoliatis Delfis uult aurum Tholoſam in fana deuectum. Quod tamen minime uerum eſt. Vnde autem ſuam hanc fictionem duxerit, ipſi relinquimus docendum.

Exactio. *Exactione.*) Violento iuſſu, & coactione.
*Mortis ambitio.*) eleganter dictum.
Penſare. *Penſare.*) cogitare. Gallicum.
Truculentus. *Truculentorum.*) Militaria ingenia notat.
*Alterutros principes.*) modo hos, modo illos.
*Petulantia.*) Laſciuia, obſcoenitate. Sunt autem bene obſeruanda, quae hic ſubdit Guibertus. Vera enim probat ſucceſſio rerum geſtarum.
*Inſigniri uirtute.*) Vide initium huius hiſtoriae.
Iduatus Martius. *Iduato Martio.*) Vltra idus prouecto. Auctor primus, cap. XXXVI. In medio Martio comedebamus nouellas fabas, medio quoque Aprili frumentum. Vt ſcribendum hic dicas - dimidiato Martio. Sed nihil decidimus.
*Ob commendationem gratiae.*) Vti nimirum humanitas omnibus ipſius commendaretur.
Negotium. *Negotium.*) Commercium, mercatum. Vt ſupra libro VI. cap. XX.
*Ob iter.*) ſic legendum - cauſſa itineris.
*Expeditio dominica.*) Militia Chriſtiana.
*Euincerent.*) extinguerent, delerent.
*Citra Maium exeuntem.*) Scribendum - circa.
*Praecipitant.*) occidunt.
*Auro etiam argentoque.*) Scribe -- auro eundem argentoque - & caetera ſic cohaerent.
Agere ſe. *Seſe ageret.*) Suſtineret.
Tripudium. *Tripudio.*) honeſta animi exſultatione.

CAP. II.

*Opuſcula.*) Minutae uictoriae, & alia exercitui profutura, quae fieri poterant a duce paucorum militum.
Leonina feritas. *Leonina feritate.*) fortitudine leonina.
*Peruaditur.*) Inuaditur, ſaepe ſic ſupra. Vide gloſſarium.
*Vrbana.*) Suburbia. Late haec deſcribunt fere

fere omnes noſtri iſti ſcriptores, & in hoc conſentiunt.

*Iactus.*) maiorum telorum dicit. Iactus.

CAP. III.

*Exercebantur.*) Id eſt militabant. Sic exercitia ſunt facta bellica lib. I. cap. I. Exercitatio, uirtus. lib. III. cap. IX. Exerceri, amari. lib. VII. cap. XXXI. Exerceri.

*Dimiſere.*) Id eſt *reliquerunt.*

*Nocuere neminem.*) Locutio non uulgaris. Exemplum habet etiam apud Plautum. Notamus alibi & ad finem libri IV. apud Gulielmum Britonem. Nocere neminem.

*Commercium.*) negotium -- dicit contra Saracenos non contra Turcos propter regionem Hieroſolymitanam bellum geſtum. Babyloniae enim princeps, idemque Saracenorum, Turcos paullo ante Hieroſolymis expulerat. Haec eſt ſententia huius loci, eique conſonant caeteri hiſtoriae huius conditores.

CAP. IV.

*Nauigii.*) Claſſis hac uoce intelligenda. Vide ad eumdem Britonem lib. VII. u. CCCLXXVI. Nauigium.

*Caeci retectione.*) Locus eſt Ioannis nono. Retectio quaſi amota nube caecitatis. Malim tamen legere - refectio. Dimidius enim, ſimmo fere ſemimortuus, eſt *homo caecus*, de quo luculenter alio loco.

*Crepuſculum.*) dubiam lucem. Crepuſculum etiam de matutina dubia luce dici, notatum nobis, ſimul iſto etiam loco illuſtrato, lib. CLXIIX. adu. cap. III. Crepuſculum.

*Teritur.*) a ueſte deductio. Martialis:

*Pexatus pulcre, rides mea, Zoile, trita,*

Sermo autem eſt de Raimundo Pileto.

*Auctoritate.*) Confidentia. Infra, cap. XXX.

*Excepere.*) Segregarunt a caeteris.

Aucupatum *Aucupatum.*) Obſeruatum. Saepius hoc uerbo ita utitur, ſecundum Plautum, alioſque. Sic ſupra lib. IV. cap. XIII. & cap. III. hoc libro VII. cap. XXXV. &c.

*Acrimonia.*) commotione, intentione. Vide gloſſarium.

*Ferocitas.*) Fortitudo. Ibidem.

*Neceſſitatem.*) diſcrimen.

*Quia, fateor*) Scribe - quia forte erit &c.

Phalanx. *Phalanga*) dele uocem *militiam*, eſt enim gloſſema huius de Graecia remotioris.

*Maturitate.*) ueloci curſu, cum conſilio tamen.

## CAP. V.

Exolidus. *Exolidae.*) Id eſt faetentes.

*In uſum exercitus*) Puto legendum - in eius - Dicit enim etiam ipſa coria comeſa. Vti ſupra in alterius famis horrendae deſcriptione. Poetica ſunt omnia iſta, nec ullo modo mutanda.

*Sola exſpectatione*) lunge tamen & emolumenta rei terreſtris, cui non ſolum ualde, ſed etiam nimium deditos fuiſſe, etiam ſummos huius militiae duces, oſtendunt pene capitalia inter ipſos de talibus litigia, & dirae concertationes.

## CAP. *VI.*

*Expugnabilior.*) facilius poſſit occupari. Quae ad expugnationem urbis pertinent, conferendae hic ſunt aliorum ſcriptorum paginae, praecipue eorum, qui praeſentes ipſi omnibus adfuerunt.

Vallatum. *Vallatam.*) Vallo perpetuo cinctam.

*Peruaſio*) Inuaſio.

*Plebibus.*) Plebes dicuntur populi, grex, ſub unius epiſcopi aut antiſtitis curam pertinentes.

Vide

Vide quae in libris aduerſariorum ad uitam Fulgentii ab aequaeuo ipſi auctore ſcriptam, adnotamus.

*Nudipedalia.*) Ceremonia tum deuotionis. Sic ſupra comitem Toloſanum aliquot milliaria nudis pedibus ambulaſſe ſcripſit. Nudipedalia.

*Eliſa corda.*) uiribus exhauſta. Sic eliſus rex lib. VII. cap. XII.

*Praeſto.*) prope, iugiter. Infra cap. XIV.

CAP. VII.

*Succidua.*) Succeſſiones. Alcimus Auitus, lib. V. Succidua.

*Quid multis? ſit uirga prior, qua deinde ſacerdos*

*Plurima ſucciduo monſtrauit tempore ſigna.*

Lethaldi ſane huius gloria digna numquam aboleri; Et celebrant eum alii etiam ſcriptores hac hiſtoria.

*Quique.*) Plurimi.

*Proripiunt.*) Non cepit uſum Latinum huius uerbi.

*Infamiam incurriſſe.*) Vide ſupra lib. V. cap. XXV.

*Expreſſionibus.*) quibus expreſſerunt ſua aliis.

*Ruit exercitus.*) Scribendum - irruit -

*Influentibus.*) Inſtar torrentis. Ita ſupra, & mox hic.

*Prope talos.*) Auctor primus. cap. XXXVIII. Ibi talis occiſio fuit, ut noſtri in ſanguine eorum pedes uſque ad cauillas mitterent. *Cauillae* iſtae quid ſint, adhuc quaerimus. Non enim mendoſa uox uidetur. Reddidit autem *talis* Guibertus noſter, pede preſſo ſeriem illius ſcriptoris ſequens. An *cauillae* ſunt ore calceorum? De quibus noſter. cap. ſeq.

 CAP.

CAP. VIII.

*Graecorum ignium.*) Qui illi fuerint, peculiari capite docuimus in aduerſariis, docuit etiam ante nos Iſaacus Caſaubonus ad Aeneae Tacticum. Aduerſariorum locus eſt lib. CXLVII. cap. X.

*Carpenta machinarum.*) Rotis enim innixa duci poterant, ut ſupra memoratum eſt. Figuram talis turris dedimus ad Gulielmi Tyrii hiſtoriam.

Paſtoforium. *Paſtoforiis.*) Gloſſae Iſidori. Paſtoforium, atrium templi, uel ſacrarium. Vide Ioannis Fileſaci librum de idololatria magica, pag. XXVIII. XXIX. Petrum Coluium ad librum XI. Appulei &c.

Muſellae. *Muſellas.*) Vox barbarica, forte ab eleemoſynis ducta.

*Teneritudo.*) Sexus aut annorum.

*Gaſconia an Baſconia.*) *Gaſconia an Vaſconia.*

*Quibusque aedibus.*) Omnibus. Saepe ſupra.

CAP. IX.

*Quaeſita.*) Id eſt acquiſita, obtenta.

*Aeſtimari.*) Sperari, concupiſci.

*Viſcerum.*) Id eſt intimarum dilectionum & miſerationum. Sequentia alludunt parabolam euangelicam, de triſtitia ante partum grauidae, poſt eum laetitia exſolutae partu mulieris.

*Tribum,*) Oblationes.

CAP. X.

*Pira ſuppoſita.*) Igne funebri. Non intellexit hanc uocem, uel ea uolens abuſus eſt affectator. Supra lib. V. cap. XXI.

*Digna retributione.*) Secundum ſcitum Valeriani epiſcopi Cimelenſis. Homilia IX. Omnia in retributione conſiſtunt.

*Sub Deo.*] Infra *Deum.*

*Comitiae ſuae erant.*] ſuae militiae.

CAP.

CAP. XI.

*Vnctio ſuperna.)* Gratia Spiritus Sancti, de qua ſic loquuntur ſcriptura & tractatores.

*Amplitudinis.)* dignitatis, & ſimul ſingularitatis.

*Duellionis.)* belli, pugnae, conflictus. Supra lib. V. cap. XXII. De Gothofredo conſule aliorum ſcripta, inprimis Gulielmi Tyrii. Eadem cum iſto tradunt illi, ſed Guibertus omnia obſcuriora ſcribere delectatur. De Lotharingis eorumque ſingularibus alibi dictum. Duellio.

CAP. XII.

*Fortunioſe.)* Feliciter. Lib. III. cap. XIII. Fortunioſe

*E uiburnis.)* Vide interpretes Maronianos. Ecl. I.

*Perſenſa.)* *Percepta.* Animaduerſa. Sic infra, cap. XXVIII. Perſenſus.

*Cui conſtabit ex uirtute natura.)* Egregia locutio. Cui ſimiles uide ad illud Claudiani. Panegyr. Manlii.

- - *Manli, ſincera bonorum congeries* -

*Cuius regia mens nequaquam ſubdita, turbam.)* Sic legendum. Et deſunt aliqua uerba, quae uerſum fecerunt usque ad duas uoces - perpeſſa ruinam. Quae qualia fuerint a libris ſcriptis docebimur.

*Inuiſcerauit.)* Elegans & hoc uerbum. Nec ſine auctoritate maiorum auctorum ab hoc uſurpatum. Inuiſcerare.

*Vix aliquando.)* dicere uoluit - uix tamdem -

*Appendicis.)* ab duce dependentis. Illuſtratum ſupra. Appendix.

*Breui caruit.)* Id eſt, pene caruit.

CAP. XIII.

*Perſonam.)* Mira curatio. Cui ſimilem legere ſane nunc non memini. *Re-*

Reſculpens. *Reſculpens.*) in exemplum producens.

*Tantilla.*) imaginabatur enim mortem propinquam.

CAP. XIV.

Huius capitis carmina aliquot locis in metri leges peccant; quae peccata corrigere ſuperſedendum duximus, cum ab auctore ipſo uideantur oriunda.

Parturio. *Parturire gaudia.*) Id eſt - parturit. Porro ſcribe:

*Quo, quo, utar ergo uocibus Pſalmographi?*
*Laetatus ex his quae relata ſunt mihi*
*Licet ſubire iam domum praeſto dei.*

Praeſto. Praeſto, deſignat *ualde*, ut ſupra obſeruatum eſt. *Tanto* - poſtea ualet *tantopere.*

*Vnde nomen Aelia.*) Sic legendum. Vide commentaria ad Gulielmum Britonem.

*Quid carminantur.*) Purgantur, uelut carmine.

*Obſerate principem.*) Id eſt-includite, obſidete.

CAP. XV.

Deuouere. *Deuouit iter.*) uouit. Scribe - Deo uouit-

*Viſus eſt audere.*) Id eſt - auſus eſt-

*Pontificale oſtentum.*) Simulacrum. Sane optima & elegantiſsima locutio. De Arnulpho hoc aliiſque lege plura apud Gulielmum Tyrium. Libro VIII. Vniuerſalis de his expeditionibus hiſtoriae. Sic imaginarium patriarcham uocat infra hoc ipſo capite.

*Conniuentia.*) Conſenſu. Illuſtratum alibi.

*Sicque certo.*) Contrarium uidetur ſcribere uoluiſſe: Sicque de hoc Daimberto ſentit Gulielmus Tyrius, lib. X. magnae in his rebus auctoritatis auctor. Scripſiſſe igitur hic Guibertum puto - ſic & ſic certo - uel prorſus - *incerto.*

Regratiatus. *Regratiatus.*) Litterarum apoſtolicarum gratiam meritus. Mira locutio. *Ex-*

*Exſecutorum ſuorum.*) Qui ita male eum tractauerant.

*Proueẞi.*) Non noui, ſed medii.

CAP. XVI.

*Praeſidio.*) Munimento. Fortalitium dicunt alii, hodie fortereſſam. Ita ſupra noſter.

*Praecenſores.*) Praecentores, aut praecurſores. Praecenſores.

*Dei fidem.*) Poſt fidem in Deum ſapientiae eum ſuae praecipue debuiſſe autumat.

*Vocato.*) Imaginario. Vt ſupra uidimus. Paullo poſt nomine patriarcham dicit.

CAP. XVII.

*Ac ſi.*) ueluti. Monitum iam ſupra. Ac ſi.

*Poſcentes.*) ſtrenue orantes Deum.

*Dictae.*) diei. Alibi pluribus de hac uoce. Dicta.

*Fugaciter actis.*) In fugam compulſis.

*Minarent.*) propellerent inſtar iumentorum. Minare. Minandi hoc ſenſu uerbum, ſi non antiquior aliquis, certe Auſonius ciuitate Romana donauit.

CAP. XVIII.

*Perfunctorius.*) Obiter uelut talis. Vide ad Petronium. Perfunctorius.

*Exercitus telo.*) Vexillum dicit. Auctor primus cap. XXXIX. Non opus eſt adſcribi uerba, quae ab omnibus fere repetuntur. Sic telum uocat haſtam regis Balduini, cui uexillum erat affixum. Infra, cap. XLVII.

*Auri pondo.*) Emaculandum-pomo. Auctor primus aureum quoddam pomum in ſummitate haſtae agnoſcit, quem ſequitur reliquorum chorus.

CAP. XIX.

*Explicita uictoria.*) Completa, conſummata. Explicita uictoria.

*Iuuentutem.*) Milites. Ita Virgilius, Claudianus. Vide commentaria ad Gulielmum Britonem.

CAP.

CAP. XX.

*Septuaginta Byzanteis.*) *Sexaginta* eſt in primo auctore, a quo grex caeterorum dependet. Eundem numerum ponit R. Agilaeus, ut hinc X. detrahendi ſint aurei.

*Quae extra.*) Vſum ſcilicet. Sic enim legendum.

*Euectione.*) Curribus & plauſtris.

CAP. XXI.

Inepta hic euagatio, & contorſio ſcripturarum eſt; perſuadendis rudioribus diuinitus praedictas eſſe has uictorias; cum ad ſpirituale regnum pertineant.

Praecordialiter. *Praecordialiter.*) In intimis praecordiis. Ita loquitur ſupra. Lib. VI. cap. II.

CAP. XXII.

Maieſtas. *Maieſtate numeri.*) Amplitudine. Dicit maiores etiam has copias fuiſſe, quam ad Antiochiam Curbarani. Taedet harum tam longarum nugarum. Nequid ulterius dicam.

*Incorporant.*) In unum uelut corpus reducunt. Hac ſua euagatione aeternum uelut dominium his ſuis militibus conſtituit in Palaeſtina Guibertus, quam felici coniectura ſequentia tempora oſtendere.

CAP. XXIV.

*Titillationibus carnis inurere mentes.* Hoc eſt ſolet Deus uoluptatum copiam obiicere, ut diſcant abſtinere placitis, & in utraque ſorte eum inuocare.

CAP. XXV.

Retrogradus. *Retrogradum.*) A pietate, & uoto expeditionis.

Oſcitare. *Oſcitabat.*) Ore ſemper aperto ad meliorem ſortem.

Fie-

*Fiebat ſaepiſſime.*) Hanc narrationem prorſus fictam puto. Nec enim induciae tales unquam interceſſerunt, ut tale quid contingere quiuerit.

CAP. *XXVI.*

*Vilibus naſcentiis.*) quae ultro naſcerentur ex terra. Mira locutio, nec tamen, ſi alias componas, futilis. Mira etiam hiſtoria quae hoc capite recenſetur.

*Abſque proficuo.*) nulla utilitate redeunte ex iis in publicum emolumentum. Proficuum.

*Stipendiis contrahendis.*) Victui neceſſariis.

*Vecti corpus intuſum.*) Scribe - intruſum. Loquitur de cadauere palo per imum corpus ſuffixo.

*Rancores.*) Odia. Rancor.

CAP. *XXVII.*

*Pene dubie.*) Male haec de eadem te dicuntur. Indubii.

*Summi, mediocris, & infimi generis.*) Sic legendum.

*Per epiſtolas docuit.*) Negant hoc alii. Et ſane non admodum mihi credibile obuenit. Vide, quae doctisſimus multorum bonorum inſtaurator, Dauid Haeſchelius Annae Alexiados, quae filia fuit huius Alexii, libris ab ſe editis praelocutus eſt.

CAP. *XXVIII.*

*Indolis ingeniique.*) In uiro indolem dicit generoſam ſtirpem paribus moribus ornatam. Ingenium ad doctrinam & ſapientiam pertinet.

*Miniſtrabant.*) Seruiebant. Vide ad Gratium.

*Negotii.*) Mercatus, fori uenalium, dictum ſupra.

*Intumeſcere.*) Vt ſolent homines in extrema fame. Eadem ſupra legimus & adnotauimus.

*Perſenſa.*) Animaduerſa. Ita ſupra cap. XII.

*Capellam B. Ambroſii.*) Minutam cappam. Capella.

*Plane.*

*Planetam.*) Veſtimenti clericalis genus. Vide Iſidori & Papiae uerba, alibi nobis producta.

CAP. XXIX.

*Reſederunt.*) Cladi ſuperfuerunt. Remanſerunt.

*Harpinus Bituricenſis.*) Sic legendum. De temeritate hac regis Balduini, qui nec pedites ſuos exſpectarit, ſecutaque eam clade, late Fulcherius Carnotenſis, in anno Chriſtiano. M.C.XI.

*Punctione reſtauit.*) dolore retulit. Non potuit de tanta re ineptius loqui.

CAP. XXX.

*Contiguae gentilitatis.*) Vicinorum Turcarum aut Saracenorum quemdam ſatrapam dicit.

*Eruerat.*) depulſis uſurpatoribus paganis.

Habitus. *Ab omni habitu.*) Toto uitae ordine. Vtitur ſic *habitus* uoce non ſemel Valerius Maximus. *Petulantiam*, luxum & libidinem cape, ut ſupra.

*Vulnus excipiens.*) Hiſtoriola narrata ſupra, cap. XIV.

CAP. XXXI.

Expertius ingenium. *Expertioris ingenii.*) Virum dicit ingenio, doctrina uſuque praeſtantem.

*Laciniosa diſputatione.*) intricata, uaria. Pariter loquitur praefatione operis, & ſupra hoc libro VII. cap. XXII.

Portentio. *Portentione.*) Praeſagio. Supra, lib. II. c. XIX.

Recenſa. *Recenſa.*) recenſita. Sic ſupra aliquoties uſurpauit uocem perſenſa.

*Quin eadem ipſa ratione.*) Sic legendum, non *quia*. Fato omnia hodieque Turcas tribuere, tum alii tradunt, tum in epiſtolis illis inſignibus, Busbequius.

CAP.

## CAP. XXXII.

*Poſt corpora.*) Curam corporum Deo poſthaberent. Nulla non occaſione expeditionem hanc rem a Deo inſpiratam fuiſſe, confirmare nititur Guibertus.

*Diogenis inſtar.*) Multi ſacri, & ſerio chriſtiana dogmata tractantes auctores, Diogene iſto uelut pro teſte uti conſueuerunt. Quam rem non omiſimus duobus libris integris aduerſariorum, quibus uitam huius philoſophi Laertianam illuſtratam dedimus.

*Quoquo pacto.*) Solam uitam ſuſtinere quaerentes.

## CAP. XXXIII.

*Maritimarum partium cuiusdam.*) Vox una deficit. Adde - dominus - *princeps*. Equeſter ordo militarem uitam, & claritudinem in ea deſignat.

*Hoſtilitate.*) praelio, uel inſidiis hoſtium. Hoſtilitas.

*Nouior indies.*) Semper recentior. Vt poſtea loquitur. Nouior.

*Lacerum iecur.*) Omnia hic ſunt poetica.

*Callens.*) Id eſt *ſapiens.* Callens.

*Facilior.*) Id eſt, *dotatior, felicior.*

*Fore.*) eſſe, exiſtere.

*Procacitatis.*) Impudentem doloſitatem dicit. Procacitas.

*Suffragari dignatur.*) ficta conſolatio. Multa talium exempla habemus in Gregorii Magni, Petri Venerabilis, Caeſarii Heiſterbachenſis miraculis. Multa etiam in Graecorum Latinorumque ſanctorum patrum uitarum elogiis.

*Vnde queraris.*) De quo, ſuper quo.

*Incrementa.*) Equum dicit, cui ſpurcus daemon inſidebat.

CAP.

CAP. XXXIV.

*Liberae adhuc rationis.*) Melius legas-Libero.

Traductio. *Traductio.*) Deſertio, proditio. Sic mox-fidei translatio.

*Crebreſcentibus.*) Creſcentibus, auctis indies.

Penſio. *Penſione.*) exhibitione.

CAP. XXXV.

*Angariis.*) Tribulationibus, angoribus.

*Lethaliter faſtidienti.*) ferali & mortifero angore.

CAP. XXXVI.

*Reges abiectos.*) fallit coniectura hominem. Poſt ipſius enim tempora multi reges idem iter ſuſceperunt, nemo omnium feliciter.

Obtundo. *Obtudit.*) Contudit.

*Alexander agens Eoa regna.*) Ludit Phalaecis uerſibus orationi immiſcendis. Videtur autem uox quaedam, uel & duae, excidiſſe.

*Poenos Regulus obtudit rebelles,*
*Laudis hinc ſtudii refert -*
*Alexander agens eoa regna, &c.*

Sed difficile eſt extricare aliquid, cum uaria metra ſermoni pedeſtri miſceat.

*Stephanus.*) Lege - ſic Stephanus. Loquitur autem de comite Stephano Carnotenſi, quem caput conſilii conſtituerant principes expeditionis Palaeſtinae, ut plerique auctores ſcribunt, & ſupra adnotatum eſt.

*Hugo Magnus.*) Obiiſſe apud Tarſum poſt repetitam expeditionem, ſcribit Raimundus Agilaeus.

Vmbra. *Magni nominis umbris.*) Illuſtratum ſupra Lucani hemiſtichium. De *umbra* ad illud Claudiani. *Epigramm.*

- - *Nominis umbra manet ueteris.* - -

*Effi-*

*Efficientiam.*) Optatum effectum. Efficientia.

## CAP. XXXVII.

*Scabro ſermone.*) Vide iactantiam hominis, uelut politiſſimo ipſe ſermone ingrueret. Contradicit autem hac in re ſibi ipſi. Non ferunt enim ſcabrum ſermonem quae hic ſubiiciuntur, uerba. Scaber ſermo.

*Niſi fallor.*) Inanis hominis ſuperbia.

*Romanum imperium.*) Occidentis omnia regna.

*Muliebris indignitas.*) Sexum illum nequaquam debuiſſe talibus aſpirare.

*Rigas.*) Rugas. Sed eſt barbara uox. Rigae.

*Caeleſti oraculo.*) Admonitione.

*Moliebatur.*) Lege -immoliebatur.

*Oculorum ſubſellia.*) Video quid dicat, nec indigna homine locutio eſt; forte tamen ſcripſit ſupercilia.

## CAP. XXXVIII.

*Ad ſe uerſum.*) In ſeſe obliquatas dicit. Obliquatus.

*Verſabundus.*) In girum ſe quodammodo rotans. Verſabundus.

*Pegaſeis motibus.*) uelociſſimo uolatu. Virgilius.

***Fama malum quo non aliud uelocius ullum.***

*Sibi morte.*) non in alterius commodum. Quid uelit ſequenti ioco manifeſtat.

*Leuigetur.*) Id eſt, leuitate contaminetur. Leuigari.

## CAP. XXXIX.

*Epiſtolas dixere.*) Scribendum puto - direxere. Et mox-nil tale dixere. De Anſelmo ſupra.

*De Francis exciperent.*) Scribe - aliquot ſaepe.

*Protenſis.*) Collocatis. Protenſus.

*Caſſare.*) adnihilare. Sic libro III. c. III. ſupra &c. Caſſare.

Vetuſtiſſimi *Vetuſtiſſimi.*) Aetate prouectiſſimi.

*Audaciam admiſſam.*) Auctam.

*Apud B. Gregorium.*) Neſcio nunc ubi. Exemplum autem inducit, quod, etiam poſt miracula patrata, ſancti homines a Deo poenis ſint magnis afflicti.

## CAP. XL.

Rimarum plenus. *Rimarum plenus.*) Alluſum Terentiani Parmenonis, qui in Eunucho hoc de ſe ipſo ait.

*Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.*

Legendum autem hoc loco - poterat.

Pſiacium. *Pſiatiis.*) Detortio uocis barbarae. Intelligit autem craſſa tegumenta, ſaccos muris praiectos. Papias, pſiacium, cilicium. Et notatum eſt ſupra ad lib. I. cap. III. Diſtinctio hoc loco ſic concinnanda; - trabibus obtegere muros, atque pſiatiis; Graecos, quos ita uocitant, ignes iniecere.

*Quae noſtri.*) Haſtilia ſcilicet. Praeſectis mucronibus dicit ex haſtis feciſſe fuſtes.

Exanimatio *Exanimationem.*) ad augendam puſillanimitatem.

*Vbi conſequi noluit.*) Scribe-ubi conſequi noluit comprehendenda?

Eſcae. *Eſcarum.*) Eſcas pro obſoniis ponit, & a pane ſegregat. Sic eſculentus animus, delicatis cibis deditus. Lib. II. cap. XVIII.

## CAP. XLI.

Tripudioſa res. *Tripudioſa res.*) Tripudiis celebranda.

*Captiuus abducitur.*) De captiuitate Boemundi fuſius Liſiardus in libro, qui ſecunda pars belli Hieroſolymitani inſcribitur, cap. VI. Item alii, & Ordericus Vitalis in hiſtoria eccleſiaſtica Normanorum, Gulielmus Tyrius. &c.

*Pergama.*) Arcem & muros.

*Mu-*

*Munia.*) reditus. Hoc eſt Boamundo parebant.

*Fecit Carnotum.*) Scribe apud Carnotum.

CAP. XLII.

*Attendimus.*) Vidimus, conſpicati ſumus.

*Sic ſequitur.*) Scribe-proſequitur.

*Retrogradis.*) Apoſtatis. Qui fidem datam non ſeruarunt. Sic ſupra eosdem appellauit. Retrogradus.

*Gentilibus gerens.*) In quorum mores per adoptionem tranſierat. Vt ſupra notatum eſt. Notandae autem ceremoniae, nunc ex parte etiam uſitatae.

*Adorantibus.*) geſtu corporis noto: non animo.

*Expers.*) Id eſt, expertus omnia quae bellicae res poſtulare a quoquam poterant. Expers.

*Limacea moroſitate.*) Cochleae tarditate. Onomaſt. Limacea moroſitas.

CAP. XLIII.

*Procinctus, &c.*) Scribe-procinctus-Rex, &c. Procinctus.

CAP. XLIV.

*Ex quo idem caeperit.*) Quando exordium ſumſerit.

*Pro ſuorum qui ibi degebant.*) Neceſſario inſerenda eſt uox *ſolatio*-ſubiicienda his uerbis.

*Indagine.*) Indagandi ſollertia. Indago.

*Papirus uel lychinus.*) Oleum aut candela. Papirus, lychinus.

CAP. XLV.

*Pacibus reſarciendis.*) Id eſt, diuino fauore recuperando per impetratam commiſſorum ueniam. De re, quae hic narratur, conſulantur alii ſcriptores.

CAP. XLVI.

*Presbyter ille meus.*) Fulcherium Carnotenſem dicit, cuius auctoritatem, quocunque modo poteſt, imminuit. Eius rei ego non aliam cauſ-

ſam eſſe puto, quam quod de ſecreto illo lanceae repertae nimis clare ſit locutus: quam ſententiam ipſe ſuggerit, cum eum rimarum plenum, ſupra cap. XL. conuitiatus eſt; ſcilicet imprudentem hominem magis quam ſuperſtitioſum. Ea de re alibi.

*Sexagies centena millia.)* Immanis ſane numerus, ſed ſi omnem, ut ſcriptura loquitur, animam intellexit Fulcherius, nec numerus uitiatus eſt, neſcio an usqueadeo contumelioſe reiiciendus.

Sufficientia. *Cui ſufficientiae.)* Scribe - cui ſufficere infinitati. Ita mox ipſe loquitur.

CAP. XLVII.

Contiguitas. *Contiguitate confectus.)* uicinia maeſtus.

*Caedendo.)* Victoriam illam inſignem intelligit, cum qua libros ſuos maior pars horum auctorum narrationes ſuas clauſit. Anonymus, Robertus, Baldricus, Guibertus iſte, Agilaeus.

Carnificium. *Carnificio.)* Carnificina. Vt ſupra non ſemel.

CAP. XLVIII.

Exploſus. *Exploſis.)* Cum contumelia reiectis & effugatis.

Phalae. *Phalarum.)* Caſtella turresque ligneas ſupra ipſe eſt interpretatus.

Illapidare. *Illapidant.)* Lapidibus ſuperfundunt.

Foraſticum. *Foraſticum.)* foras proſpectantem, ab extera facie.

*Irritare.)* uexare, concutere.

*Affectat.)* efficere ſatagit.

*Saraceni tacentis.)* Scribe *iacentis*. De cadaueribus enim conciſis loquitur, quaeſito in faucibus & uiſceribus auro.

Puerperium. *Fœminarum puerperia.)* Obſcaenis locis exemtas aut excuſſas dicit res pretioſas. Eadem hiſtoria eamdem rem narrat Liſiardus, cap. XVI.

Qui

Qui uiui prehendebantur, prius pugnis colla percuſſi Bizanteos intra ora in gingiuis occultatos euomere cogebantur. Quos qui non euomebant, trucidati, congregabantur in aceruum, & comburebantur, ut ne uel aurum ab improbis glutitum perderetur, uel corrumpetur aer faetore de cadaueribus exhalante. Foeminae quoque, impudentius & turpius, quam eloqui deceat, intra ſe caelatos nudare aureos morituræ cogebantur. Simile puerperium captiua muliere auream catenam in fæminale abſconditam, refundente, legitur apud Liutprandum Ticinenſem, in hiſtoria ſui temporis.

## CAP. XLIX.

*Miles quidam.*) Geruaſius Sueſſione oriundus. Infra fine cap. ſequentis.

*Confligio.*) Vbi illiditur arenis mare. Elegans oppido uox, & alibi etiam lecta, ita conflages loca, in quibus undique confligunt uenti, auctore Feſto. Confligium

## CAP. L.

*Abſtentam.*) Vi abſtinere iuſſam. Optimi terrae gentiles, nobiliſſimum genus notant. De uxore hac Balduini, ut cum ea Edeſſam acceperit, multis ſupra. Abſtentus.

*Diffidenda.*) Diffidanda, abiicienda cum renunciatione.

*Abuſionis.*) Peccati, criminis. Abuſio.

## CAP. LI.

*Membrorum ſuorum dolore.*) Militiae chriſtianae.

*Minus quae aſſolet.*) Scribe - quam aſſolet.

*Rerum uiſio nullam.*) Mancus eſt ſermo. Scribe: - rerum uiſio nulla, nullam praebet audaciam.

*Etiam parſum iri.*) Scribe: in referendo audita

dita cenſuimus aliqua nobis etiam parſum iri. Sententia clara hic, uulgo nulla prorſus eſt.

*Francica temeritate.*) Leuitatem dicit iam olim Francicae nationi obiectam. Vide notata ad Gulielmum Britonem.

*Mandet ubi.*) Scribendum puto - *mandet cui* ſcribenda libuerit. Submouet enim ſe Guibertus, ne ut iſtum ſupra indicauit, ſibi alium quis ſcribendi laborem iniungat.

*De Betica retegat.*) Lege: de re Getica relegat.

# INDEX CAPITVM

## AD NOSTRAM ANIMADVERSIONEM.


*Libro I.*

Cap. II. Quid de illis.
III. Hac locuſta.
IV. Ipſi plane.
V. Sed ſi illud.
VI. His denique.
VII. Alexandrinum.
VIII. Innumeris itaque.
IX. Quid plura.
X. Quod ſi Man.
XI. Fuit uero comes.
XII. Et certe nihil.
XIII. Sed attend.

*Libro II.*

II. Videmus iam.
III. Papa igitur.
IV. His ergo.
V. Et eſt uob.
VI. Moueat mem.
VII. Perorauerat.
VIII. Terminato.
IX. Cumque multi.
X Principibus igitur.
XI. Caſtrum quoddam.
XII. Tandem Nicom.
XIII. Haec acto dier.
XIV. Hos primos.
XV. Inſtantibus.
XVI. Solebat narrare.
XVII. Quonam igitur.
XIIX. Poſt hunc comes.
XIX. Cum iſtorum.
XX. Cum ergo.

Libros III. IV. V. & VI. reliquimus, ut a Bongarſio ſunt diſtincti. Et eius numeros ſequitur gloſſarium.

*Libro VII.*

I. Rex igitur. Reliquos numeros

ros usque ad cap. xv. reliquimus, ut ſunt editi.
Cap. XV. At quoniam.
XVI. Non multo.
XVII. S. Egidii.
XIIX. Sero itaque.
XIX. Explicita itaque.
XX. At Francis.
XXI. Sed quoniam.
XXII. Sed leuata.
XXIII. Vbi bene additur.
XXIV. Gloria quoque.
XXV. Diximus non.
XXVI. Erat praeterea.
XXVII. Quod ex eo max.
XXVIII. At Stephanus.
XXIX. Tanta fuit ibidem.
XXX. At quoniam.
XXXI. Fuit interea.
XXXII. In hoc ipſo nouo.
XXXIII. Vir equeſtris.
XXXIV. Abhorrebat ſane.
XXXV. Profecto itaque.
XXXVI. Conſtat quoque
XXXVII. Praeſentis hiſtoriae.
XXXVIII. Teſtor Deum.
XXXIX. Denique rurſus.
XL. Praeterea dum.
XLI. Prouinciarum.
XLII. At Gothofridus.
XLIII. Primos ſuos.
XLIV. In illa ſancta.
XLV. Animo ergo.
XLVI. Igitur Franci.
XLVII. At Babylonicus.
XLVIII. His ita probe.
XLIX. Miles quidam.
L. Sed quoniam.
LI. Haec hactenus.

# GLOSSARIVM IN GVIBERTVM.

*ABortiuae prouinciae.* 1, 5
*Abſcidatur.* 1, 12. 4, 14. 5, 8
*Abſtinentur.* 4, 14. *Abſtentus.* 7, 50
*Abuſio, crimen.* 7, 50
*Abruptiſſ. deſperatio.* 6, 3
*Abſolutor.* 6, 13
*Accubituum.* 5, 24
*Accliuis, deditus.* 6, 3. 1, 8
*Acredo.* 7, 5. *animi.* 3, 12
*Ac ſi, quaſi.* 5, 11. 6, 3. 7, 26. 2, 10. 3, 13. 7, 9. 17. *lib.* 152. *c.* 10.
*Aculei timoris.* 6, 21
*Acumina uirium.* 5, 24. 25
*Acrimonia animi.* 6, 20. 7, 4. 3, 5. 6, 8.
*Acrior, deterior.* 1, 11
*Ad dominum, apud* 4, 14. *lib.* 149. *cap.* 14.
*Admirauiſi.* 4, 14. 5, 8. *&c. lib.* 155. *cap.* 15.
*Adamantina fortitudo.* 2, 8
*Adhuc, amplius.* 1, 5
*Adoptatur Balduinus.* 3, 13
*Adoptiuus eorum.* 3, 13
*Adiacet, liberum eſt.* 5, 10
*Adniti alicui.* 7, 15
*Adiutorium, auxilium.* 6, 9

Aduiuere. 2,1. 6,13
Adminiculum, auxilium, 6.21. &c.
Admiſſa, aucta. 7,39
Ad parum. 7,35
Aelia, Iheruſalem. 2,14
Aeſtuata deſideriis. 7,44
Aeternalis. 1,11
Aegra morbi. 4,6
Affectare, moliri. 7,48
Affabilitas. 2,11
Affectiones. 2,18
Agere ſe religioſe. 7,15
Agere ſe, uiuere. 7,1
Agere bellum. 6,10. 6,11
Agulani, catafracti. 5,8
Agglutinare. 2,18
Allicere muneribus. 3,4. 4,11
Aliquoties, ſaepe. 3,6. 4,3
Alterutris, inuicem. 6,15. 7.pr.
Ambitas, promiſſ. 7,33
Ambulacra muri. 5,20
Antemuralia. 7,2
Ampliari. 4,4
Ampullæ. 7,37
Amenta. 7,48. nouo uſu.
Antiochiæ deſcriptio. 6,16
Angiporta, foemin. 5,6. neutro gen. 5,18. 2,11
Anguſtiæ. 5,23. 2,13
Animaduerſio, noue. 5,21. miſeria 5,24. 6,21. 2,16. 4,3. 4,13
Anſelli epiſt. 6,23. & ſu. op.
Anxietas ſitis. 7,1
Anſer diuinus. 7,38. Albert. Aq.
Angariæ. 4,3. 7,35
Appulſus, compellatus. 1,11
Appenditius comitatus. 2,3. 6,16
Appendices, ſatellites. 4,13
Apprecior, æſtimo. 6
Aquæ caritas. 7,6
Aquæ uoluptates. 7,31
Armus urſi. 7,12
Arcilli, arcus pueriles. 7,25
Articulus ſerici. 5,25
Aries bellicus. 7,48
Argutia, mendacium. 4,15
Arcubaliſtæ. 3,5
Arx turris. 3,5
Aſciæ & ſecures. 3,4
Aſſectare alicui. 3,5
Aſſeclatus. 3,13
Aſini comeſi. 3,25. 7,41
Aſpredo. 7,5
Attaminare. 6,10
Aucupare. 4,3. 7,4 4,13. 7,34.
Auctoritas, confidentia. 7,4 30
Auſus mentis. 6,7. 4,6.
Autenticus. 6, pr. præf. 2. init. 4.
Audibilis. 7,39
Aura famæ. 3,7
Audacia, uirtus. 5,10. 7,30. &c.
Auſtria, Lotharingia. 1. præf. 2.

B.

Barri, elefanti. 3,5
Babylonia, Memfis. præf. 2. fin.
Barbas uellere. 2,10. 5,6. non raſæ Francis. 5,6.
Baleare, inſtrumentum. 6,18
Baptiſmatis mos. 6,17
Baſconia 7,8
Bella, pugnæ. 5,1. 6,4. 7,16, ad Brit.
Beneficentiæ. 6,13
Birotum, carrum. 2,9
Boues ferrati. 2,9
Brauium. 4,6
Brachia urſi. 7,12. ulnæ. ibid.
Burgus, ſuburbium. 2,16
Byzantiorum pretium. 4,5

C.

Caſtrata turris. 3,5
Caſtratio, pœna. 3,13. lex. 1,12.
Caſtrum, oppidum. 4,3
Caſſare. 3,3. 7,39
Carruca. 3,9
Cardamus. 4,8


Cæcus

*Cæcus aer.* 4, 13
*Cæſo capite.* 4, *ult.*
*Carpentarius*, 4,7. *rotæ.* 7,8
*Carnificium.* 4,9. 6,21. 7,20.47
*Callens, ſapiens.* 7,32
*Caritudo.* 4, 5
*Cautela.* 4, 13
*Capita cæſorum oſtenſa.* 4,13
*ex Capite poculum.* 7,50
*Caducus morbus.* 1,7
*Cauſſari, narrare.* 1,7
*Catabula, ſtabula.* 1,10
*Calli talorum, ſecti.* 2,6
*Caro emere.* 2,9. 4,3
*Calx ædificii.* 3,5
*Canes ſagmarii.* 3,12
*Camiſia.* 3,13. 7,49. *ad Brit.*
*Calles, uiæ.* 6,18
*Captio.* 5,6
*Calceorum oræ.* 7,8
*Carpere, narrare.* 5,1
*Calceator.* 7,14
*Caſtellum, turris.* 5,6
*Caſtrenſis, cuſtos turris.* 6,9
*Catafracti Agulani.* 5,8
*Canonicus uir.* 5,17
*Carminare.* 7,14
*Carduorum frondes.* 5,23
*Caput motum, ſannæ.* 6,27
*Cannæ æreæ.* 6,9
*Cataractæ coeli.* 6,10
*Capella, cappa breuis.* 7,28
*Capita cur Turcæ demant.* 7,29
*Calcem finem.* 7,37
*Celebrari, proclam.* 6,12. 7,42
*Cenſorius uir.* Append. 5,59
*Chriſtianitas.* 2,5. *& ſæpius.*
*Ciuitatenſes.* 3,13.4,3. 6,12. 7,25
*Clypeus aureus, prælatus.* 7,42
*Clientes, ſine mancipia.* 3,6. 4,14
*Clamàre, docere.* 1,2
*Claudicare Deum.* 1,5. 4,13
*Cluunt.* 1,9
*Clamor bellicus.* 3,9. *Turc.* 6,9
*Claſſicum, tuba. append. p.* 560.
*Cohærent ſtupro.* 5,17. *Deo.* 5,19. 7,33
*Corozania.* 5,8
*Concurrere.* 5,8. 28. 1,8. 7,17
*Contiguitas.* 5,15. 6,3. 7,18. 4,3. 2,8.
*Concinere, aſſentiri.* 6,1
*Commeatus, confoy* 6,9. 2,1.17
*Conſecuti, paſſ.* 6,11
*de Coquit æſtus.* 6,12. 7,5
*Cooperator.* 6,17
*Conſtare uulgus.* 6,17
*Compares, ſocii.* 6,10
*Compendium mortis.* 6,23
*Copiae, eſcæ.* 7,1. *auri.* 1,12. 4,3
*Conſpirata audacia.* 7,8
*Conniuentia, aſſenſus.* 7,15
*Complicibus.* 7,15
*Commanere.* 7,17
*Conditio Chriſtiana, fides.* 7,31
*Compaginare.* 7,37
*Confectus, ſollicitus.* 7,47
*Conſligium.* 7,49
*Conclamare, miro uſu.* 4,13. *celebrare.* 2,10
*Confragoſa ſemita.* 4,2.13
*Comparat facit.* 3,7
*Confertus, uber.* 3,3
*Commertium, forum.* 3,2
*Comprincipes.* 2,20
*Coaggerat.* 4,14
*Comitatus, copiæ.* 2,13
*Comitia, comitatus.* 2,2.15. 2,20 3,9. 4,1. *&c. lib.* 168. 4.
*Conſumta attenuata.* 2,11
*Conflagrarentur.* 1,11
*Commicatores, append.* 560
*Concambium.* 1,11
*Communicare alicui.* 1,3

Commonitorium. 1,3. 3,9. 6,21. 7,35
Contubernalis Dei. 1,3
Corpulentia contra animum. 1,4
Coria comeſa. 7,5
Confectio euchariſtiæ. 1,4
Coitibus. 1,11
Confederat concilium. 2,8
Comes ſtabuli. 4,13
Conſcientia, notitia, app. 560.
Credulitas. 7,34. 1,3. 5. 7,20. 5,19. 6,2
Crepitus uerſaum. præf. 4,9
Crepuſculum auroræ. 2,19. 3,9. 4,4. mane 6,18. 7,4.
Craticulæ. 3,1
Cruſtulæ marmoreæ. 5,7
Crebreſcere. 3,2. 4,13. 7,34. 7.pr.
Cruces, dolores. 4,11. in frontibus. 4,14. artificioſæ. 4,15. quotidianæ. 5,27. 5,17. 6,20
Cultellus, enſis. 5,7
Curuare imperia. 5,11
Curanda, medicandæ. 6,22
Curioſus ſui. 7,12
Cuniculi deſcriptio. 3,5. 5,22. 4,13
Curia, arx, aula. 3,13. 4,4

D.

Damnati, uicti. 6,18
Dapſilitas. 2,18
Deſperabile præceps. 4,2. 3,8. 4,15. Equi. 4,7.
Denteſcere. 3,9. 4,14
Defæcata, pura. 1,1
Delatratio. præf. 2. & in fin.
Deferri. 1,11
Defurere. 1,11
Defectio, caritas. 2,89
Deguerunt. 6,16. 20
Deuotiones. 6,7
Deambulacra muri. 5,20
Deſtitutio, deſolatio. 5,21
Deſciſcere, imminui. 6,2. 7,12
Deſipientia. 6,3
Deſpectio. 6,3
Deſiderantiſſime. 6,12
Deuouere, uouere. 7,15
Dextras præbere in manibus epiſcopi. 6,15
Diabolicus homo. 6,1
Dianæ ſpecies in Turca. 5,21
Dilatrare. 5,1
Diſpenſator. 6,4
Diſpectio. 7,13
Dieta, diei iter, aut tempus. 7,17
Dieſcere. 7,18
Ditio, regnum. 7,26
Diffidare, abnegare. 7,50
Diſcita. 4,3. marg.
Diffugium, deſertio. 3,12
Digitus dorſo craſſior. 1,1
Diſcretus. 1,1
Diſcutere ſe, conſultare. 4,3
Diſerti, docti. 1,6
Diſparati. 4,11
Dilapidare opes. 2,8
Diſpenſatiue. 2,10
Dilargitio. 2,10
Dictator. 2,18
Diuerſius. 4,7
Documenta, doctrinæ. 2,14. 17. 4,15. 6,14. 7,15. 21. lib. 142. cap. 31.
Dominicus homo, princeps. 6,5
Ducatu meo. 5,17. 1,3
Duellione teneri. 5,22. 7,12

E.

Educere uitam, 3,13
Emereri. 3,2. 4,1. 6,23 fin.
Edomare. 1,10
Eneruatio. 2,20. corpora eneruia 1,12. eneruiter. 7,32

Effla-

*Efflagratio.* 2, 19. *effluxit periit.* 7, 15
*Efficacia uirtus.* 1, 13. 4, 9
*Efficientia.* 7, 36
*Elegantia equeſtris.* 1, 10
*Epularis alacritas.* 3, 1
*Equuleus tormentum.* 2, 14
*Eſſentia, conditio.* 1, 7
*Es, correptum, indies.* 2, 13
*Epibatae, Turci,* 4, 3
*Eſculentus animus.* 2, 18
*Euicti Aſſyrii.* 1, 10. *euincere.* 7, 1
*Eſſe, ſtatus.* 4, 3
*Euolatio.* 1, 3
*Eumichiſandi lex.* 1, 12
*Eques, Ritter.* 5, 2. 4, 14. *fin.*
*Epitaphici uerſus* 3. 2
*Euentilare, euentilatio,* 3, 3. 7, 15
*Euectio claſſis.* 3, 8. *uectura.* 7, 20
*Egregius uehementer.* 4, 20
*Eliſa corda.* 7, 6. *rex.* 7, 12.
*Egeſtas ægerrime fertur.* 7, 25
*Eſcæ & panis diff.* 7, 41. *eſculentus animus.* 2, 18
*Emerſio ſubita.* 6, 10
*Eminentia.* 6, 7. 16
*Enormis plebs.* 6, 22. *cædes.* 7, 18
*Equeſtria cuncta.* 7, 19. *equus, dignitas.* 7. *ſuperbia. ibidem.*
*Enecuere.* 5, 16
*Equidem, abundat.* 5, 4
*Eruere, liberare.* 5, 8. 7, 30
*ſuper Euangeliis iuratum.* 5, 18
*Exigere filiam ab uxore.* 2, 19
*Excrementa bellorum.* *præf* 2.
*Exercitia bellica.* 1, 1. 3, 9. 7, 31. *exerceri, militare.* 7, 3. 7, 31
*Exerrare.* 1, 6. 3, 4
*Expromere.* 3, 9
*Expeditio, milites.* 4, 3. 5, 8
*Execramenta.* 1, 11
*Exſequiæ, honor.* 2, 1. *Siſana lectio. Vide alios.*
*Excolere aliquem.* 2, 2
*Exedi penuria.* 4, 11
*Expoſitus, priuatus.* 3, 13. *cadauerum.* 4, 14
*Exlex, exſecrandus.* 2, 7
*Exſtruere prælia.* 2, 9
*Extortitius.* 2, 16
*Expoſtulare.* 3, 8. 12. 6, 9
*Explicito caſtro.* 4, 7. 14. 5, 7. 6, 12
*Extabuit timore.* 1, 1. 3, 8. *inedia.* 4, 3. *fin.*
*Exſecutor.* 7, 35
*Extera, procul uſu.* 7, 10
*Exertæ uires.* 6, 18
*Exenia.* 6, 22. *lib.* 147, 14.
*Exactio, iusſio.* 7. *pr.*
*Expetere.* 7, 39
*Exerceri, militare.* 7, 3
*Exolidus, fætens.* 7, 5
*Expugnabilior.* 7, 6
*Expertius ingenium.* 7, 31
*Exploſis, effugatis.* 7, 48
*Expresſiones.* 7, 7
*Exanimare, torquere.* 7, 26
*Exhibere, aſſiſtere.* 7, 8
*Exegit, amouit.* 6, 18
*Exporrigi.* 6, 9. 7, 37
*Exſuccatum caput.* 6, 7
*Exoccupare.* 2, 22
*Extimplo.* 5, 18
*Eximius uultus.* 5, 2
*Excerpſimus, eruimus.* 5, 16
*Exitia, cruciatus.* 5, 14. 19. 6, 3. 10. 7, 25. *ad Alb. Aq.* 6. *c.* 14.
*Exitus uitæ.* 3, 13
*Exponere ſe domino.* 5, 8
*Exorare.* 5, 8. 6, 4
*Experrecta fides.* 7, 51

F.

*Facetiæ.* 2, 3. *in literis facetus.* 1, 10

Fa-

*Fæces homines uiles.* 2, 13
*Fames peior gladio.* 3, 8. 5, 23. *deſcriptio.* 4, 6. 7, 49
*Famei.* 4, 6
*Farciuntur.* 3, 10
*Fatulentus.* 1, 1
*Faſces, diuitiæ.* 1, 7. *honoris.* 7, 11
*Fabulari, loqui.* 5, 3
*Facere clericum.* 5, 15. *Factum puta.* 7. 13
*Facinora, res geſtæ.* 5, 8
*Faſtus, copiæ.* 5, 8
*Faſtorum ſchola.* 7, 14
*Fauor, plauſus. append.* 559.
*Fæmina natio.* 1, 3. *iecur.* 1, 7. *aurum pariens fæmina.* 7, 48. 49. *leuitas.* 1, 8. *erudita.* 2, 15
*Famuli & equites.* 3, 3
*Fauturum, acceſſurum.* 6, 15
*Faſtigia poſſeſſionum.* 7, 5. *gloria.* 3, 2
*Feretrum.* 6, 13.
*Feralitas.* 5, 7. *ferale os urſi.* 7, 12
*Ferox.* 6, 12. *uirtus.* 4, 37
*Feruere in uſu eſſe.* 7, 31. 18
*Ferulæ abbatum.* 2, 3
*in Finibus regnorum tractandum.* 559
*Fibra auroræ.* 4, 9
*Fiſtula diaboli.* 1, 8
*Fienda.* 7
*Flebotomum.* 2, 12
*Fluxus naturæ.* 1, 9
*Foci, ignes.* 6, 9. 22. 7, 43
*Fouea deſperationis.* 5, 19
*Foſſæ completæ ad nummos.* 7, 8
*Forſitan, forte fortuna.* 1, 11
*Foraſticus paries.* 7, 48
*Fore, eſſe.* 3, 8. 6, 9
*Fortunioſus.* 3, 13. 7, 3
*Frux.* 4, 8
*Fraxini, haſtæ.* 4, 4
*Francorum laus.* 2, 1. 2. 3. *ſuperpia.* 2, 12. *arma.* 3. 10. *uirtus* 3, 13. 7. 6, 16. *ferocia.* 4, 3. *temeritas.* 7. *fin.*
*Frequentia, copiæ.* 2, 11. 4, 14. 5. 9. &c.
*Fruſtrauit.* 6, 21
*Fraternitas, æqualitas.* 7, 26
*Fuſtibus decollari.* 1, 4
*Furtiuus, clam.* 4, 9
*Funera, cadauera.* 4, 7
*Fuſcatur ſcientia.* 5, 12

G.

*Garrire.* 1, 4. 2, 2. 3, 9. 4, 9
*Gentiles, indigenæ.* 2, 10. 3, 12. 4, 1. *aduenis oppon.* 5, 11. *gentilitas pagani.* 6, 21. 7. *pr.*
*Gens, milites.* 1, 16. 3, 12. 7, 3.
*Gerere ſe opulentia.* 6, 12
*Giriturrium.* 3, 5. *girare.* 7, 12
*Globus exſul.* 7, 19
*Glomerari.* 3, 4. 12. 5, 13. 6, 15. 7, 28
*Gliſcens fiducia.* 5, 2
*Gloria, exſultatio &c.* 6, 1. 6, 9. *gloriæ.* 6, 16. 7, 14.
*Gotfridi Bullion. deſcript.* 7, 11
*Gratiæ commendatio.* 7, 1
*Gradus ſacri.* 7, 15. *dignitas præfat.* 2.
*Græcus ignis.* 7, 8. 45. &c.
*Graminoſus.* 4, 4
*Grammatica præfat.* 1, 2. 2, 3
*Græcæ mulieres formoſæ.* 1, 12. *inertiſſimi.* 2, 20
*Gratis.* 2, 10
*Gratantiſſime.* 3, 8
*Groſſior.* 1, 1. *Groſſities.* 7, 11
*Guiberti nobilitas.* 4, 16. 5, 15
*Gynæcia.* 5, 10

H.

*Hami in haſtis.* 6, 18

Habitus, conſtitutio. 7, 30
Habitudo. 7, 35
Habere ſe. 7, 42
Haſtulæ, fragmenta. 4,4. uid. doctos ad Paullin. aſſulæ.
Hebitudo. 3, 9. 10. Hebes, 5,12 lib. 152. 6.
Hereditare. 5, 11
Heremus. 4, 18
Honores, diuitiæ. 2,18. 5,1.13.16
Honor, officium. 7, 15
Honeſtas. 5, 24. gloria. 3,7. eloquentiæ. præf. 2. 2, 17.
Honeſte delicatus. 6,11
Hominium. 3,4. 4,16. 5,8. 7,33
Honeſtare ſcorta. 2, 10
Hoſtis, exercitus. 6, 8. 20. 4, 9. lib. 151. 4.
Hoſpitalia Xenia. 3,3
Humanitas. 2,10.11. 6, 13.
Humanatus. 5, 12

I.

Iaculum nuntii. 5, 10,16
Iactura, occupatio. pag. 560.
Identidem. 3, 12. itidem.
Idoneum, æquum. 5, 1
Iduato Martio. 7, 1
Iecur foemineum. 1, 7
Ignis inditium. 4,15. 5, 17. diuinum. 6,23.
Ignis coelo accenſus. 7,44
Illapidare. 7, 48
Illatio, ſermo. 4, 14
Illex. 7, 2
Imaginarius antiſtes. 7,15
Impletores. 6, 20
Impaſſibilis, aer. 6, 16
Imber lapidum. 7, 2
Immutuare. 2,18. 5, 20
Inſtantia. 7, 51
Improperium. 7, 32
Inmergi hoſtibus. 6,9
Indiſciplinatus. 2, 11
Ineptia, uis, temeritas. 3,3. oberrare. 4,5
Incorperare. 7, 23. 2, 1
Interdum. 559
Incentiuum. 2, 1. 7, 45. 7,1.
Incentor. 1, 2
Inforare. præf. 1.
Inſperabilitas. 2,9. bilis. 7,9
Interſtitium. 2, 15. 7,25
Inuidentia. 1,13. 3,9. 4,26
Inuolare. 2, 11
Interula linea. 3,13
Indago, diligentia. 7,43
Inuiſcerare. 7,12
Influere ciuitati. 7,7
Inſolentia uictuum. 6,4. ſitis, 5,23 7, 5
Inſcientia. 6, 2
Inſignia fugæ. 5,15
Intenta ſibi urbs. 5,6. intenſa. 6,8
Intereſſe. 5, 1. 20. 25. 7, 6
Indubie. 6, 2. 7, 4
Inſtitutor. 6, 4
Inaquoſitas. 6, 12
Introductor. 6, 13
Infercire complere. 6,20. infertus ibid.
Interanea. 7, 12
Ingreſſus oſtium. 7, 26
Inretractabiliter. 1, 6. 23. 5, 5
Inrefragabiliter. 6,8
Iocularia. 1, 10
Iocundari. 4, 2. 5, 26. 6, 20
Ipſa die.) ea ipſa. 3,13
Irriſorie. 7,42. uox. 4, 9. 14.
Irritare, proſternere. 7, 48
Isdem, idem. 3, 5. uid. marg. 4,6. 5,19. 6,23. 7, 41
Iugitas. 14. 16
Iuuentus, milites, 7, 19
Iudicia diuina, ignis. 6, 22

Iu-

*Iuſtitium, luctus.* 6, 21
*Iubilum cordis.* 6,9. 7,1
*Iurare in cruce & euangel.* 5,17

L.

*Lacrymæ dulces.* 7, 9
*Labyrinthus.* 1, 4
*Laciniofus ſermo. præf.* 1. 7, 22. 31
*Laci, lacus.* 3,8
*Lagenæ.* 7, 32
*Lampades.* 7, 32
*Laureæ hiſtoria.* 5,19
*Legatarius, cui legatur.* 7,15
*Leonina feritas.* 7, 2
*Lenocinium.* 6,10. 7,35. 4,11. 4, 3. 5, 2. 3,4. *Leno, ſcortator.* 4, 15
*Leporibus mitior.* 4, 7
*Librata maturitas.* 2, 18
*Limbus Franciæ.* 1, 19
*Litteratura, uiri docti.* 2,3
*Limacea tarditas.* 7, 42
*Lichinus* 7,14
*Licentiæ.* 6,21. 7,9
*Libertas, liberatio.* 6, 15. 19. 7,9
*Lotharingia, Alemania.* 2,20
*Luculentia.* 2,3
*Luminare. præf.* 1.
*Luxuriæ enormes.* 2, 10

M.

*Malignus, diabolus.* 7, 34
*Mandare, petere.* 3, 4
*Mathæi etymon.* 4. *fin.*
*Mathomaria, templum.* 4,14 6,7. 1,11
*Manichæus furor.* 1, 10
*Mathomus.* 1,7. 8. 5,10. *lib.* 158. 14. *lib.* 159. 13.
*Maſſa corporis.* 1,8. 5,11
*Mancipiorum emtio.* *
*Maieſtas.* 1,11. 3,1 5,3 6,6. 16. 7, 22. 27. 6, 10. *miro uſu.*
*Maior curiæ.* 1,4. 4,14
*Manticæ, ſacci.* 7,49
*Maturitas, celeritas.* 7, 4
*Manipulus, 200 homin.* 7, 2
*Manſores, eſores* 7, 2
*Mandibilis, maturus.* 7, 1
*Magis, potiſſimum.* 6, 5
*Manus, exercitus.* 6, 4
*Malum bibere.* 5, 23
*Materia, argumentum.* 6,1
*Machinari, append.* 560.
*Magnanimis.* 3,3
*Meditullium terræ, Hieruſal.* 1,2
*Memfis Babylon. præf.* 2. *fin.*
*Meretricum lex.* 1, 5.12
*Meritoria.* 1, 2
*Metæ, frumenti aceruí.* 2, 10
*Mercatum forum.* 3,3. 6,10. 7,27
*Mercurius Mart.* 9
*Milites & pedites.* 4, 3. 5, 28. 4, 4. 14
*Miraculum, ſtupor.* 5, 12
*Minores noſtri.* 6, 13
*Miſericordiæ* 6, 13
*Minare, fugare.* 7, 7
*Militia, exercitus.* 3,3. 8. 7,27
*Minoratio.* 4,14
*Minutari.* 4,4
*Modeſtia.* 2, 15. 3, 8. 7,42. 6,7
*Moderni.* 1, 1. *& alibi.*
*Montanæ.* 3, 8
*Montes pecuniarum.* 2, 8
*Moroſe, tarde.* 2, 9. 10. 13. 4. *fin.*
*Mos cibi.* 4, 6
*Monachatus.* 7, 50. *uita.* 6. *pr.*
*Monacha.* 7, 15
*Moeſtitudo.* 5, 8
*Motum facere.* 6,15. 7, 46
*Moretur, differatur.* 6,19
*Mortes.* 7, 10. 32
*Mo[illegible]culus.* 7, 11
*Moliri, addere.* 7. 37

Mo-

*Moralitas, ſcientia, app.* 560.
*Munia, reditus.* 7,41
*Multiplicitas, copia.* 7,8
*Muſellæ, penſiones.* 1,11. 7,8
*Murmur.* 6,12
*Muſſitare.* 6,22. 3.4
*Muniri edulio.* 5,23
*Municipium,caſtrum.* 4,13. 5,15
*Municipales reges.* 6,16
*Mutilation. fedæ exempl.* 3,12

N.

*Naſus aureus.* 4.10
*Natura conſtans uirtute.* 7,12
*Naſcentiæ.* 7,26
*Natat claſſis.* 3,2
*Natuere.* 3,2
*Nequitiæ.* 4,14. 1,8.11.15
*Neceſſitas, diſcrimen.* 7,4
*Nepos filius fratris &c.* 3,11
*Neuſtria. præf. 2. fin.*
*Negotia, forum.* 3,2. 6,20
*Nihilominus, pariter.* 5,2
*Nimbus capitis.* 5,17
*Nimietas.* 5,21. 7,21
*Nouior.* 7,33. *homo.* 3,2
*Nouorum tempora.* 4,3. *fruſtuum.*
*Nota. præf.* 1.
*Nationes. præf.* 1.
*Nocere quem.* 7,3
*Nudipedalia.* 7,6
*Nux denario emta.* 5,23
*Nubes, macula.* 2,18
*Nugacitas, inconſtantia.* 1,4

O.

*Obnixe.* 7,1
*Obuncare.* 6,18
*Obſcænæ cloacæ.* 5,14.16
*Obſtruſerint.* 5,20
*Oblatio ad ſepulcrum.* 6,13
*Obiter, ob iter.* 7,1
*Obſerare principem.* 7,14
*Obtundere, retundere.* 7,29.36
*Obtare, optare.* 1,7
*Obtio.* 4. *pr.*
*Obambire.* 7,19
*Obſcænus obitus.* 1,9
*Occubitus.* 7,15
*Occiſio.* 7,29
*Odibilis. præf.* 1.
*Officiales palatii.* 1,13. *eccleſiæ officialia.* 7,1. *generandi, teſticuli.* 3,13.
*Officioſus, pius.* 2,13. *aula.* 6,9
*Omen deſiderium.* 3,7
*Omnimodis.* 5,7.19 6,3
*Operari terram.* 1,4
*Optio, electio.* 3,7
*Oppida, caſtra.* 5,15. 4,3. 6,12.20
*Opuſcula, facta.* 7,2
*Oraculum dæmonis.* 1,7
*Oſcitare inedia.* 7,24
*Oſculum adoptantis.* 3,13
*Ouum. 2. ſolidis emtum.* 5,23. 6,10

P.

*Participium.* 3,12. 4,10
*Papirus ad lichnos.* 7,44
*Pardita animoſitas.* 3,9
*Paleæ homines inertes.* 3,9
*Palatini comites.* 2,8. *aulici.*
*Palliare.* 1,9
*Parientes aurum foeminæ.* 7,48
*Paregorizans ſermo. præf.* 2.
*Paganitas.* 1,2. 2,5.
*Parthi Turcæ.* 1,10. 7. *fin.*
*Paſſio, ſtuprum.* 1,11.12
*Pateretur, conſentiret.* 3,4
*Paſtoforia.* 7,8
*Patientiarum.* 7,5
*Papa paganorum.* 5,8,9
*Parturire, parere.* 5,18. 7. *pr.* 14
*Parea mei.* 6,15
*Paſci cruore.* 6,9
*Patriarchium.* 6,16

*Patria,*

*Patria, regio.* 6,17
*Palliola muliebria.* 6,23
*Pertinens eſui.* 3,12. 4,1. *ſubditus.* 4,1. 1,9
*Peripſema.* 3,10
*Pernimis.* 3,4
*Peſſumdari* 7,14
*Pergama, muri, arx.* 7,41
*Peruenire alicui.* 4,1
*Perpediri, impediri.* 3,4
*Pera.* 3,1
*Peruadere.* 1,1. 2,5.12. 3,12. 4,13. 5,6. 6,18.20.21. 7,2.6
*Peruium, obuium.* 4,1
*Petulantia, libido.* 4,15
*Pecualitas.* 1,11
*Perſonalitas.* 2,3.18. *lib.*152. *c.*2
*Perſenſa.* 7,2
*Peracto caſtro.* 4,3
*Perfunctorius, falſus.* 7,18
*Pecus, monſtrum.* 7,33
*Pegaſei motus.* 7,38
*Penſio ſupplicii.* 5,6. *& alibi.*
*Pendet uita.* 5,15
*Phalæ.* 3,5. 6,18. 7,6
*Phalaricæ.* 3,5. 6.23
*Phalanga.* 6,12. 7,4. *lib.* 164. *cap.* 12.
*Pitacia.* 5,9
*Pira, incendium.* 5,21. 7,10
*Pili de mulo, ſacri.* 2,10
*Piperata facundia.* 2,3
*Plumbei liquoris tela.* 7,48
*Plumbea tecta.* 2,11
*Pluralitas, copia.* 3,10
*Plenarius progreſſus.* 7,2
*Placentiores.* 6 *pr.*
*Plebes parochiæ unius.* 7,6
*Poſcere, orare.* 7,17
*Poſſibilitas.* 5,8. 3,4. 4,14. *lib.* 166. *cap.* 11.
*Polentæ.* 7,1. *pultes.*
*Poſtliminium facere.* 6,11. 4,3
*Poterant nil.* 6,16. *necis.* 3,9
*Portitor.* 7,8
*Pollutiones conceſſæ.* 1,9
*Pontificium. præf.* 1. 7,13.15
*Poſtulare Deum.* 1,8
*Porcum uiuere.* 1,9
*Poteſtas, potentia.* 2,17
*Portenſiones.* 2,19
*Præcentores.* 7,16
*Prouecto die.* 7,16. 7,15
*Præbitor.* 7,10
*Præcipitare, cædere.* 7. *Præcipitii iudicium.* 5,17. *maris.* 2,14. 4,14
*Præſtigioſe.* 6,21
*Præſumtiui auſus.* 6,8
*Præcordialiter lædi.* 6,2. 7,20
*Præceptor exercitus.* 5,24
*Præproperaut.* 5,22
*Præſtitor.* 5,19
*Procurare.* 5,19. 3,3
*Præambuli.* 5,9. *lib.*159.13
*Proditor bonus.* 5,5
*Progreſſius.* 5.6.26
*Profanius.* 5.8 6.1
*Protelare.* 5.11
*Procinctus.* 5.22. 7,6
*Propenſa facili.* 6.12
*Proflua copia.* 6.20
*Prouidentia.* 6.21. 7.12.13
*Prouentus.* 7.*pr.*
*Preſſura.* 7.4
*Profligari fame.* 7.19
*Prætexta eloqui.* 7.37
*Properanter.* 7.4
*Præſto, iugiter.* 7.6.14
*Præſtantes Turcis.* 4.3
*Promotiones.* 4.1
*Præmunire, præmonere.* 3.12
*Proficuum.* 7.26
*Primicopiæ.* 3.9

Præ-

*Prauolatio.* 3,9.
*Procerus mons.&c.* 3,4.6,16.18
*Probitas equeſtris.* 3,2
*Prædicatus,glorioſus.* 4,14. 7,50
*Prouiſio.* 2,20
*Prouinciales, garruli.* 2,19
*Productæ uoces.* 1.8.
*Proſtibulum; lupanar.* 1,6.*Gauter. præfat.*
*Principor.* 7,2
*Præuocato.* 4,14
*Propheta, ſponſus.* 1,7
*Præcluens.* 2,12. 3,12
*Præproperare.* 2,9. 7,16
*Præminere.* 2, 14
*Profani, Turcae.* 3,12
*Pſitarcia.* 1,3. *Pſiatia.* 7,40
*Purpurati, nummi.* 4,5
*Puerorum bella ominoſa.* 7,25
*Pulpa femoris.* 7,12
*Pulmenta.* 5,23
*Pulſare mouere.* 5,22
*Pullus conſtat* 15. *ſolidis.* 5,23
*Purulentia.* 7,13

Q.

*Quique,omnes.*4,14.7,5.7.17.&c. *lib.* 154. 2.
*Quæſtus, reditus.* 2,8
*Quæſitus, acquiſitus.* 7,9
*Quotus numerus.* 7,16
*Quemlibet, ullum.* 6,2
*Quam crebra.* 4.5
*Quinceni denarii,* 3,4
*Quo, ubi.* 1,4. 5,12

R.

*Rapidiſſ. dolor.* 6,7.
*Rancor.* 3,4. 7,2
*Recenſa lectio.* 7,31
*Reſpecti paſſiue.* 6,10
*Regratiatus.* 7,15
*Repedare.* 5,15. 4,5. 7,17
*Refugæ.* 5,16
*Reuerberare, refutare.* 5,19
*Recuſſus, excuſſus.* 5,19
*Regius homo.* 6,5.8. *mens.* 7,12
*Requietio.* 6,13
*Repertio.* 7,29
*Redhibitio.*4,13. 1,5. *exactio.* 2,6
*Retractare,tractare.* 4,12.16. 7,8
*Retrogradus.* 4,4.7,42.25
*Reſidere) Remanere.* 3,13.7,29
*Repurgia.* 1,10.2,4.6,9.14.
*Reſlari tumor.* 4, 14
*Regia mens.* 7,12
*Rebelles,pugnaces.* 7,48
*Redemtiones.* 2,6
*Res, diſceptatio.* 2,19
*Refutat, negat.* 3,12
*Reprobum.* 7,22
*Rogi ignes.* 6,22
*Roga.* 3,2
*Roborare caſtrum.* 4,14
*Rufi, infideles.* 6,19.*fin.*
*Rotabundus.* 1,4
*Ruminare,cogitare.* 3,4
*Rumor tumultus.* 7,1

S.

*Satrapa uox Chaldæa.* 4,14
*Satagere,ſatisfacere.* 4,19
*Sagmarii canes.* 3,12
*Sagacitas,ſapientia.* 3,9. 7,30
*Sarcinæ. p.* 560
*Sarciendos, iungendos.* 3,8
*Sacramenta,iuramenta.* 3,3
*Salutes. Vitas.* 6,20
*Sabbatiſmus.* 6,1
*Saccus eloquii.* 7,37
*Sanguinibus.* 5,2. *ſanguinis effuſio notabilis.* 6,21. 7.7.
*Scabenda.* 6,22. *ſermo.* 7,37
*Scammonia.* 2,6
*Schola faſtorum.* 7,14
*Scabredo, præfat.* 1
*Scholaſticiſſimus Sidon.* 2,3

Schedula, præfat. 1
Scrobium fraus. 7,17
Scotorum deſcriptio. 1,3
Scenæ, ſpectacula. 1,11
Scenice, ſcurriliter. 3,9
Scrupea uia. 3,4. 4,2
Scurrilis garrulitas. 4,14
Sequaces, diſcipuli. 1,8.10
Serenitas ingenita. 2,15.17. pax. 6.13. 7,32
Senior, dominus. 4,9.10.&c. 5,2. 17. 6,12. 7,6.4.
Securitas, munitio. 6,16. Salua guardia. 6,9
Sequeſtra legatio. 6,10
Sentina Turcorum. 6,12
Sepiæ inſtar conciſa. 5,23
Seſſio diuturna. 6,23
Sentiſcere. 6,23
Signum, ſcopus. 2,13
Sidonii laus. 2,8
Siquidem, quidem, præf. 2.1,2. 4,10.14. 6,11
Singulus. 2,8
Situs horrenda. 2,12
Simplicitas, uirtus. 2,15
Sinceritas, ueritas. 7,5
Sibi, ipſis. 5,19
Sinus humanitatis. 6,13
Sodomia Turcica. 1,11
Solitarius, eremita. 1,7
Solarium, conclaue. 6,18
Solida libertas. 6,2. ſolidior. 5,19
Soſpitas. 7,13
Sortes, uaticinia. 5,12
Spectabile, uenerandum. 1,8
Specimen militiæ. Gotfridus. 3,9
Specialis. 3,12. ſpecialius. 5,27
Spineum ſertum. 7,30
Spiraculum oris & narium. 7,41
Spathæ Lothoringicæ. 7,11
Stibium. 7,37
Stipendia, uictualia. 5,24. 6,15. 7,26.41. 1,11. 3,3.&c. lib. 151
Status urbis. 3,5
Strata publica. 3,3
Stellarum lapſus. 2,19
Stigma, crux. 2,7. militare. 4,15
Succidua, ſucceſſiones. 7,7
Suadere, perſuadere. 5,21
Suffragium, auxilium. 4,3.&c.
Suſpecta timens. 5,13
Suſpicio, timor. 4,15
Subſtantia uictus. 5,22. 3,8
Subſtantiolæ. 4,7.
Superuacua, magna. 6,8
Subſidia, uictualia. 6,9
Suſcitare, condere. 6,16
Subornatio, præfat. 2
Summa aure tangere. 1,8
Summa. 2,19
Superficies, ſimulatio. 1,9. 4,3
Sues uorant Muſam metem. 1.9.10
Superequitare. 2,3
Subigere, ſæpe uincere. 3,2
Subſannatio. 3,4
Suræ tibiarum. 7,12
Sumtus, uictualia. 4,13
Suppar, æqualis. 7.pr.
Suffarcinatus. 4,3
Sufficientia. 7,46
Syri callidi negotiis. 4,5

T.

Tau littera, deque ea. 7,32
Tabidum quid, uile. 1,2
Tauri inter uaccas. 1,5
Taxare. 7,1. lib. 154. c. 9.
Tenor uiæ. 7,22
Tergiuerſatio. 6,12
Tempus ſuum habent. 2,5.
Temerus animus. 3,3
Territorium, regio. 3,4. 6,16
Terere, contemnere. 4,8
Teneritudo. 7,8

Tere-

*Terebratus nuntio.* 5, 10
*Templum ut, fæmina.* 5,22
*Tigilli & poſtes.* 6,23
*Timidus ſibi, limens.* 2,16
*Timoratus.* 2, 1
*Titillationes.* 7, 24
*Tonantia eloquia.* 1,1.3
*Toracarum, toracum.* 3,7
*Tranſuerſio.* 1,3
*Tractatorius ſtilus, præf.* 1
*Translatandi, præf.* 1
*Tripudium* 7,1. *tripudioſus* 7,41
*Triſcurria, præf.* 2
*Trudennes.* 7,-6. *ſic leg.*
*Trutinare animo.* 5, 3
*Truculentia mortis.* 5,11
*Trux intruderat.* 7, 12
*Truces, pagani.* 3, 9. *excubiæ.* 5,5
*Tuitus eſt.* 3, 4
*Turcæ, Parthi.* 1, 10
*Turcopoli.* 3,8
*Turc. uirtus & arma.* 3,10
*Tumultus turbæ.* 6,18
*Tulimus, abſtulimus.* 5,10.03
*Tutior, certior.* 5, 4

V.

*Vacca Mahometis.* 1,8
*Vapidus, tenuis, præfat.* 2
*Valentior* 7, 9.28. *ualitudo, uis.* 5, 21. *ualentia.* 6,2
*Vbi, quo.* 7,16
*Vexilla ſuſcipere, pax.* 7, 8. *erecta in turri.* 5,6. *in haſtis.* 7,42
*Vexare lapidibus.* 6, 3
*Verbum, fama.* 3, 1. 6,17
*Vecordia, inſania.* 1, 4
*Ventoſitas. crep. uentris.* 1, 10
*Ventri ſeruientes.* 6 *pr. inciſ.* 6,18
*Verbera uerborum.* 5,1
*Vehementia, uirtus.* 7, 6. *lib.* 159. 2
*Vetuſti, ſenes.* 7,39
*Verſabundus anſer.* 7,38
*Velum, uexillum.* 7,18
*Vigor legis.* 4, 15. 2, 11.14
*Vicaria, mutua.* 4,3. 5,19.24. 6,12
*Vires, copiæ.* 7,16
*Viſio, uiſus.* 7,51
*Vilitas parentum.* 3,8
*Viuacitas animorum.* 1,11. 2,12. *animi.* 2,18
*Viburna.* 7,1
*Viuax animoſitas.* 3,9. 4,14. 6,22
*Victibus.* 6,21
*Viſcus confabulat.* 4,3. *concordiæ.* 6, 22
*Via, iter.* 7,37.
*Violentiæ.* 6, 7
*Virgines faretratæ.* 5, 2
*Viſcera.* 7, 9. *totis.* 5, 17
*Vlulans tuba.* 6, 18
*Vlciſci in aliquem.* 2, 18 *paſſiv.* 4,15
*Vmbra uana, imago.* 4,7. 7,36
*Vnctio ſuperna.* 7,11
*Vnicuilibet, ſoli.* 5,3
*Vniuerſitas, copiæ.* 1, 3.
*Vocalitas, uox.* 5,6 4,14
*Volutabrum.* 1,11. 2,5
*Vorago prærupti.* 4,2
*Volumina marina.* 5, 16
*Vrna lecti.* 1,7
*Vrbici.* 7, 15 41
*Vrbana, ſuburbana.* 7,2
*Vſitare colloquium.* 5, 2
*Vſualia.* 1,9
*Vtenſilia, aurei. &c.* 4,14
*Vtilia uictui.* 3,8.12. 4,4.14
*Vuida plena.* 26.*
*Vxoriæ delectationes.* 7,5

Τῷ τρισαγίῳ παντοκράτορι δόξα καὶ χάρις εἰς αἰωνα αἰώνων.

# NVM. VIII.

## AD BARTHOLPHI PEREGRINI DE NANGEIO HISTORIAM PALAESTINAM *ANIMADVERSIONES.*

EDidit ſcriptorem hunc cum caeteris Iacobus Bongarſius, ſed ignote; nos dum nihil non excutimus, hoc titulo hunc offendimus, ut iam pridem alibi ſumus profeſsi. Eſt uero epitoma Fulcherii, ab homine non inſipido, ut tempora erant, concinnata. Neque diffitetur ipſe eum auctorem ſeq. cap. II. Incipit hiſtoriari ab anno Chriſtiano M.XCV. & ad annum. M.CXVI. peruenit, ut uides in fine opuſuli, uiuo etiam Tancredo concinnati. Gallum aut Francum aliunde probes. Inſunt tamen & non paucae locutiones, quae Germanum arguant. Vt cap. XLII. multarum matrum filii: viehler Mutter Kinder. Se repererunt, ſich gefunden. XLIX. quod prorſus Germanum eſt. Capita perdere. c. XLVIII. & alia id genus, ſed tanti res non eſt.

### CAP. I.

Ainricus. *Ainrico.*) Sic hoc uocabulum heroicum ſcribunt alii etiam auctores. Vide ex Oderanno & Abbone a nobis pridem allata, aduerſar. lib. XLVI. cap. XII.

*Omnique in prudentia.*) Sic uocula addita, liber uetus.

*Supra modum.*) Lytris modum excedentibus.

*Imperium ſibi uelle iam ſubdi.*) Id eſt, ultro homines prae ueritate chriſtiana malle falſitates Mahumetis.

Allo-

*Allocutione luciſlua.*) Sic uetus liber. Non bene. Sic melliflua oratio epiſcopi Podien. infra, c.xv.

*Innotuit.*) Omnibus declarauit. Notus uerbi abuſus.

*Tandimodis.*) Nullo modo ſcelerum excepto.

*Rogatu ſupplici.*) V.C. rogatu publici. Tamen illud uerum eſt, humilitatem enim et zelum uiri commendat.

*Aſpirauerunt.*) Conſpirauerunt. Aſpirare.

*Supergredientur.*) otioſe ſe ſuperfundent.

*Abſentibus mando.*) nuntio, annuncio. Mandare enim ſeu iubere Chriſto mox ſoli adſcribitur.

*Inueſtitus.*) firmiter donatus. Inueſtitus.

CAP. II.

*Edictum eſt.*) propalatum, dilatum. Velut propoſito edicto. Et ſic comiter ſeruatur pontificis autoritas.

*Treuiam.*) Inducias, pacem ad tempus. Vide doctisſimum gloſſarium Frid. Lindebrogii ad codicem legum barbararum. Hieron. Bignonii ad Marcolfi Form. lib. I. Treuia

*Nos quidem uero libelli pagina.*) V.C. nos quod in uera libelli pagina, aliorum quoque narratu. Optime.

*Transformare.*) E uariis relationibus in unum librum. Transformare.

CAP. III.

*Sumtuum.*) Vitae neceſſaria exponit gloſſa uetus. Sumtus.

*Oppono.*) V. C. appono. Longiore tamen olim uerbo, ut exiſtimem ſcriptum primitus fuiſſe appondero.

*Lothariae dux.*) Sic & MS.

CAP. IV.

*Obiter.*) Inter itinerandum. Sic & Mſ. liber.

Athela. *Athela*) Mſ. *Adleida*. De ueritate & uarietate huius uocis peculiari capite in aduerſariis.

Artemo. *Artemonibus*.) Fulcherius, cap. VIII. Papias: Artemon uelum nauis breue, quod quia melius leuari poteſt, in ſummo periculo extenditur malus & antemna. Iſidorus lib XIX. cap. III. Artemo, dirigendae potius nauis cauſſa commendatum, quam celeritatis, uelum Eidem adſcriptae gloſſae. Artemo, inſtrumentum arietis. Ita in tribus Iſidori exemplaribus legitur. Bartolphus ea notione uſurpat, qua a Papia exponitur. In Philoxeni gloſſario legitur Armo, προυςέλλιον. De quo quaerendum, non enim aſſentior corrigenti Vulcanio: Armo, περιςέλλω. In gloſſis Iſidori legas. Inſtrumentum ratium. Plura vide apud Gulielmum Philandrum doctiſſimis notis in Vitruuium. In Papia legendum-extenditur altius ad antennam.

Praedux. *Praeduce*.) Vide aduerſar. Lib. CLXVII. c. I.

*Aſperum*.) Interruptum fluminibus rapidis.

*Bugulatum*.) In Mſ. eſt-Butagulum.

*Poſtpoſitis*.) relictis, datis poſt terga.

*Adorſi ſunt*.) Inſolens locutio. Sic tamen & Mſ.

CAP. V.

*Murus inexpugnabilis*.) Mſ. addit-undequaque inexpugnabilis. Tranſſumuntur omnia iſta ordine ex Fulcherio, ſed interpolantur.

*Pigmatici*) MS. *Pincinatici*. Qui iunguntur Comanis etiam apud alios auctores.

Impenſa. *Impenſa*.) Id eſt uectigalibus.

CAP. VI.

*Dolore multo lacrymantes*.) MS. ſic & uere.

Ferociter. *Ferociter*.) audacter, fortiter. Sic Guibertus abbas ſaepius, aliique hoc genus.

*Sexcenta millia*.) Ex Fulcherio, cap. X. Sed nume-

numeri hic & in Fulcherio corrupti ſunt. Nec iuuat. V.C. Sane & Guibertus non abſque ratione Fulcheriana haec coarguit. Lib.VII.c.XLVI.

CAP. VII.

*Solſtitio repercuſſus eſt.*) Scribe cum V.S. Cum ſolſtitio retro percuſſus eſt, quamuis eadem res ſit. Solſtitio repercuſſus.

*Praetenſis inſidiis.*) uelut retibus. Male igitur Mſ.; praetenſi inſidiis, quamquam & eodem ſenſu utrumque capere poſſis.

*Niſi uix illorum.*) In MS. ueritas ſupereſt-niſi auxilio aliorum, tantae multitudini. Illorum, uidelicet qui ab iis receſſerant.

CAP. VIII.

*Reſpectu diuino.*) Quia Deus eorum miſereri uoluit. Gloſſa interlinearis manuſcripti exemplaris. Reſpectus diuinus.

*Excuſſionem.*) Defenſionem. Gl. Mſ. Excuſſio.

CAP. IX.

*Neceſſitatibus.*) penuria cibi & potus. Gl. Mſ. Neceſſitas.

*Verentes.*) dicere debebat-uerentibus-ſed familiaris error talis huic generi ſcriptorum; ut ad Rigordum alibi notatum. MS. nihil mutat.

*Cuſpide protento.*) Sic & liber ſcriptus.

*Conquirendum leuiſſima.*) Euidens Germaniſmus, ſehr leichte einzunehmen. Conquirere occupare. Vt Gulielmus Conqueſtor. Multis alibi.

*Edeſſae quae Rothaſia dicitur.*) MS. quae Rothaſiae docetur. Scribendum: Rothaſiae dominatur, ciuitatem tamen *Roais* dictam ſcribit Fulcherius. Edeſſa Rothaſia.

CAP. X.

*Algore & hyeme.*) MS. calore & h. optime.

*Et muro ualida.*) Scribe cum V.C. & miro ualida.

*Et aquis concurrentibus.*) Scribe ex VS. aquis & torrentibus copioſa. Nihil uerius; cum tres ſint montes in illa maxima ciuitate.

*Comprehenſu.*) V.C. comprehendi.

*Eam ui & ingenio.*) MS. ui aut ing. optime.

Capſianus. *Capſiano.*) Sic & liber noſter. Et melius utique quam Caſſiano, ut alii, cum id nomen ſit Latinum.

*Xanxidolem.*) Sic item V.C. nec improbe.

*Se uallo circumdederunt.*) Recte gloſſ. Mſ. foſſa.

*Noſtrisque multum infeſtari.*) Scribe noſtrosque continuo tumultu infeſtare. Sic enim eſt in MS.

Euadere. *Bene euaſit.*) Etiam hic eſt euidens Germaniſmus. Der iſt wohl davon kommen.

*Quosdam autem puniebant.*) Scribe ex ſenſu autoris & uerbis ſequentibus quosdam capite puniebant. MS. liber enim uulgo deſipit.

CAP. XI.

Altercatio. *Altercatio.*) Inepte pro bello internecino.

*Ac ſi eſſent pecudis.*) Hoc de ſuo iſthoc loco Fulcherio adſuit. Et ſane caeteris parcius de hoc portento loquuntur.

*Exercitiis aut fame.*) Bello aut fame, ſic *exercitia* ſaepius uſurpat Guibertus abbas. Vide eius gloſſarium.

Scurrilitas. *Scurrilitati.*) Libidini, gulae, ebrietati.

*Inuicem ſe.*) meretricibus ab hoc ad illum concedentibus.

*Praeditus.*) Id eſt nobiliter ornatus. Vide doctiſſimi Salmaſii commentaria ad hiſtor. Auguſtam, pag. CCCLXXVIII. nos alibi.

*Prope collocari.*) Non longe a caſtris.

*Diabolica ſeruitute.*) Luxuriae & libidinis obſequio, de quo modo cum ſuo auctore locutus eſt.

CAP.

CAP. XII.

*Caelibem uitam.*) hoc eſt pudicam, ſine mulierum conſuetudine. Caelebs uita.

*Apparuit.*) haec uera non eſſe, aduocatis epiſtolis Anſelli herois, qui rebus interfuit, contendit Guibertus.

*Cur non expleuiſti.*) Haec in ſcripto codice ſigillatim exarata, ſpeciem Hexametrorum praeferunt.

*Dicens, cur non expleniſti quod tibi iuſſi?*
*Noli diſſimulare, nec amplius haeſites urbem*
*Reddere chriſtianis, dominus ſum qui haec tibi dico*
*Omnium* - - - -

*Seruientes.*) Vide ad Gulielmum Britonem, Lib. VII. v. DCCXXXI.

CAP. XIII.

*Clientibus.*) Peditibus, armigeris. Vide idem opus libro V. v. CCCLXVII.

*Rubicundum.*) Scriptus liber - - rubicundum cum aurata quadam aquila &c. Inquirant curioſi. *Fulcherius* ſimpliciter uexillum rubicundum dicit. cap. XVII. Rubicundus.

*Duplicatum eſt.*) Diſplicitum, expanſum. Dicit Fulcherius. Eius uocis corruptionem hoc loco ingerunt membranae, in quibus ſcribitur dufcitatum.

CAP. XIV.

*Adſcitis mulierculis.*) Improbe hoc eis obiicitur, cum multae coniugatae in hoc agmine fuerint. Qui ſi a maritis ſuis ſegregatae manſiſſent, atrociter ſane deliquiſſent utrique.

*Soldanus, rex Perſarum.*) Voculam *rex* omiſerunt membranae. Sed nobis inuitis. Sic enim rex Soldanus iungitur infra, cap. XVI. & c. XVII.

Praetentare. *Praetentare.)* Antequam ad pugnam capitalem perueniretur. Hanc ſententiam habent gloſſae ſcriptae. Pariter infra, cap. XXII.

CAP. XV.

*Et omnia proſpera iis.)* Scribendum cum V.C. *ut* exinde omnia proſpera ad eos reuenirent.

*Yuo de Grentemaisnil.)* Manuſcriptus liber Guielmum uocat. Videantur caeteri auctores; nos enim talibus immoraturi non ſumus.

Deſolatorius. *Deſolatoriis.)* contrariis ſolationi.

*Capita perdidiſſent.)* Germaniſmus iterum clarus.

*Sed hactenus.)* Scribe cum MS. ſed hactenus haec. Modo ad propoſitum ordinem reuertamur.

CAP. XVI.

Tutare. *Tutauit.)* Non ſollicito hanc lectionem, nihil enim noui habet, cum ſic *tuerentur* παθητικῶς legatur etiam infra, cap. XLVIII. Tamen in libro peruetuſto ſcriptum eſt - incurſionibus ita tuita eſt. Et ita loquitur Guibertus abbas, lib. III. c. IV.

Inſpirare. *Inſtinctu ſpirauerant.)* Lege *inſpirauerant* ex V.C.

Magnanimes. *Magnanimes.)* Sic & MS. Vide in aduerſariis ex Mſto libro Herici Altiſſiodorenſis.

*Inter haec etiam contigit.)* Perperam haec uirgulis incluſa ſunt, exſtant enim tam apud Fulcherium, quam in membranis noſtris antiquis.

*Releuatum.)* Scribe *reuelatum* cum V.C.

Reconciliatus. *Reconciliato.)* Adde uocem *Deo* ex V.C.

*Et aequali numero.)* Scribe-ut aequali numero.

*Tam potens eſt ſub caelo.)* Elegans hic reſtitutio debeatur libro noſtro. Clare enim in eo legitur: Quis enim Deus aut homo tam potens erit ſub caelo, ut eius auxilio, de manibus Perſarum, & meo comitatu hic populus liberetur.

*Beati*

*Beati Petri.*) Is enim Antiochiae ſediſſe dicitur. Anaſtaſius Bibliothecarius. B. Petrus primus ſedet cathedram epiſcopatus in Antiochia, annos VII. noſter infra, cap XIIX.

*De omnibus Francis.*) Melius liber uetus: quod defenderet ſe de ducibus Francis. Sententia enim eſt omnes Francorum principes unum ſe profligaturum. Hoc totum noſter Bartolphus aliunde habet. Nam Fulcherius paucis uerbis hanc legationem tangit.

*Vt quisque pro poſſe ſuo annonam equis.*) Sic ſcribendum, aſſentientibus membranis. Et ſic ſupra, cap. XIV.

## CAP. XVII.

*Legione gladiatoria.*) Longis & acutisſimis gladiis pugnante. Guibertus lib. VII. cap. XI. Solent enim Lotharingi tum longitudine tum acie ſpathas habere mirabiles. Vide notata ad caput XX. Fulcherii ex Germanico eius gloſſatore. Legio gladiatoria.

*Bellum fore ratus.*) Certam imminere fugam.

*Scaccis ludebat.*) Luſu regio. De quo iam docti multa notarunt, & nos alio loco. Scaccis ludere.

*Phylacteriis.*) Signa dicit ſeu ueſtimenta certa, indicantia ordinem ſacerdotalem, a Iudaeorum phylacteriis. Papias: Phylacteria erant pittaciolae cartarum, quas in fronte portabant Iudaei, in quibus ſcribebant decalogum. Sed aliter alii, & quidem uerius ad hunc locum. Gulielmus Durandus, lib. I. cap. III. num. XXVI. de diuinis officiis. Phylatteria eſt uaſculum de argento uel auro, uel chryſtallo, uel ebore, & huiusmodi, in quo ſanctorum cineres uel reliquiae reconduntur, &c. Phylacteria.

*Comprehendere.*) Id eſt capere, captiuum abduce- Comprehendere.

ducere. Numerus tamen incredibilis eſt. Et in talibus fidem Paganorum, ut noſter hoc loco, ſecuti, cum mentientibus mendacia dixerunt.

CAP. XVIII.

Simul tenens. *Simul tenens.*) Germaniſmus iterum clarus, zuſammen halten. Id eſt ſimul tenere. Vno loco, uno agmine continere.

*Deo in auxilio.*) V.C. Deum in auxiliare ſaepe uocando clamore undique exorto &c. Optime omnino.

*Romani Imperii.*) Omnem occidentis potentiam dicit. Veriſſima autem & notabilis diuinae maieſtatis compellatio, inſignem ſcriptoris pietatem notat.

*Pretium opus ſuperabat.*) Ouidii. II. Metamorph. Materiam ſuperabat opus. Cenſorinus princ. Diei Nat.

*Strata quoque.*) Cuiſſinos & tapetas lectuales exponit gloſſa manu exarata. Optime.

*Agone diutino.*) diuturno praelii labore. Gloſſ. Priſca. ſic autem legendum. Sic diutina obſidio. Infra, cap. XXVII.

CAP. XIX.

Conceſſus. *Conceſſu tamen heroum.*) Hoc negant omnino alii. Et ut Hugonem hunc criminis excuſent, laborant, ut uides in Guiberto Abbate. Eadem uerba ſunt apud Fulcherium, cap xx.

*Cuius anima beata requie.*) Scribe ut eſt in membranis. cuius anima benedicta requie. &c.

CAP. XX.

Affinis. *Huic affinem.*) Inſere uerba ex MS. affinem ſed multum ualidiorem.

*Obſidione coacti.*) Et haec deturpata ſunt. Scribe, ex uetere libro: qua obſidione circumdata uiginti dierum ſpatio, obſeſſis fortiter obſiſtentibus coacti, machinis paratis. Male iis qui nihil intactum relinquere poſſunt, etiam in tantillo auctore.

CAP. XXI.

Conſtructus. *A ueteribus antiquitus conſtructum.*) Magnam antiquitatem caſtri his uerbis indicat; nec mutandum eſt aliquid. De filio Cham, inepta res eſt. Et traditur tamen tanquam lectione comperta a Fulcherio, qui auctores ſuos edere debebat.

*Eorumque legatione.*) Fraude Raimundi comitis, ut tradant alii, quod diſſimulat Fulcherius.

Pra-

*Probus miles.*) Id eſt, fortis & ſtrenuus. Vide commentaria ad Gulielmum Britonem. Probus miles.

*Quindecim dierum.*) Locutio Gallica, *quinze iours.* Haec autem de fictione lanceae ex Fulcherio ſumta refutare uoluit Guibertus abbas. Videat lector.

*De bello fruſtratis.*) uano rumore praelii ſublato. Fruſtratus.

*Moram fecerunt uel morati ſunt.*) Scribe cum Mſ. re moram fecerunt, uel morari ſunt coacti. Moram facere.

*Meſſis in arca erat.*) Scribendum in area.

*In qua Tyrius Apollonius.*) Vides antiquitatem fabulae, de qua ad ſuperiores ſcriptores pluribus. Inſigne ſane & felix figmentum fuit, quod genium etiam habet, prae mille aliis diuturnum.

*Etenim maritimam.*) Id eſt, *oram maritimam* neque mutat Mſ. Ita Fulcherius - a dextera parte reliquerunt maritimam. Sic enim & ibi V. liber. Ora maritima.

CAP. XXII.

*Solis cultoribus.*) V.C. non ſolis recte. Abundantiam enim dicit eam, ut etiam alio potuerit uenum euehi.

*Totum eſſe ciuitatis.*) Omnem ſtatum. Eſſe totum.

*Eis auxilium fore.*) Scribe cum ſcripto libro - ferre.

*Crucibus & textis adſumtis.*) Scribe & cereis *adſumtis* uel *taedis.* Manuſcriptus tamen codex a uulgata ſcriptura non abit. Eundem ſeruat & Fulcherius, cap xxiv. Sic infra Noſter, cap. xxxvii. Barbari quoque, quia omnium nationum gens in urbe uocabatur; ei obuiam cum crucibus & cereis pſallentes & cantantes, proceſſerunt.

*Pacis oſculo.*) Chriſtianis iam ab antiqua eccleſia uſitato. Vt multis alibi dictum. Paullinus ad Cytherium. Oſculum pacis.
Tunc ambo nexi ad inuicem dextram damus
*In oſculo pacis ſacrae.*
Oſculum ſalutationis ſanctum. Liſiardus, cap. III. Vid. aduerſar. lib. CLII. cap. III.

CAP. XXIII.

*Viuentem in ſecula ſeculorum.*) Poſt haec uerba oratio longior exſtat in membranis, ſed monachalis ualde, nec auctoris ſtilum ſeruans. Inſuper mendis obſita, quare eam, cum Bongarſio, omiſimus.

CAP. XXIV.

*Rarius concinentia.*) a ſeſe diſſidentia. Concinens.

*Fore inuentum.*) eſſe. Sic & Mſ.

*Iuda praemonſtrante.*) Ita & ſcriptus liber. Nec dubite

bito ueram auctoris ſcripturam eſſe, fabulae alicui innitentem. Quid uero de crucis hac inuentione ulterior antiquitas crediderit, habes apud Socratem lib. I. Hiſtor. Eccleſ. cap. XIII. B. Paullinum Epiſt. XI. Ex quo forte hic ſcribendum - Iudaeo praemonſtrante. Scribit enim Paullinus ad ſuam ipſorum impietatem deuincendam, Iudaeos etiam cruci inueniundae ab Helena adhibitos. Vide & Sulpitium Seuerum libro II. Hiſt Sacrae.

*Patibulo affixum.*) Sic uocant crucem Chriſti alii item auctores. Sulpitius Seuerus lib. II. duabus prius fruſtra crucibus admotis, ubi Chriſti patibulo attactum eſt, fumus inter ſpectatores ſuos aſtitit.

Duodeni. *Duodenis.*) *Duodennis* legitur etiam in V.C.

CAP. XXV.

*S. Annae.*) Erat ibi monaſterium nonnarum. Vide Guibertum lib. VII. cap. L. Hodiernum loci ſtatum uidere potes apud Ioan. Cotouicum, lib. II. itinerar. cap. XIII. De locis in urbe caeteri, item Iacobus a Vitriaco, & Bonauentura Brocardus.

CAP. XXVI.

Inundatio pluuiarum. *Inundatione pluuiarum.*) Cum maximae & continuae pluuiae fiunt, ut omnia inundentur. GL. MS.

*Cuius ſepulcrum*) Vide Cotouicum dicto loco.

*Iherichо ciuitatem.*) Septem milliaribus ab urbe Hieroſolymitana, ut hic monet gloſſographus.

Diluor. *Diluuntur.*) *Deluuntur*, eſt in MS.

CAP. XXVII.

*Difficileque eam.*) In Mſ. eſt difficile quoque eam.

*Penuria coactae ſunt.*) In ſcripto eſt coarctati ut infra iterum hoc capite.

*Per ſex dies*) Dicit ſex diebus illis nihil aliud laboraſſe, quam ut longe forſan duratura obſidione, de potu ciboque proſpicerent neceſſaria. Vetus Scholion.

*Compertae ſunt.*) Scribendum corruptae ſunt.

*Vbi dux Gothofredus ſedebat.*) Germaniſmus.

*Muroque ſupereminens.*) Scribe quae muro ſuperem.

Intro. *Intro*) Id eſt intus. Membranae habent infra quod eſt ex Atticiſmo temporum. Vide ad Gulielmum Tyrium, & alios.

*Arietibus & ſcrophis.* Alibi de his ad G. Britonem.

*Noſtros repugnare caeperunt.*) Sic & Mſ. liber. Et ſunt pleni talibus barbariſmis hoc genus auctores.

Fun-

*Fundibaliſtae.*) Scribe fundibuliſtae. Fundibuliſtae.
*Audacitatis & probitatis.*) Pariter liber uetus.

CAP. XXVIII.

*Scuta incenderentur.*) plus etiam eſt in libro uetere. ſcuta incenſa flagrarentur.
*Arce una.*) Turres ampliores *arces* uocat. De ea re ad lucem plurium ſcriptorum alibi.
*Confuſa.*) Sic & membranae. Sed lege *contuſa*. Confuſa.
*Sponte acturam.*) Scribe cum V.C. q. tractam ſponte uerſus turrim noſtram uerti.
*Ambo fratres.*) Mſ. *quidam duo fratres.*
*Templi clauſura.*) qualicunque clauſtro templi. Templi clauſura.
*Tenus ſuras.*) non tantum dicunt caeteri. Manuſcriptus liber rem etiam ultra agit tenus ſuras & genuum iuncturas. Vulgatum illud melius. Surae.

CAP. XXIX.

*Gaudii lacrymae.*) Multa de his ad Petronium in aduerſariis, Claudianum, & alibi. Gaudii lacrimae.
*Factis omnibus.*) Mſ. o factum magis omnibus adm.
*Eccleſiae & orientalis.*) Dele uoculam &.
*Spiritus ſancte amborum paraclete.*) Sic & V.C. Intelligit ex ambobus procedentem.
*Conſilium tuum antiquum eſt.*) Pariter. V.C. Dicas ſcripſiſſe Bartolphum autenticum. Sed nihil muto.

CAP. XXX.

*Scutigeris.*) Armigeris, clientibus, peditibus. Ad Britonem. Scutiger.
*Lapidum.*) gemmarum omnis generis.
*Talenta.*) Sic & Mſ. cum gloſſa monetam. Talenta.
*Multorum uiſcere.*) Sic legendum cum Mſ. uiſc uſum ſingularem uocis ad Claudianum.

CAP. XXXI.

*Sepulcrum eradicarent.*) Adiicitur uox in V.C. ſepelirent, eradicarent, atque funditus eruerent. Eradicare.
*Inter ſe concludere.*) Scribe cum Mſ. intra ſe.
*Ferro circumuenire.*) occidere, penitus euertere.

CAP. XXXII.

*Vnius matris filii.*) Locutio germanica.
*Grandine diſtento.*) Maſculam facit grandinis uocem, & ſic alibi. Cap. XXVII. crebro telorum grandine. Neutro enim loco membranae quid mutant. Grando diſtentus.
*Cacumina prorumpentes.*) Emacula arborum cacumi-

ſaina perrepentes. Rem pariter narrant alii ſcriptores, qui opera ſua in hac uictoria finierunt.

*Iordanis & palmas.*) De hoc utroque more memini quaedam ad ſuperiores ſcriptores notare; qui inſiti ſunt margini uerſus trochaici, emaculandi ſunt ex altera deſcriptione huic libro ſubiecta.

CAP. XXXIII.

Vecturae. *Vecturis acquiſitis.*) Camelis, equis, mulis, bouibus, aſinis. Expoſitio manuſctipta.

*Ernulfo depoſito.*) Arnulſum uocant alii, & Gulielmus Tyrius praecipue, qui nihili hominem deſcribit.

*Excedere.*) Praeſtantiorem illo eſſe.

*Nauigio.*) Expeditione maritima. Claſſe.

*Pro oportune.*) Scribe - peroportune.

*Vbi natus eſt Chriſtus.*) falſum hoc. Sed tamen ita loquebantur ueteres. Vt cum Chriſtum impius apoſtata Iulianus Galilaeum dixit. Ita Hieronymus uetus poeta, cuius fragmenta dedimus, lib. LXVII. aduerſar. cap. II.

*Quem tanto armorum concurſu quaeritis? illi*
*Reſpondent: Iheſum Iudaea Nazareth ortum.*

Inſidiati. *Inſidiati.*) παθητικῶς. Neque mutat liber uetus.

*Affines ſuos.*) proprie, uicinos dicit. Sic infra XXXVIII. & Fulcherius, cap. XXXIX.

*Dum ſederent.*) dum eam obſiderent. Verbum hoc diuturnum tempus ſine utilitate denotat; ut ſupra cap. XXVII. apud Guibertum, lib. VI. c. XXIII.

Circinus. *Circino.*) cincinno dicere uult. Et ſic alii. Albertus Aquenſis, lib. VII. cap. XXIX. Fulcherius cap. XXXIII. Liſiardus noſter, cap. VI. & alii.

*Eum ſuccurrendum.*) Sic etiam membranae.

CAP. XXXV.

*Sed ſeruus & protector patriae.*) In manuſcripto exemplari clare legitur, Conſeruus & protector.

Collocans. *Collocans.*) fidei eius credens.

Obiter. *Obiter.*) per uiam, infeſſa uia. Sic alibi.

*Quare cauendum erat.*) Melius Mſ. q. c. haberet ſilueſtre

Calamella. mel neſcio an zuccaram putet. Sed ſolent calamellam uocare hoc genus autores. Eamdem rem eſſe docet Liſiardus cap. II.

CAP. XXXVI.

*Armari atque armatos incedere.*) Sic & Mſ.

*Praetermittens.*) Melius Mſ. praeterea mittens.

*Poſt*

*Poſt-acies.*) Barriere guarde. Poſt-acies.
*Innotuerunt.*) Notum fecerunt. Innoteſco.
*Sed quia locus ille hinc mari.*) Membranae - ſed quia locus ille hinc mari, hinc rupibus coarctatur, quem inque ſic ordine praetermiſſo incedendum fuit. Scribe: ſingulo cuique non ait, tuliſſe arctitudinem ſemitae, ut plures iunctim irent, latet tamen alia lectio, & profundius mendum.
*Paulliſper.*) Id eſt, *paullatim.* Mſ. nihil mutat. Paulliſper.
*Excubati ſunt.*) Excubias per uices egerunt. Vel - ſomno peruium ſunt excluſi. Excubari.
*Deſtinati.*) Concluſum habentes. Deſtinati.
*Clientibus.*) peditibus. Vid. ad Britonem.
*Angiportus.*) Scholia uetera anguſtas & curuas ſemitas exponunt. Pariter Fulcherius cap. 35. Angiportus.
*Infeſtati ſunt.*) Infeſtauerunt.
*Fugiebant.*) V. C. confugiebant. Vere, ſic enim ſit hexameter uerſus, ut tales noſter ſolet affectare.

*Partim ad naues, partim ad montes confugiebant.*

*Clientelas.*) caſtra, uel cuſtodias rerum.
*Phaleris.*) Impedimenta omnia & exercitus ſarcinas ſic uocat. Phalerae.
*Maritimam.*) Oram, ſcilicet.
*Hoſpitata erant.*) Nouis colonis habitata Hoſpitari.

CAP. XXXVII.

*Ab herois*) Sic & Mſ. cum gloſſa principibus.
*Erat enim tunc.*) Concinnius liber ſcriptus. Eratque.
*Obliqui erant.*) Sapienter quid grauius dicere uoluit. Maliuolentiam in utroque agnoſcit Fulcherius. Rem ipſam latius deſcribunt maiores auctores.
*Capita amiſerunt.*) Germaniſmus. Caput amittere.
*Giratis.*) circumquaque peruagatis. Notatur alibi Fulcherius. cap. XXXIX.
*Numquam autem ſeu maris.*) Scribe *nusquam* cum libro manuſcripto.
*Refluxum.*) Erudite neſcio an & uere Fulcherii ſui obſcuriora uerba de refluxu maris naſci interpretatur. Verba Fulcherii ſunt, qui praeſens uidit & de mula ſua deſcendens, amaritudinem aquae guſtu probauit, cap. XXXVIII. Coniicio, inquit, bifariam, locum iſtum ſalſum eſſe, eo quod ſemper montis ſalſuginem glutit, quem unda marginalis indeſinenter lingit, & inſuper, ex decurſione imbrium, de monte ipſo in lacum influentium, ſiue abyſſus in Refluxus.

tantum ſit concaua, ut magnum mare, quod eſt ſalſum, inuiſibili refluxu in eandem abyſſum ſub terra influat.

*Grauiſſimam.*) Scribe *gratiſſimam* ex uerbis modo dicti capitis fine, apud Fulcherium, & membranis manuſcriptis.

Molendini. *Molendini quoque ſi adeſſent.*) Male haec corrupta ſunt. Liber ſcriptus; Molendinia quoque ſicut eſſent, de torrente fontis illius uolui poſſent. Vera ſententia. Nam molendina adfuiſſe, non defuiſſe clare indicat Fulcherius, cap. xxxix. Fons etiam nunc profluit, non minus quam tunc, adeo ut molendini, riuuli eius impetu uolubiles ſemper fiant. *Sicut eſſent,* etiam non parua dicit.

Incultilis. *Incultilis.*) nullum cultum admittens. Sic & Mſ.

CAP. XXXVIII.

*Regno.*) Mſ. regnans. Quod melius puto. Omnia enim iura in eum transferre tantiſper uolunt. Ita poſtea loco Boiamundi in regno ſuſceptus eſt. Alibi rebus neceſſariis expenſis Antiochenum principatum, tum temporis, cum iſta ſcriberentur, regno Hieroſolymarum maiorum redituum fuiſſe exegimus.

*Hugo de Falkemberga.*) Nobiliſſima familia nunc etiam florens. Et noti his ipſis noſtris bellis tres fratres, non ultimi inter clariſſimos colonellos.

Quippe. *Quippe.*) Vocula uacat, ut alibi notatum.

Stolus. *Stolus.*) Claſſis. Quam alibi *nauigium* uocant. Egeſippus lib. II. cap. IX. ubi eſt ſtolus nauium noſtrarum, qui obſideat freta, percurrat maria Romanorum? Stolium, & transtelare, apud Hugonem Falcandum & Mattheum Pariſium alibi illuſtrauimus, non enim capient hae Notae pleniorem talium exegeſin.

CAP. XXXIX.

*Pondus orationis*) Totum argumentum. Confitebatur enim ſe maximum peccatorem, & ſic caeteros ad poenitentiam uocabat. Haec ex ſcholiis antiquis.

*Ne quis ea nocte.*) Prohibitio iſta bonam cauſſam habebat, ait uetus Scholion. Satis certe acute. De re ipſa iungendi hic ſcriptis caeteri auctores.

CAP. XL.

Genas, barbas uellere. *Genas prae dolore & barbas uellentibus.*) Notandus mos ueterum Syrorum, etiam recepta ueritatis agnitione ex idololatria ſeruatus.

*Te Deum laudamus.*) Nota uſum antiquum huius cantici, ſed & uetuſtiorem alibi oſtendimus.

Signa

*Signa.*) Id eſt campanae. Vide aduerſar. ad Caeſarium Heiſterbachenſem, & alibi. Signa.

*Proteſtata ſunt.*) palam profeſſa.

*Nobilis nobilior.*) Scribe ex ueteri libro.

*Haec eſt ſancta dies, ſanctarum clara dierum,*
*Nobile nobilium rutilans diadema dierum.*

*In ſede reformato.*) Diſſenſione enim cum Balduino continuerat ſe a patriarchali dignitate hactenus.

*Memorialis.*) iugiter ſeruata memoria. Memorialis.

CAP. XLI.

*Tam de praeda & captiuis quam de ſpoliis.*) Fulcherius haec ita narrat. cap.XLV. Fecit tunc rex conuentionem cum conſulibus claſſis, gentis Ianuenſis, unde iam mentionem fecimus, ut quamdiu ob amorem domini morari uellent in ſancta patria, ſi, Deo concedente & iuuante, de ciuitatibus Saracenorum aliquam cum ipſo rege,comprehendere poſſent, tertiam partem pecuniae, hoſtibus internis ablatam, illi (Ianuenſes nautae) nulla eis iniuria facta communiter haberent, rex autem primam & ſecundam: Vicum inſuper unum in eadem ciuitate, in haereditatem ſibi obtinerent perenniter. Videntur illa ſuperflua Bartolphi uerba - *quam de ſpoliis* - ad uicum talem pertinere, & ſic corrupta eſſe. Mſ. nihil iuuat. *Eadem de uico uno in ciuitate tradit Liſiardus cap. XIV.*

*Rege prolocuto.*) Verbo regali ipſis aſſentiente, ſic Fulcherius - pace prolocuta, pag.CCCCXX.

*Robuſtam.*) munitam. Gulielmus Appulus Lib.III. Robuſtus.

*Maenia caſtrorum fecit robuſta parari*
*Tuta quibus contra Siculos ſua turba maneret.*

Vide ad Gulielmum Britonem, lib. VII. v. 488. & alibi.

CAP. XLII.

*Exercitulo ſuo.*) Sic & Fulcherius. Exercitulus.

*Quindecies centena millia.*) Improbe uitiatus numerus,corrigendus ex Fulcherio, cap. XLVI. Quia,inquit,nos neceſſitas anxiabat, pro eo quod milites non habebamus, niſi paucos, rege monente, quicunque potuit de armigero ſuo militem fecit, itaque ſimul omnes ducenti & ſexaginta fuerunt, pedites uero nongenti. Qui autem contra nos, undecim millia militum, & unum & uiginti millia peditum erant.

*Praeſignia.*) Elegans uox - inſignia praecuia. Praeſignia.

*Multarum matrum filii.*) Germanica locutio.

*Degeneres iſti.*) Apoſtatas dicere uult.
*Valitudinem.*) uires, robur.
*Vbi interfuiſſe.*) Locutio temporum, ſupra notata.
*Nimis elata facultas.*) potentia iactatrix.
*In iure noſtro.*) Territorio.
*Qua ſic uictrix.*) Quae ſic uictrix, lege cum Mſ.
Vſquequaque. *Vſquequaque.*) Hoc eſt ullo loco aut modo.

CAP. XLIII.

*Omni ſeculo delenda.*) non commemoranda, obliuione damnanda. Contra *memorialis* ſupra, cap. XL. ita infra, cap. XLVIII.

*Signumque ſibi.*) Vexillum haſtae in corpore Arabis manſit, lancea reducta. Ita rem deſcribunt, Fulcherius, cap. XLVIII. & Guibertus lib. VII. c. XLVI. Scribendum itaque ſignumque ibi ſeu remanſit.

*Cannae confringuntur.*) Cannas aereas dicit. Vide Guibertum abbatem, lib. VI. cap IX.

CAP. XLIV.

Euentus belli. *Euentum belli.*) Exitum felicem euentum uocat, uictoriam. Eumdem uſum uocis ſupra notatum memini.

*Armis interfectorum.*) Strategema decipiendi hoſtis. Tale eſt in ſecunda Aeneide. Et Chriſtianorum infra hic, capite ſequenti.

CAP. XLV.

Vittae. *Signa & uittas.*) Pileos & uexilla.

*Et eos & equos.*) Captiuos uiuos ſeruatos dicit, equis praecipitatos. Callide hoc ut qui reſtabant, dolum ueſtimentorum paganorum reſciſcerent.

*Signa ſuorum.*) reſumſerant enim ſua, profligato hoſtili cuneo.

*Teſtatus eſt.*) Lege *triſtatus eſt* & ſic liber uetus. Et mox quod de morte ſua.

Breuigerulus. *Breuigerulus.*) Loquitur cum Fulcherio, qui priorem mendacii nuntium, nugigerulum vocat, cap. XLIX.

*Dilexiſſet.*) Eatenus ſcilicet.

*Deo & ſepulcro.*) Faeda ſuperſtitio in additione terreſtris loci ad omnipotentis Dei uirtutem.

CAP. XLVI.

Vigies. *Vigies centena millia.*) Sic ſcribitur & in V.C. horribile autem iterum mendacium eſt in numero. Corrigendum ex Fulcherio, cap.L. ubi ſic ſcribit. Anno inſequente. M.C.II maio menſe mediante, congregati ſunt apud Aſchalonem

Baby-

Babylonii, quos eorum rex huc miſerat, ut nos chriſtianos omnes deſtruere niterentur. Erant ſimul illi xx. millia equitum & decem millia peditum, &c. Et uitiatum hunc locum arguunt, quae poſtea c. XLVIII, de xx. millibus hoſtium leguntur.

CAP. XLVII.

*Diem ultimum nactus.*) Intelligit naturali eum morte obiiſſe. Aliter alii. Membranae his duabus tribusue paginis mire male habitae ſunt, & ſine editione vulgata nullius omnino pretii. Diem nanciſci.

*Feſtiue Ioppen.*) Mſ. feſtiue peracta, Ioppen-optime.

CAP. XLVIII.

*Si ipſi & ſocii ſui.*) Etiam comite Stephano cum ſociis numquam eo aduecto, non tamen ſe paſſurum hoſtes euadere. Eſt extremus ſociorum contemtus.

*Tanta rebellis multitudo.*) Melius membranae rebellium.

*Vereſcens.*) ad medium ueritus. Mſ. gloſſa. Vereſcens.

*Abrumpere.*) Id eſt *perrumpere.*

*Tuerentur.*) tuti eſſent.

*Prae uelocitate Gazela.*) Vetus Scholion a capreae uelocitate hanc uocem deducit. Non inſcite. Gazela.

*Abruta montium.*) Sic etiam membranae. Abruta montium.

*In ſpeculis ſe dederunt.* Scribe in ſpeculis ſederunt. Et ſic etiam liber uetus.

*Innoteſcunt.*) Notificant. Vide gloſſarium. Ita Liſiardus in ſuo libello. cap. VI. Innoteſco.

CAP. XLIX.

*Epulis ſomnoque functus eſt.*) Melius Mſ. ſomnoque refectus eſt. Epulis fungi.

*Se repererunt.*) Germaniſmus talis, ut pene dicam aſſerere eum Bartolphum ei nationi.

CAP. L.

*Sicis.*) Acinaces dicit. Sica.

*Viſibus eorum.*) frontibus, non enim clauſis galeis muniti erant Turcae, ut erant chriſtiani. Viſus.

*Nil meditantes.*) Id eſt - memores.

*Campum uacuum*) Et hic euidens Germaniſmus.

*Iniuriam ſuam ulti ſunt.*) Loquitur cum Higini fabulis. Ininriam ulciſci.

CAP. LI.

*Expugnare.*) Oppugnare. Incurrere. Expugnare.

*Obſeruabant.*) Sic & Mſ. liquet autem hinc parum gna-

ros Latinitatis fuiſſe hos omnes auctores. Ita Albertus Aquenſis lib. II. cap. XXII. XXXII. &c.

*De ſpoliis*) Ne ſpoliaretur urbs a maritimo milite.

*Priuaretur*) Mſ. pauperaretur.

*Tam ipſe quam alii.*) Tam rex, quam auxiliares.

CAP. LII.

Dilatari. *Dilatatus eſt.*) Dilatauit. Mſ. nihil mutat.

*Tanta perſona.*) Longe aliter de hoc homine Albertus Aquenſis. Vide & Gulielmum Tyrium.

Inuiſus. *Ab omnibus inuiſus eſt.* Odio habitus. Et ſic Mſ. liber.

Diſtrictio. *Diſtinctionis.*) Sic & Mſ. ſed legendum-diſtrictionis; hoc eſt iuſtitiae rigidioris.

Proclamatio. *Proclamationem.*) Appellationem.

CAP. LIII.

Ampla perſona. *Ampla perſona.*) grauis & ingentis ſpeciei. Arnulphus cancellarius & archidiaconus, poſt fuit patriarcha. De eo nemo melius Gulielmo Tyrio.

*Sibi affines.*) Vicinos. Vt ſupra non ſemel.

*Famoſus effulget.*) Scripſit ergo Bartolphus noſter uiuo Tancredo, quem anno Chriſtiano MCXII. oppetiiſſe diſcimus ex Gulielmo Tyrio.

CAP. LIV.

Senex. *Pene ſenex.*) Scribe *plene*, ut eſt in membranis. Cum enim iter hoc ſuſciperet, iam pene ſenex erat Raimundus, ſubſequens tamen uox *plenus*, *bene* hic legi docet.

CAP. LV.

Seditio. *Seditionem.*) Diſſenſionem. Sic ſupra.

*Trigies centena millia.*) Inſcitum iterum mendacium. Et neſcio quae mala manus talibus tam crebro onerauerit non inſcitum alioquin hunc auctorem. Fulbertus de ea re: erant milites noſtri, ut fertur quingenti, aliis exceptis, qui equitabant, & nomine militari non fungebantur, pedites uero noſtri non plus quam duo millia aeſtimabantur. Gens autem aduerſaria quindecim millia, tam de equitibus quam de peditibus computabantur. Error uidetur pleriſque locis ex modo numerandi Gallico natus. Vt cum Fulcherius pag. CDXIX. ait. Mirum dictu ſexies uiginti, quadragies centum diſperſerunt. Hoc eſt CXX. Chriſtiani quatuor millia hoſtium fuderunt.

CAP. LVI.

*Quotquot habere.*) Scribe-haberi, & aſteriſcum in totum tolle, nihil enim deeſt.

CAP.

CAP. LVII.

*Sed erat ualde ſolatium.*) L. validum ſolatium. — Validum ſolatium.

*Eos receperant.*) Scribe cum Mſ.-eos inequitabant. Res clara eſt, & mirum unde tanta mutatio orta.

*Quam milites.*) Id eſt equites non prius ceſſuros campo, quam equites ipſi terga uerterent.

*Cornu ſuum.*) robur. Ex locutione ſcripturae. — Cornu.

*Dromedasque.*) Dromedarios camelos. Nota res. — Dromedarii.

CAP. LVIII.

*Ipſa cometa.*) Genere faemineo. Notata res alibi.

*Intueretur.*) παθητικῶς.

*Stellae quaſi de caelo pluere.*) Prodigium, cuius alibi etiam ſunt exempla. Vide Guibertum lib. II. cap. xix. Ipſa autem uerba Fulcherii noſter hic retinuit. Aut noluit uero hic apud Fulcherium ſequentia reponere, aut illa aſſuta ſunt, poſt mortem ſcriptoris, alia. — Stellae pluunt.

# GLOSSARIVM

## *ad numeros in edito marginales*

## CAPITVM.

*AC ſi, quaſi.* 18. 31. Lib. 152. 10
*Adoleſcens Tancredus.* 53
*Adorſi ſunt, appulerunt.* 4
*Admiraldus Maximus.* 17. lib. 155. 25
*Aelia, Hieruſalem.* 26
*Affecti, male accepti.* 41. 57
*Affines, uicini.* 34. 37. &c.
*Agon, bellum.* 18
*in Albis &c.* 17
*Altercatio, pugna.* 10
*Altus, educatus.* 33
*Annullare.* 35
*Antemuralia.* 51
*Antiochiae deſcriptio.* 23
*Appetere, petere.* 13
*Apollonius Tyrius.* 21
*Arca, de faederis fabula.* 24
*in Arca meſſis, uel area.* 21
*Arcadius, ſummus pontifex.* 41
*Artemones nauis.* 4
*Arx turris.* 28. 46
*Aſini comeſti.* 11
*Aſpirare, conſentire.* 1
*Aſſultum facere.* 27. 41
*Athela. Adlheid.* 4
*Audacitas.* 27

B.

*Barbæ uulſæ in luctu.* 40
*Bellum, pugna.* 16. 30 &c.
*Beneficia, epulæ.* 29
*Berithus urbs.* 21
*Breuigerulus.* 45
*Bugulatus mons.* 4

C.

*Cælebs, caſtus.* 12
*Campana maior.* 56

*Ignes miſſiles.* 27. *caelo ueniens.* 38.39
*Immineat, imperet,* 13
*Incultilis.* 37
*Infeſtare alicui,* 10
*Infeſtati ſunt, infeſtarunt,* 36
*Ingenio & ui.* 9.10
*Inde, de hoc.* 1
*Inclamare, praeconari,* 16.48
*Iniuriam ulciſci.* 51
*Inoleſcere,* 1
*Innotuit, docuit.* 1,36,48.51
*Inueſtitus dono,* 1
*Interſertus.* 13
*Intro, intus ſe,* 58
*Inſidiati, paſſiue.* 33
*Interſignum.* 34
*Inuiſus eſt, odio habitus.* 52
*Inualitudo.* 55
*in Iure noſtro, ditione,* 43

L.

*Lanceae biſtoria.* 16,21
*Latrunculi.* 37
*Lectiones graecae & latinae in eccleſia.* 18
*ſine Lege ruunt & cadunt,* 48
*Leonis inſtar rex.* 57
*Leuis uinci.* 9
*Lictardus, nomen.* 49
*Limbus aureus,* 30
*Lotharia, ringia.* 3
*Lugubris, triſtis.* 40.47

M.

*Matrum multorum filii,* 42
*Mare mortuum, de eo,* 37
*Maritima, feminin.* 21,22.36
*Magnanimes.* 16
*Mediante menſe,* 46
*Mellifluus.* 15
*Mel ſilueſtre,* 35
*Meditantes curantes.* 50
*ex Memoria tollendus.* 43
*Meretrices ex toto mundo.* 11
*Migrare.* 20.49
*Milites & pedites.* 35
*Militia, copiae.* 36
*ſupra Modum carus.* 1
*Molendini, molae.* 37
*Morte reſuſcitati.* 45
*Mulieres caſtris exactae.* 11.15. *non admiſſae. Fulcher. pag.* 420. *Bong.* 10
*Multigenae nationes,* 14
*Muniri, paſci.* 47

N.

*Natalis domini, cultus aliquot diebus.* 37
*Nauigium, claſſis,* 33
*Neceſſitates.* 9
*Nefandi, Turcae,* 1
*Nemus, ſilua.* 27
*Niti ad famulatum.* 5
*Nomiſmata, nummi.* 57

O.

*Obiter.* 4.34
*Obdormiſſe Deum.* 15
*Obliqui, inimici,* 37
*Obuiare.* 31
*Obſeruare, tueri.* 41,51
*Opus ſuperat pretium.* 18.47
*Oſculum ſalutantium,* 22. *lib.* 152, *cap.* 1.

P.

*Palma de Hierico.* 32
*Patibulum crux.* 24
*Phaleris collectis.* 36. *equi.* 57
*Permittere quiete.* 1
*Penetrare, uulnerare,* 1
*Pigmatici gens.* 5
*Poſt irruere.* 45. *a tergo.*
*Poſtpoſitis, emenſis.* 4
*pro Poſſe.* 14.16,18.37
*Pote[illegible] equus.* 18
*Poſt acies.* 36
*Poſteri, extremum agmen.* 45

*Vereſcens, timens.* 48
*Venerari paſſiue.* 25
*Veſtibus quaſſati.* 13
*Vecturæ.* 11
*Velle ſubdi, incipere.* 1
*Vexilla ducenta.* 7. *rubicundum.* 13. *crucis.* 42. *album.* 43
*Viliter perire.* 15
*Vittæ, pilei Turcici.* 45
*Viſibus, oculis.* 50
*Vltus eſt paſſiue.* 51
*Vucis rapti milites.* 7
*Vſquequaque, uſpiam.* 42
*Vt, quod.* 44

## NVM. IX.

AD

# LISIARDI TVRONENSIS HISTORIAM PALAESTINAM

## *ANIMADVERSIONES.*

IN ſcriptis membranis liber iſte hunc habet titulum, LSard. d. Traoms. I. Mihi uiſum ſic interea inſcribere, donec quid certius aliunde ſuboriatur. Maior pars huius ſcriptionis itidem, ut praecedens, quandoque adhaeret traditis Fulcherio. Melioris tamen ingenii eſt iſte, & cordatioris eloquii.

CAP. I.

*Loca ſancta latius.*) Mſ. loca ſacra undique latius. Loca ſacra.

*Proſperatori.*) Vide ad Papinii Thebaidem, Lib. III. v. LXXXI. Proſperator.

*Cautela.*) Id eſt ſapientiae.

*Euphrateſia.*) Sic uocat regionem circa Euphraten. Infra. cap. XXXVI. De Euphratis curſu uide Nubienſem ſia. Geographiam. pag. CXCVII. Syriam cum ea eamdem regionem facit hic auctor. Euphrates.

Si

*Si terras patrias.*) Omnino recte liber ſcriptus.

*Ternas patrias.*) Tres nimirum principatus modo nominatos intelligit.

CAP. II.

Nihilominus. *Nihilominus.*) Scribe - nihil omnino minus.

*Latius introgreſſi* ). In libro ſcripto - *altius* idem eſt.

*Proficerent.*) uſui eſſent, dum eduntur.

Mel ſilueſtre. *Mel ſilueſtre.*) Bartolfus ſupra cap. xxxv.

CAP. III.

Terreti. *Terrebantur.*) docte. Nam & frigus urit: ut Lucretiana imitatione Virgilius-penetrabile frigus-Sadurit.

*Reſcellulis.*) Minutis utenſilibus. Mſ. nihil mutat.

*Vincit omnia.*) Melius Mſ. *uicit* omnia.

*Occurrunt ſibi.*) Haec uerba in libro ſcripto ſic ſunt ordinata. Occurrunt ſibi & quae praeceſſerunt tribus, & nunc ſucceſſerunt tribus, tribus domini, & uere teſtimonium Iſrael. &c.

*Oſculo ſancto.*) Bartolfus cap. xxII. Vide aduerſarior. Lib. CLII. cap. III.

*Terræ baſia infigunt.*) Vide idem caput aduerſariorum. Notum Caeſaris factum dictumque Africam tenentis.

*Annua natalis dominici* ). Ea ſolemnia non uno die celebrantur. Vide Bartolfum, cap. xxxvII.

CAP. IV.

Aſphaltites. *Alphatites.*) Aſphaltites. Et ſic uetus liber.

*Et nominibus perdit & flumen.*) Scribe & nomen inibi perdit, & flumen.

Pentapolis. *Pentapolis.*) Sodomae & ſociarum urbium.

*Sed aqua.*) Scribe cum Mſ. ſed & aquae natura.

*Vt iuſſu ipſo diſcant.*) Lege-guſtu ipſo diſcant. &c.

*Libidinis opera ardere.*) Lege cum Mſ.-libidinis opera currere.

CAP. V.

Propugnare. *Propugnabat.*) Id eſt arcebat, defendebat.

*Tam ſtudioſe.*) hoc eſt *occulte & doloſe.* gl. Mſ.

*Articulo.*) diſcrimine. Saepius ſic loquitur Gulielmus Tyrius. Vide ad eum gloſſarium.

CAP. VI.

*Quia nimis ſecure.*) Mſ. quippe nimis ſecure.

Cir-

*Cincinno.*) Vide ſupra ad Bartolfum, cap. XXXIV. Cincinnus.
*Vt ſibi citato.*) Mſ. ut ſibi quam citato.
*Nullam congregandi copiam.*) Scribe congrediendi copiam - cum libro priſco. Idem uerbum in hoc auctore pariter corruptum eſt, infra cap. XXVIII. & pariter loquitur idem, cap. XLVII. Congrediendi copia.
*Quaſſo labore*) Caſſo. In membrana eſt-caſſato. Quaſſus labor.
*Non minus gaudet.*) Pariter Fulcherius, cap. XXXIV.

CAP. VII.

*Nondumque chriſtianus.*) Membranae - nondum quippe.
*Hoſpitandi.*) Ad ſuperiorum auctorum aliquem notare memini hoc uerbo *pernoctationem* deſignari. Loca facile inueniri dabunt gloſſaria. Pernoctatio

CAP. VIII.

*Aurora.*) Scribe cum libro. - Vbi aurora. Aurora.
*Libratur.*) expenditur. Vide ad Claudianum.
*Non niſi opus eſſe uirtutis.*) Scribe non tuae opus eſſe uirtutis. Mſctus liber ab edito nihil mutat. Scribas potius tamen-non uiſae - Id eſt *caeleſtis*.
*Inualitudinis.*) Imbecillitatis. Sic non ſemel Bartolfus.

CAP. IX.

*Diſtribuuntur.*) Non culpanda lectio: Melior tamen, quam ingerit uetus codex-diſtrahuntur. Diſtrahor.

CAP. X.

*Tota eccleſia.*) Omne concilium. Sic loquuntur ſacrae litterae, ut primo libro Samuel. c. XVII. v. 47.
*Alias uerſabatur.*) Liber - extra ſedem ut alius uerſabatur priuatus. Omnino uere.
*Gloria fieret clamor.*) Scribe cum Mſ. *clarior*.
*Probitatis ſuae.*) fortitudinis. Vide ad Gul. Britonem.
*Expetere.*) Impetere, infeſtare. Expetere.
*Satirici.*) Iuuenalis, Sat. VI. v. CCLXXXVI. ſimilia ſunt apud Grotium Cynegetico, Velleium lib. II. Sulpitium in Satira. &c. Eadem autem Iuuenalis uerba citat B. Auguſtinus. Epiſtol. V. Tom. II. pag. X. Satyricus.

CAP. XI.

*Interiorum.*) Vbi uitia animam oppugnant. Interior.
*Transeuntes per montana*) Mſ. per montanam. Montana.
*Amara amarum.*) Recte eaedem membranae. Supra omnia amara amare amarum. Vide Fulcherium qui ipſe, de mula ſua deſcendens, rem guſtu probauit.

CAP.

CAP. XII.

Girantes. *Girantes.*) circumuadentes.

*Frequentare ſolere.*) Melius V.C. freq. ſolitum colloq.

Collocutorium. *Collocutorium.*) Elegantiſſima uox; cuius exemplum non memini alibi lectum.

Collaudatus. *Collaudatum.*) De laudandi uerbo ubertim alibi.

Cauſatio. *Cauſatio.*) gl. Mſ. *diſceptatio.*

Quaſſandū. *Quaſſandum.*) turbandum, concutiendum. Sic & Mſ.

CAP. XIII.

Viatim. *Viatim.*) dum per diuerſas uias coeunt.

*Primitiui illi.*) Scribit ut remotior ab his. Et fuit ſane.

CAP. XIV.

Dignatio. *Dignationem.*) Amorem humilitatis. Vide Franciſci Iureti commentationes Symmachianas. Lib. V. Epiſt. LXIII.

Deſolatio. *Deſolatio.*) a fortuna deſtitutio.

*Nihil ei ad recuperandum.*) Sic liber antiquus. Vere.

*Vno uico.*) Firmant haec correctionem in Bartolfo noſtram, cap. XLI. Quam tamen lectori extrudendam relinquimus; cum negligentior ille auctore fuiſſe poſſit, quam Fulcherius, & noſter iſte Liſiardus.

Fruſtatim. *Fruſtatim eliſos.*) Comminutos. Franci, generatim omnes chriſtiani milites, notante iſthic gloſſa. De illo ſecus eſt. Nam fruſtatim fractam machinam, milites in terram eliſos dicit Liſiardus.

*Aliis patibulis.*) utpote palis affixos, aut alio tali genere mortis confectos.

Piaculum. *Parati piaculi.*) Legendum - patrati.

Conſules. *Conſulibus Iannenſibus.*) Collegio ſeu conſiſtorio conſiliariorum claſſis Italicae. Sic *conſules* uſurpantur Fulcherio iidem, ut conſules claſſis, cap. XLV. Vide aduerſarior. Lib. CLI. cap. XIII. Viri conſulares Baldrico lib. I. cap. VIII. lib. II. cap. VIII. Et Orderico Vitali, pag. 723.

*Cum rebus.*) Pecuniam ſupra dixit.

Anniſus. *Muro anniſu.*) Scribendum - miro anniſu.

*Ad obſedendum.*) Ita & membranae: Nihilque mutandum, nam ut *obſiſtere* uulgo dicitur, ſic obſidere hic dixit, alludens ſecuritatem paganorum.

CAP. XVI.

*Alterutrum.*) ſeſe mutuo, alter alterum.

Arcadius. *Arcadius.*) Idem de hoc nomine tradit Bartolfus noſter, cap. XLI.

*Pagnis.*

*Pugnis colla percuſſi.*) Vide Guibertum lib. VII. c. XLIIX.

*Penſare.*) aeſtimare, Gallicum. Illuſtratur alibi. Penſare.

*Expetere.*) Impetere, aggredi. Sic ſupra, cap. X. infra, XXXVII.

## CAP. XVII.

*Habentes ſolatium.*) Scholion uetus in margine libri. ·in ligno utinam· ligneum ſolatium. Eraſo uerbo. Haec autem concio, quaeque eam aliae praecedunt, oſtendunt doctrinam & eloquentiam, pro eo certe aeuo, ſingularem in hoc homine. Sane ſic ſcribere mallem, quam quo pacto, cum mirifica iactatione, ſcripſit Guibertus.

## CAP. XVIII.

*Immergunt ſe.*) tamquam in lutum aliquod. Et ſaepiſſime ſic iſti auctores. Immergere ſe.

*De rege in militem transferens.*) Eleganter dictum.

*Enſe dimidiat.*) Longa ſua ſpata Lotharingica, de qualibus ad praecedentem auctorem.

*Et proſternente.*) adde uocem ex Mſ. proſternente reſiſtentes.

## CAP. XIX.

*Minantes &c.*) Clarius Mſ. *minantes etiam.* Minantes.

*Curſorem marinum.*) Mſ. ſcapha prouectum addit.

*Iam iamque.*) id eſt *paullo ante.*

*Detergit.*) Optima Latinitas. Detergo.

## CAP. XX.

*Epiſcopium*) Sedem, ut nunc loquimur, epiſcopalem de qua clarius Bartolphus in eadem hiſtoria. De toto hoc negotio uide Fulcherium, & Bartolphum ipſum, cap. XLVIII. Epiſcopium.

*Vſque.*) tolle aſteriſcum & ſcribe cum Mſ. Cum uſque-peregrinantium copiis comitati. Ibi obſiſtente, Solimano. &c. De hiſtoria alii aliter, in clade tamen maxima conſentientes. Vſque.

*Quo neſciret praecurrentem.*) Fatua lectio. Non enim neſciebat rex quorſum equitaret, ſed eum ſecuturi ignorabant. Oportune ſubueniunt nobis membranae, in quibus ſcriptum offendimus, quo praecurreret neſcientes. Hoc uero facinus ſummae temeritatis fuit.

*In eo qui non.*) Lege cum Mſ. in eo, quia non.

*Alienarum.*) Scribe alienigenarum. Cum eodem.

CAP.

CAP. XXI.

Girans. *Girantibus.*) Id eſt cingentibus. Gloſſ. Mſ. infra, cap. XXVI.

*Ab hoſtibus trecentis.*) Sic habet liber etiam uetus. Tamen dubium non eſt ſcribendum: conſecutis caeteris ab hoſtibus, & retentis. Fulcherius in ea hiſtoria cap LIX. rex &c. quinque ſibi collegis adhibitis, quos diu tamen non habuit, quia ab aduerſariis retenti ſunt. Itaque & alii, qui huius rei meminerunt.

Quantulacunque. *Quantulacunque.*) quantulaecunque Mſ. optime.

Collaetantes. *Collaetantibus.*) Sic ſcribendum.

CAP. XXII.

*Singularem chriſtianorum ſpem.*) Blaſphema haec uerba maximam partem membranae non habent. Verba eius: idcirco maxime quod ſecum in chriſtianorum ſpem omnium, uirtutificum ſignum glorioſae crucis detuliſſent. Illam tamen ſcripturam auctoris puto. Non uidebant enim aut perpendebant, quid ſcriberent in talibus praeſules & monachi, modo militaribus hominibus animum addere poſſent. Suis interim etiam, qua opportunum erat, rebus conſulentes.

CAP. XXIII.

*Equus paratus.*) Sumta ex Fulcherio. cap LIV.

Cauſſari. *Cauſſatur Deum.*) Id eſt, incuſet. Eius rei exemplum eſt Guido, frater Boamundi, falſum nuntium Conſtantinopolim accipiens de clade exercitus chriſtiani, apud Antiochiam, in Guiberti hiſtoria libro quinto, cap. XXVII.

CAP. XXIV.

*Et multos haberet & fortes.*) Sic legendum.

*Peruaſionibus crebris.*) Inuaſionibus.

Statio. *Stationem continente.*) Liber ſcriptus - contutante.

CAP. XXV.

*Miniſtrante.*) gubernante. Sic & Mſ.

Paruiſſimus. *Paruiſſimus.*) Minimus.

*Malignitate.*) potius - malitia.

*Congregati calebant.*) Mira locutio, & tamen non mutanda, nec mutata in libro ſcripto. *Calere* ergo deſidere deſignat, inſtar eorum qui ſe calefaciunt per otium. Sic infra, cap. XLII. per tres continuos menſes, alii contra alios ſedentes, caſtra ſua aſſeruabant, calentes utrimque, & congreſſum ſemper differentes. An a *callo* potius dicta uox. Ita putem ut ſedeant, quaſi callum natibus obducturi.

CAP.

CAP. XXVI.

*Diſſipata uerſutia.*) Diuiſionis inſperato dolo. Verſutia.

*Chriſtus uincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat.*) Iungi haec ſolita in confitendo Dominum Chriſtum, indicio eſt turris Argentoratenſis; globo, ſi ſatis memini, eius ſic inſcripto.

*Eosque recto * eccleſia Deo iuuante.*) Peſſime corruptus locus. Scribendum, cum manuſcripto, qui hic inſigne operae pretium facit: Quod cernens rex cum ſua acie totum ſe periculo exponit, Turcis ſe cordatisſime opponit eosque giro excedere, Deo iuuante, compellit, fortisſimo impetu diſſipatos.

CAP. XXVII.

*Peremtis.*) Emenda, ex eodem libro-peremtis aliis, alios in fugam uertit. Optime omnino. Peremtus.

*Iaculato.*) Mſ. adiaculato. Optime.

*Capeſſendam.*) Capiendam, captiuandam. Capeſſere.

CAP. XXVIII.

*Vt rota.*) Ex Pſalmo LXXXII. ὁ θεός μοῦ θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχὸν, ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμȣ. Appollinarius.

Οἷα τροχοὶ σύμπαντας, ἄναξ, περιηγέα δοίης,
Ἤ ἅτε καρφομένην καλάμην κατέναντι θυέλλης.

*Alburni.*) In album declinantis. Sic infra, cap. XL. alburnus calor. Fulcherius, cap. XIII. XVI. LXII. LXXVIII.

*Inſtar telae lineae.*) Verba Fulcherii, etiam Bartulpho uſurpata. Qui ſuam hiſtoriam in hoc prodigio claudit.

CAP. XXIX.

*Efferueſcentes.*) Inſtar aquae ebullientis per feruorem. Efferueſcens.

*Inſidias tetenderunt.*) Sic legendum ex Mſ.

*Verum Iopitae.*) Sic ex eodem reſtituendum.

*Vel ad congrediendum aliter, quam erant, ordinari.*) Sic legendum ex iisdem membranis.

*Articulo.*) diſcrimine ultimo. Vide ad Gulielm. Tyrium.

CAP. XXX.

*Aſcalone.*) Emenda-Aualone. Fulcherius, cap. LXII. de eadem re: Boamundi milites ſeptimo Idus Octobris

naues ingreſſi, Bulgariam nauigauerunt & Aualonis portui applicuerunt. Et Aualone urbe illa citiſſime accepta Duratium ciuitatem obſederunt.

*Protrahere in bellum.*) Elicere ad pugnam & praelium.

*Reſeruare debere.*) Sic legendum.

*Praeſcribebat.*) argumentis ſe tuebatur.

CAP. XXXI.

*Minores Ianuenſium.*) Non conſules, ſed minores Scarum, ut tum uocabant, praefecti.

CAP. XXXII.

Portendens. *Quid portendens.*) Sic legendum, ex Mſ.

Norrenſes. *Norrenſes quidam.*) Norvvegios & Danos ſic appellat Fulcherius, cuius uocem ſequuntur alii ſcriptores.

Solidarii. *Solidariis.*) mercede militantibus. A quibus poſtea & alii, quocunque genere militantes, ſic ſunt appellati.

CAP. XXXIII.

*Probe ſatis.*) fortiter & magnanimiter.

*Eo quod.*) Corrupta haec, ex membranis ſic ſunt reſtituenda. Eo quod duas turres ligneas muro altiores, admotas, de duabus muri turribus Saraceni nocte una iaculantes, mira ſic probitate defenſarunt, ut machinis ad extremum concrematis, regem & ſuos inde recedere compulerint. &c.

CAP. XXXIV.

Prodigium. *Aliquod prodigium extiterit.*) Sic ſcribendum.

*Ex peditibus mille, ducentis &c. extinctis.*) Sic legendum ex fide etiam ueterum membranarum.

CAP. XXXV.

*Areſcentibus mortalibus.*) Locutio ſcripturae.

*Mortis imago.*) Metus. Virgilianum.

CAP. XXXVI.

*Quaedam media.*) Mſ. quaedam media ſui ex parte.

*In caueis delituerunt.*) Speluncis, & antris montium. Sic antrorum caueas dixit ſupra, cap. VII.

*Furoris ſui faciendi.*) Mſ. furoris ſui faceſſendi.

CAP. XXXVII.

*Inualetudinem.*) imbecillitatem, defectum. Sic ſupra, cap. VIII. Bartolfus, cap. LV. &c.

*Chriſtianos exceſſiſſe.*) V. C. ſeceſſiſſe. Optime.

*Quaeque.*) quaecunque. Gloſſa mſ. Mira autem, eo aeuo uis loquendi eſt in reliquo hoc capite; mira itidem doctrina, quouis magni nominis auctore digna.

Ope-

*Operatur nobis.*) Scribendum cum Mſ. in nobis.

CAP. XXXVIII.

*Nauigio alterius ingreſſis.*) Legendum *altius*. Et uide Nauigio in Fulcherium cap. LXXVI. Qui huic regis itineri adfuit, & gredi. de mari rubro non poenitenda narrat.

*Mortis timore perterritus.*) Iteratur hoc. Et probiſſime liber uetus - anathematis timore perterritus Sic quidem etiam alii auctores. At quia Fulcherius ſcribit, aegrotum ad mortem regem, ſemouiſſe comitiſſam hanc aliquis dubitet. Ego uero nequaquam. Mors enim neutiquam tam propinqua regi fuit; ſed ne uideretur mandato alterius coactus paruiſſe, ante anathema ſibi illatum, remouit Adlheyden, morbum periculoſiorem fingens, quam erat. Tale quid facile ſubodoreris, ſi diligentius legas quae in hancrem ſcripſerunt Gulielmus Tyrius lib.x. cap XXIX. Sed omnem ſcenam rei aperit Albertus Aquenſis, citra omnem dubitationem princeps hiſtoricorum horum omnium, qui iam ſub interdicto fuiſſe Baldevvinum dicit, cum conualeſceret, lib. XII. c. XXIV. Cautus igitur noſter hic auctor, & anathematis & mortis metu iunctim motum regem memorat. Mortis timor.

*De paradiſo illo.*) In aduerſariis monuimus eorum nobis opinionem prae caeteris probari, qui poſt lapſum protoplaſti, paradiſum omnino ſublatum ſtatuunt, qua re recepta, & haec diſputatio componetur. Paradiſus.

*In ſupinis.*) Scribe - in ſupernis. De locuſtis ſequitur Fulcherium, cuius caput LXVII. uidendum. Supernus.

CAP. XXXIX.

*Reuertentes.*) Locutionem hanc barbariorum temporum, multis illuſtramus in libris aduerſariorum poſtremi uoluminis

*Protenderet.*) Hic etiam *portenderet* eſt in Mſto. Portendo.

*Suſpectos coniectores fecit.*) Lege *ſuſpenſos.* Coniector.

*Propinquantem.*) Sic legendum.

*Occurrente deſuper luna.*) Sic legendum.

CAP. XL.

*Alburni coloris.*) Supra, cap. XXVIII

*Albeſcebat.*) Sic legendum. Et mox - candeſcerent.

*Praemiſſo praeſignari caſu.*) Sic legendum, ex Mſ.

*Magnatum.*) Sic legendum, ex Mſ. Magnates.

CAP. XLI.

*Papilionum ſudibus.*) Mſ. *ſudiculis.* Sane ſudium Sudes.

uox grandior uidetur lecticam ipſam aggrauare.

Per dies. *Per dies.*) In dies. Monitum ſupra. De morte regis huius optimi maximi, aliter alii. Lege Albertum.

Inteſtini. *Inteſtinis.*) Separatim haec ſepulta, docemus ad Gulielmum Britonem.

CAP. XLII.

*Calentes.*) Vide ſupra ad caput. XXVI.

Optato. *Optato.*) Vt pridem optauerant.

Celeberrimus. *Celeberrimum.*) Hanc uocem non habet liber uetus. Puto legendum: quod ſi forte ipſis nihil conferat damnatis, quomodo & quare perierint noſſe; ſequentibus tamen forte prodeſt, cognitis aliorum ruinis, aliis cauere ruinoſis.

Ruinoſi. *Ruinoſi*, quibus ruina imminet, quique eam meriti noſcuntur. Hiſtoriam hanc Rogerii interfecti deſcribit Gauterius cancellarius, ſuperioribus diebus a nobis recenſitus.

CAP. XLIII.

Ignorari. *Proinde non ignoretur.*) Sic legendum. Et huc collocat uocem ſupra male inculcatam liber manuſcriptus: hoc modo. Proinde non ignoretur celeberrimum hoc Antiochenos omnes fere. &c.

Adulter publicus. *Adulter publicus.*) In propatulo crimini huic indulgens. Gulielmus Tyrius, lib. XII. cap. X. Dicitur autem hic idem princeps Rogerius, homo fuiſſe perditiſſimus, incontinens, parcus, & publicus adulter. Fulcherius; cap. LXX. Iuxta uxorem ſuam ipſe princeps cum pluribus aliis adulterium committebat.

*Eſſet praelatus.*) Qui imperaret ſibi ſimilibus.

Vitiorum ſerui. *Vitiorum ſerui.*) Vide multis ad Claudianum & Auguſtinum.

*Quaſi ex adipe.*) Prouerbialis locutio. Et ſic Balderi-cus Dolanus. Lib. III. cap. VII.

*Vltra ferre multa.*) Scribendum - ferre inulta.

*Ex congruo planctu proſecuto.*) Sic legunt membranae. Abundat autem uocula ex, ut multis alibi dictum.

CAP. XLIV.

Disgregatus. *Disgregata.*) diuulſa. Sic & liber ſcriptus.

*Multo latius hoc habens.*) Mſtus liber: Multo latius ſic imperans, quam ueterum quilibet regum Iſraelitarum. Quis negarit puram hanc eſſe ueritatem?

CAP. XLV.

Conſuetudo. *Conſuetudine.*) tributis & uectigalibus. Fulcherius cap. LXXXII. anno ab incarnatione IESV CHRISTI, poſt mille-

milleſimum centeſimum, uigeſimo, abſoluit rex Balduinus ſecundus ab omni exactione omnes, qui per portas Hieruſalem, frumentum, aut ordeum, ſiue legumina inferre uoluerunt, ut habeant facultatem liberam ingrediendi portus &c. Tam Saraceni quam chriſtiani. Remiſit inſuper mercedem modii conſuetudinariam, &c. Plenius Gulielmus Tyrius lib. XIX. c. XV.

*Quam iumagium uocant.*) Sic & ſcriptus liber. Iumagium.

*Propriae faciendum.*) Satisfaciendum. Mſ. poterat etiam legi - fauendum.

CAP. XLVI.

*Murata.*) Vide ad Gulielmum Britonem lib. VII. v. CCCCLII. & aliis duobus locis. Murata.

CAP. XLVII.

*Equites trecentos.*) Mercede conductos. CCCC. fuiſſe ait Fulcherius, ſecundum quem iſta corrigenda ſunt cap. LXXXIII. continuo rex ad eos properauit, habens ſecum trecentos milites lectiſſimos, & clientes conductitios probiſſimos.

*Viciſſe uidere.*) Verbum *uidere* dele cum Mſ.

*Mille ducentos.*) At ſeptingenti tantum modo dicebantur. Fulcherius MCC. equites agnoſcit, & inſuper globum peditum non exiguum.

*Sequenter.*) Elegans uocula. Et ſic Mſ. Sequenter.

CAP. XLVIII.

*Carabos.*) Nota nauium certarum appellatio. Carabi.

*Habetur in manibus annus.*) Quem praeſentem uiuimus, dicere unlt. Scribendum autem non centum ſed CXX. nauium. Tot enim nominat Fulcherius, cuius ipſa pene uerba ſequitur luculentus alioquin hic autor.

*Vt ultra iactum ſagittae.*) Libri ſcripti margini inſcripta ſunt haec uerba; Apud Godeſcallum talis machina legitur, quae ad paſſus quingentos iaculabat talia ſaxa, quasia unus equus trahere non poſſet. Quis hic Godeſcallus non memini, niſi forte is, quem Henrici tertii imp. tempore dicunt Praepoſitum Aqueaſem fuiſſe, & alia item in litteras miſiſſe. Sagittae iactus.

CAP. XLIX.

*Membratim nauibus illatis.*) Per membra diſtinctis, ut facile poſſent recompaginari. Gloſſ. Mſ. Membratim.

*Claſſe LXXX. fere habente.*) Scribe cum Mſ. LXXXX. naues ſuſtinente. Sic diſerte membranae.

CAP. L.

Inſtantiſſime. *Inſtantiſſime proſternendos incumbentes.*) Sic legendum, manuſcriptus codex hic uerbis aliquot auctior eſt, ſed omnino praeter rem.

*Hoſtium parata*) Lege cum Mſ. patrata. Vt & ſupra.

*Dignatione.*) fauore ſatis humili.

*Reportata.*) Auctor Mſ. reportata & repoſita.

*Callentem.*) Sagacem. gl. Mſ.

CAP. LI.

Funes praeciſi. *Alias funibus praeciſis.*) Auctior liber uetus, alias ignibus iniectis, & funibus uelorum praeciſis.

CAP. LII.

*Liberatio regis.*) Omnia haurit ex Fulcherio; ſed multo melius illo loquitur Liſiardus noſter.

*Sarcinati.*) Onuſti Sarcina onus, quantum quis portare poteſt. Auctor fragmenti Guiberto ſubiecti: *Non milites eos, qui aduenerant, ſed negotiatores, non arma;* ſed uenalia quis aeſtimare poſſet. Ex quibus ſarcinae componentur quingentae.

*Caſtrenſibus.*) Caſtri incolis.

*Cuſtodum*) Lege *cuſtodiam*, cuſtodes, mox, *intentam.*

Semicinctia. *De ſub ſemicinctiis ſuis.*) Semicinctia, tunicae breues, uix ad genua pertingentes. gloſſ. Mſ. *De ſub*, de partibus ſemicinctio tectis. De ſemicinctiis uide commentaria doctorum ad Petronium. Omnia autem haec Fulcherii ſunt. Eum refutat cum dicit narrationem nec prolixam eſſe nec oneroſam. Longam enim dixerat Fulcherius.

CAP. LIII.

*Simul contradixerant.*) L. condixerant. Ita ſupra cap. IX. ſicut condictum erat.

Properanter. *Cur non properanter.*) Cur tam properanter. Mſ. optime, & ex re ipſa.

Conuiator. *Conuiator.*) dux & comes uiae. Inde hodiernum, conſoy, Fulcherius cap. XLV. LXXVIII. LXXXII.

CAP. LIV.

*Qua obſeſſus tenebatur.*) Diſputatio hic ineſt libro ſcripto, an ſapientius emiſſus fuiſſet rex, & retenti caeteri; quae ad auctorem tamen hunc non facit.

CAP. LV.

Recollocata. *Recolata.*) Recollocata.

*Qua-*

*Quomodo eis interim contigerit.*) Inſignitus Germaniſmus. Wie es ihnen dieweil ergangen.

*Praedio ſuo.*) Lege cum Mſ. *praeſidio.* Et ſic mox.

*Decorians uiuos.*) Corio detracto uiuos ſinit. gl. Mſ. **Decorians.** Quod mirum ſit. Aiunt tamen excoriatos uiuere poſſe, ſi umbilicus non laedatur. Et ſuccurrit memoriae Pariſiis audiuiſſe, fuiſſe qui pollicerentur parricidam regis Henrici, ita excoriaturos, ut poenis omnibus per integrum annum ſupereſſet.

CAP. LVI.

*Clientelae.*) Militiae mercenariae. Vide ad Britonem.

*Dominari.*) paſſiua ui. **Dominari.**

*Cogi non poſſent.*) Sic legendum cum Mſ.

*Reſtandi.*) Ouidius. Dum fugiunt Troes, dum reſtat Barbarus Hector.

*Gannire.*) Simile illud Plauti. Mars non auſit hiſcere. **Gannire.**

# INDEX CAPITVM IN LISIARDVM

*iuxta noſtram diſtinctionem.*

I. Cum autem.
II. Proinde &c.
III. Torrebantur.
IV. Auno ab.
V. Sed de hoc.
VI. Vbi cum.
VII. Itaque cum.
VIII. In tanta.
IX. Obſtupuerant.
X. Sidonii quoque.
XI. Minus quippe.
XII. Hunc itaque.
XIII. Annus itaque.
XIV. Liquit itaque.
XV. Taliter.
XVI. Cohortantes.
XVII. Tandem uid.
XVIII. His & talibus.
XIX. Occurrunt.
XX. Anno. M.C.II.
XXI. His dictis.
XXII. Paſſi ſunt.
XXIII. Ita poſter.
XXIV. Anno ab.
XXV. Sequente anno.
XXVI. Prorupit.
XXVII. Inde ſe.
XXVIII. Denique.
XXIX. Anno M.C.VII.
XXX. Eodem anno.
XXXI. Coanguſtantur.
XXXII. Anno M.C.X.
XXXIII. Anno M.C.XI.
XXXIV. Anno M.C.XIII.
XXXV. Aſcalonitae.
XXXVI. Anno M.C.XIV.
*XXXVII.* Poſt dies t.
*XXXVIII.* Annum mill.
*XXXIX.* Anno M.C.XVII.
*XL.* Secutum eſt.
*XLI.* Anno M.C.XIIX.
*XLII.* Contra nouum.
*XLIII.* Proinde non.
*XLIV.* Quod intellig.
*XLV.* Anno ab incarn.
*XLVI.* Ao. M.C.XXI.

*XLVII.* Ao. M.CXXII.
*XLVIII.* Ao. M.C.XXIII.
*XLIX.* Arabes quoque.
*L.* Qui autem rem.
*LI.* Nec fefellit.
*LII.* Verum lib.
*LIII.* Collaudant.
*LIV.* Liberatus.
*LV.* Tranſmiſſo.
*LVI.* His circa reg.

# GLOSSARIVM.


*ABlaterare.* 98
*Abyſſus, ſine fundo.* 12
*Ac ſi.* 34.51. *lib.* 152.10.
*Adipe prodire.* 43. *Baldric. lib.*3. 6.7
*Adulter publicus.* 48
*Admiratus.* 16. *lib.* 155. *c.* 15.
*Agones, praelia.* 8.14
*Alexii perfidia.* 30
*Alterutrum mutuo.* 16
*Alburnus.* 28.40
*Albor.* 40
*Amicabiliter.* 2
*Amplexio.* 28
*Animalia, pecora.* 11
*Antemurale.* 24.35
*Arcadius, ualet epiſcopum.* 16
*Arcus glutino commiſſi.* 5
*Areſcere timore.* 35
*Articulus.* n.8.80 29
*Arquata complexio.* 28
*Aſini comeſi.* 2

**B.**

*Baiulus.* 44
*Bellum, pugna.* 23.44.45

**C.**

*Caſtrenſis.* 52
*Callere.* 51. *calere.* 26.42
*Carabi, naues.* 48
*Campus belli.* 44
*Capeſſere, capere.* 27
*Caballi, equi.* 28.37
*Cautela.* 56.1
*Cannameles.* 2. *ſaccarum.*
*Caritudo.* 9
*Cauea antra.* 7. *& poſt.*
*Captiuatores.* 9
*Cauſatio, cauſari Deum.* 12.23
*Ceruicoſitas.* 56
*Celeberrimum, celebratum.* 42
*Chorus, grex.* 41
*Cincinnus.* 6
*Citato, illico.* 6
*Circumſeptus conſilio.* 53
*Clientelæ, mercenarii mil.* 56
*Clamor & gloria.* 10
*Clitellarii.* 20
*Contigerit Germaniſmus.* 55
*Conglobantes.* 50
*Coercere.* 45
*Conuiator.* 53
*Continuatim.* 39
*ad Cor redire.* 39
*Coniectores.* 37
*Conticinium noctis.* 40
*Conſetudo, uectigal.* 45
*Comprendere urbem.* 32.36
*de Cometa.* 28.31
*Conſummator.* 1
*Condicere.* 9.53
*Cornua erigere.* 10
*Conſultum, concluſum.* 11
*Conflagrata gens.* 11
*Collocutorium.* 12
*Collaudatum, concluſum.* 10
*Conſul, princeps.* 15. 34.41.43. 44.47.52.57
*Conſtantia, confidentia.* 19. *uirtus.* 47
*Conſecuti, comprenſi.* 22


Col-

*Collætari.* 21
*Cordatiſſimus.* 26.53
*Correptis, defectis.* 30
*Crucis ſolatium.* 17. *uirtus.* 18.19. *ſpes.* 22. *ueneratio.* 45. *præſentia.* 47. *& crucifixus.* 50
*Curſor marinus.* 19
*Cuniculi acti deſcriptio.* 55

D.

*Detruncari.* 50
*Dedicatus fædere.* 31
*Decretus ſucceſſor.* 6
*Deſolatio.* 10.14.55
*Deſtitutio.* 14
*Deuouere, uouere.* 48
*Decoriare.* 55
*Dietæ.* 37
*Dignatio.* 50
*Dimidiare aliquem.* 18
*Disgregati.* 6.8.44.56
*Diuerticula.* 19
*Diripere uiros.* 55

E.

*Ebullire Turcos.* 32.56
*Efferueſcentes uiri.* 29.32.56
*Eia.* 17
*Elidere.* 21
*Epiſcopium.* 20
*Euphrateſia, Syria.* 1.35
*Euincere.* 5
*Exauditor.* 22
*Expetere,* anfallen. 10.16.37
*Experiri, pugnare.* 10

F.

*Facere furorem.* 36
*Februus menſis.* 32
*Flammantier.* 38
*Fore, eſſe.* 38
*Fruſtatim.* 15
*Franci chriſtiani.* 44

G.

*Gannire, mutire.* 56
*Garrire, nugari.* 10
*Gaudii lacrymæ.* 21
*Gerulus.* 53
*Girare.* 12.26
*Gloriæ, fortiter facta.* 1
*Glomerati.* 2

H.

*Heros cordatiſſ.* 6
*Hominii fædus.* 31.47
*Horror, terræ motus.* 37
*Hoſpitari, diuertere.* 7.9

I.

*Iaculatum caput.* 27
*Imago mortis.* 35
*Immodeſtia, temeritas.* 34
*Impetitores.* 8
*Immergere ſe.* 18
*Impugnatores.* 19
*Infractus, debilitatus.* 7
*Ingenio, aſtutia.* 30
*Innoteſcens, indicans.* 7.20
*Inualitudo, languor.* 8.37
*Indiſciplinatus.* 39
*Interpolatos.* 40
*Iocunde, hilariter.* 14.50
*Iordanes unde dictus.* 4.34
*Iumagium.* 45

L.

*Lacrymæ gaudii.* 21
*Lapides late iacti.* 48
*Collaudatum, concluſum.* 12
*Latrix.* 41
*Lembi agilimi.* 48
*Libratur, perpenditur.* 8.15.56
*Locuſtarum exercitus.* 35
*Lunæ prodigia.* 39. *eclipſ.* ibid.

M.

*Machinamentum.* 55
*Machinarum potentia.* 48
*Manibus habetur annus.* 48
*Malignitas, malitia.* 25
*Maledoctus, nomen.* 34
*Manſio, diuerſorum.* 37

*Mauſolæum.* 41
*Mel ſilueſtre.* 2. *lib.* 147. 6. 7.
*Membratim.* 49
*Meſſes ſuccendere.* 35
*in Militem factus.* 18
*Milites,* Ritter. 13.22.47
*Militia, copiæ.* 10.13.30
*Minare.* 8.19.20.50. *lib.*138.*c.*23
*Mixtim.* 40
*Mirabile intueri.* 8
*Minores Iannenſium.* 51
*Molendini, Molæ.* 12
*Mortes, cruciatus.*
*Modeſtus hominibus.* 43
*Mulieres in obſidione.* 49

N.

*Nare ſuper utres.* 53
*Nauigium, claſsis.* 24
*Nequam cor.* 10
*Nebula doloris.* 19
*Nihilum redigi.* 44
*Nihilominus.* 2
*Nimietas.* 15. 22
*Nocumentum.* 30. 46
*Norrenſes.* 32
*Nudipedalia.* 46. *&c.*
*Nutritia, nutrix.* 10
*Nummi deglutiti.* 16
*Nuncio terreri.* 46

O.

*Obnixius.* 48
*Obtecti multitud.* 18.21
*Obuiare.* 45
*Optato.* 42
*Oratorium.* 12
*Oſculum terræ.* 3

P.

*Pacificare aliquem.* 24
*Pauitare.* 51
*Parthica gens, Turcæ* 47
*Patibula alia.* 15
*Pateſceret.* 8
*Paruisſimus.* 25
*Pauſare quieſcere.* 52
*Pentapolis, Sodoma, &c.* 4
*Pedes, baiuli.* 47
*Perlatores.* 44
*Peremtores.* 43
*Peruaſiones.* 24
*Penſare, æſtimare.* 16
*Peragrare incendiis.* 11
*Peremtoria bella.* 11
*Piraticus horror.* 18
*Pompatice.* 19
*Pro poſſe.* 33. 48
*Pondus belli.* 21. *Baldric.*
*Profecuto, paſſiue.* 43
*Proficere.* 2
*Principari.* 1
*Proinde, ideo.* 1
*Proſperator.* 1. *proſperante Deo.* 9
*Primus urbis.* 6
*Probitas.* 10.20.52
*Primitiui, primi.* 33
*Promereri, paſſiu.* 26
*Præſcribere, allegare.* 30
*Præſumtio, arrogantia.* 37
*Propugnaculum, rex.* 41
*Publicus adulter.* 42

Q.

*Quaſſo, caſſo.* 6. 12
*Quidem, abundat.* 23
*Quæque, quæcunque.*37.*lib.*154.*c.*2
*Quadrus lapis.* 46

R.

*Reſtare in fuga.* 56
*Regregare.* 56. *Fulcher. c.*5.
*Retrahere ſe.* 45
*Reconglobari.* 26. 39
*Reinuadendus.* 1
*Reſcellulæ.* 3
*Reſpectare.* 8
*Retentari.* 13
*Res, facultates.* 15
*Refluxus maris.* 24
[illegible]

ut Rota. &c. 28
Rubrum mare, unde. 38.&c.
Ruinoſi homines. 42

S.

Satellitium, miniſterium. 25
Sarcinatus. 42
Sacramentum, iuram. 27
Sapere modeſte. 40
Sanguis copioſus effuſus. 51
Sedes thronus. 10
Sedere quieſcere. 43
Serui uitiorum. 43
Semicinctia. 52
Si, ut. 14
Solito, de more. 29
Soſpitas, ſanitas. 3
Solidarii. 32
Spiritualia nequitiæ. 11
Stellarum caſus. 28
Steph. Bles. mors. 21
Stipendia, uictus 22. & poſt.
Subiectionem facere. 47
Suſpecti, incerti. 39
Suberigere ſcalas. 16
Subſemicinctia. 52

T.

Tenor, conditio. 14
Torreri algore. 3
Transglutire. 16
Triturantium modo. 16
Tripudium. 44
Turris, arx. 55
Turbines lapidum. 49
Turcorum ueritas. 10
Tuſciani. 2

V.

Vecturæ. 6.37
Vel, &c. 23.24.51. ſiue. 37
Vexillum in arce. 52
Viatim, per uiam. 15
Viantes. 7
Virgulta, arbores. 24
Virtutem facere. 27
Vindicta, poenæ. 35
Vmbra mortis. 4. ex Eſaia propheta.

## NVM. X.

AD

# GVIDONIS ADDVANENSIS

## DE BELLIS PALÆSTINIS LIBRVM, *ANIMADVERSIONES.*

Auctoris huius hunc titulum aperte prae ſe ferunt membranae, Erfurti olim a nobis emtae. Aliud exemplar redemtum Argentorati, ex Carthuſia neſcio qua, habuimus, ſed id inſcriptione omni carebat. Eſt uero elegans & lectu dignus liber; pene dixerim princeps Latini eloquii, inter ſuos ſocios, certe pleroſque.

*Praefatione.*

*Tactu.*) recte membranae, *tractu.* Ita infra cap. XI. Tactus. & cap. XXXIIX.

*Quam plurium.*) Scribe ex iisdem - quam plurium.

*Rerum hiſtorias.*) In membranis. Hiſtorias rerum & ſic fit uerſus, quales & alibi hic Guido affectat.

*Hiſtorias rerum ſtudioſus exciuerunt, Sta-*

Statuae. *Statuas adiecerunt.*) quaſi id Graeci non feciſſent.
*Accederent.*) Legendum ex MSS. *accenderent?*
*Phrygio Dareti.*) Illam epitomen proſa ſcriptam intelligit. Ioſephi enim Deuonii poeſin tum nondum notam fuiſſe, uel & extitiſſe omnino arbitror.

Delicioſus. *Delicioſus.*) Delitiis adſuetus. Gloſſa interlinearis.

CAP. I.

Demolitio. *Futurae demolitionis*) Exterminium modo dixit, confuſionem nimirum ſtatuum barbaricam.

ancillari. *Ancillari.*) in ſeruitium dari. Sic *ancillaria eccleſiae* apud Albertum Aquenſem, lib. VII. cap. LX. Vide aduerſariorum, lib. CXXX. cap. IV.

Caſus. *Caſus.*) portenta, inuſitatae rerum uices.
*Praeloquebantur.*) Loqui, eſt praedicere, oraculorum & prophetarum uerbum. Vide ad Phaebadium.
*Ventus uere calidus.*) Scribe ex re & libris *ualidus.*
*Caſus.*) Scribe *caſu ſibi obuios.*
*Quadam uirtutis.* Scribe *quadam ui uirtutis.*

CAP. II.

Colligere animum. *Collegit in uires animum.*) In iram. Virgilianum.
*Ad gratiam hoſtium*) tantum, ut eum etiam hoſtes laudarent. Poeta alius *uirtus laudanda uel hoſti.*

ad ſenſum. *Ad ſenſum dolor non uenerat*) Prae animoſitate.
*Militare nouerant.*) In pictoris uidelicet. Nihil hic mutant duo libri, a nobis compoſiti.
*Et uix unus.*) Lege *uir unus.* Ex libris.

Captatus. *Captata.*) propoſita, affectata.
*Ingenuorum.*) Id eſt nobilium. Notatum alibi.
*De principiis.*) natalibus. Germaniſmus.
*Gentilium.*) Turcorum & Saracenorum.

CAP. III.

Paludandus *Paludandus.*) Militiae adſcribendus.
*Gentilitia religio.*) *Gentilis a gentili* deſcendens. Mahumetanam intelligi clarum.
*Dies anni concubinarum.*) De Molano haec capienda.
*Saracuno.*) Mſ. *Saraduneo.*

CAP. IV.

*Poſt multum uero.*) Scribendum *Poſt modicum uero* & ſic habet melior liber ſcriptus, Loquitur tamen ſic & Infra.

Fortuna ludens. *Fortunae ludentis.*) Sic loquuntur ſcriptores, cum enormen caſuum humanorum uarietatem proponere uolunt. Vide nos ad lib. I. Claudiani in Eutropium.

*Iude-*

*Indigni.*) Philoſophatur ex Boethii lib. 1. de conſol. phil. Qui liber tum *in ſcholis* regnabat. Et nec immerito.

*Numquam optare.*) Chriſtianis nempe concordibus. Tamen ſibi & ſic contradicunt iſta, *incendi* & non *optare*. Mſti libri nihil mutant.

*Tam celebrem quam certum.*) Id eſt *facilem* & certum.

CAP. V.

*Itinerare.*) iter facere. Sic in Anglia certum magiſtratum iuſtitiarios itinerantes fuiſſe dicit Mathaeus Pariſius, & meminit Rogerus Houedenus, pag DCCLXXXIII. *Itinerantium*. MSS. hoc mutant, ſed male. **Itinerare.**

*Ambitione.*) cupiditate regni, ut iam cap. II. locutus.

*Septem criminalia.*) Peccata ſcilicet.

*Interpres euentus.*) Alludit uerba Claudiani, in Eutropium. -- *Euentu ſtolidi rerum didicere magiſtri.* Eſtque multae per omnia lectionis indiciis ſparſus hic autor.

*Hinc inde.*) ex utraque parte.

CAP. VI.

*Quot ad hoſtium miſerationem.*) Scribe cum libro *quo ad hoſtium miſerationem gens* noſtra *conſumta deperiit*. Rem illuſtramus alio loco.

*Videat ſi eſt intelligens.*) Scribe cum Mſ. *Si quis eſt int.*

*Rex ducitur concaptiuus.*) Chriſtum ipſum dicit. Sed rex tamen ipſe captus erat. Vt infra.

*Deferens.*) Quod nimirum Aeneae magni dextra cadat.

*Dependunt.*) praebent, obiiciunt.

*Perſuaſerat.*) tota mente conceperat.

CAP. VII.

*Ad edictum confluxerat.*) MSS. *confluxerat*, recte.

*Sub uno aſtu temporis.*) ſic habent & utraeque membranae, ut *aſtus*, ictum articulum, notet. Non tamen ſuccurrit exemplum locutionis. **Aſtus.**

*Ex condicto.*) pacto & conuentione.

CAP. VIII.

*Perſequentem.*) MSS. *comprehenſorem*.

*Conſtantinopoli ueniens.*) Sic legendum.

*Prolocutorem.*) Pro omnibus locuturum. **Prolocutor**

*Inſtitoria nauis.*) Mercatoria.

*Ab expugnatione.*) MSS. *ad expugnationem*.

CAP. IX.

*Fatis ſuccenſum urgentibus*) L. *ſucceſſum*.

*Praeloquuntur.*) Sermone uelut prudentibus indicant.

*Bis*

*Bis ſeptem milites.*) MSS. bis ſeptem.

Optio. *Haec optio.*) *Electio.*

*A malitia habitantium.*) Multa hic in altero libro de corruptis Hieroſolymitanorum incolarum moribus dicuntur: quae adiicerem hic, niſi uerbis Iacobi Vitriacenſis conſtarent, qui liber in omnium manibus eſt.

## CAP. X.

Spurius. *Spurio.*) Turpis temeritas librariorum. In utroque enim libro eſt *Hoſti Manzero.* Ea uoce quid deſignetur dudum docti declararunt, ſpurius nempe. &c.

*In quam transfretare*) MS. *quam transfretatura diſpoſuerat*

*Tyrum rurſus.*) Mſ. *Tyrum prorſus.* Melius.

## CAP. XI.

*Hanc igitur Tyrannus.*) Scribe cum MSS. Hinc igitur.

Cor maris. *In corde maris ſita*) Medirullio, gl. Mſ. ſic de eadem Tyro auctores alii. Vide Gulielmum Tyrium, lib. XI. c. IX.

*In partem conceſſit.*) Mſ. in partem bonam conc.

*Applicantur acies*) Scribe cum ambobus libris ſcalae.

*Cum marchio portas pandi*) Haec corrupta ſunt peſſime. Scribe, auxiliantibus membranis cum marchio portas pandi praecipit, quum Hugo de Tiberiade, cum fratribus ſuis, & aliorum comitatu, acies proſternit. Sic conualeſcunt aegrota omnia.

Mathomus. *Mathomum*) Mahumetem ſic uoluerunt dicere, uelut errantes, horum bellorum multi ſcriptores. Vide aduerſarior, lib. CLVIII. cap. XIV. CLIX. cap. XIII.

*Poſt multum.*) Mſ. unus poſtmodum.

*Praediximus.*) ante ſcripſimus. Saepe ſic loquitur Velleius Paterculus.

*Suas laetitia lacrymas.*) copioſe de his ad Petronium. Infra, cap. XXVIII.

*Infra.*) Intra.

## CAP. XII.

*Chriſtiani nominis inuentione.*) Antiochiae enim primum chriſtiani nominati ſunt.* Notus locus B. Lucae.

*A ueniendo temperantur.*) Scribe ex libris *retentantur.*

*Terrae ſubſidiarios.*) MSS. *Terrae ſanctae ſubſid.*

*Neptunus alter*). Aemulari ſextum Pompeium uiſus in eadem inſula parem titulum olim captantem. Sed quomodo idololatram Daemonem in re tam omnino ſeria nominare uoluerit uuido, non uideo.

*Im-*

*Imperio premens.*) Ex Virgilio.

*Peſſimus in dubiis angor timor.*) Papinii noſtri hemiſtichium. Lib. III. Thebaid. initio - Vbi nos uide, & ad Claudianum, bello Getico. v. CCLXII.

*Confluente noſtrorum, maritima.*) Sic legendum. *Maritima*, littus, oram maris, notat. Bartolphus de Nanceio, cap. XXI. XXII. XXXVI. &c.

*Ciuitas, ciuitas.*) Sic etiam membranae.

*Expugnat quae tuta.*) Verba Lucani lib. IV. v. 410.

*Mons regalis.*) Caſtrum a Balduino primo exſtructum. Vide Fulcherium & Bartolphum.

*Secedit.*) remotum eſt. Locutione ueterum Geographorum.

*Margaritus.*) Margarit vocatur Iac. Vitriaco. Lib. I. c. XCVII. Margaritus.

CAP. XIII.

*Os in caelum ponere.*) Prouerbium. Quod pulcre extulit in Epidorpidum libris Iulius Caeſar Scaliger. &c.

*Victor animus.*) Et haec ex ueteri quodam auctore.

*Proſcribit.*) eiectos de caſtro dicit.

*Sagnutum.*) Silianam deſcriptionem alludere uidetur.

*Peruſium.*) Peruſina fames, apud Lucanum.

*Abſoluitur.*) Libertati redditur.

*Fatuus.*) tales hodieque Turci aliquid diuini habere perſuaſi ſunt. Vide uel Melchioris a Seidliz hiſtoriam.

*Caeteris principibus.*) Vox additur in Mſ. *prae caeteris*.

CAP. XIV.

*Crucizantur.*) Notam crucis recipiunt. Notiſſ. res. Crucizari.

*Colum & penſa.*) Elegans inertiae & timiditatis exprobratio, qualibus & hodie homines aulici uti ſolent.

*Armariis.*) Conditoriis librorum. Sic loquitur & infra.

*Sobrietatem.*) Ieiunia mutua dicit, cap. XXX.

CAP. XV.

*Cuius gloria.*) Dicas ſemigermanum fuiſſe hunc auctorem. Vix enim Italus, uel & Gallus, aliquis de heroe iſto ſic ſcribat. Adduanenſis, ſit ſane Leodius.

*Fidelitas non ſenſit offenſam.*) Plane Germani oris & calami ſunt iſta uerba.

*Chriſtianiſmi negotium.*) Sic legendum. Chriſtianiſmus enim non raro his autoribus rem Palaeſtinam notat. Sic ipſe infra, cap. XV. totius chriſtianiſmi columnam dicit Fridericum.

*Annis*

*Amicus obeſt.*) Falſus. Diſcrimen horum nocentiae deſcripſit iam olim Theognis noſter.

*Legati uiolare.*) hic longam habet diſputationem alter ueterum librorum; ad rem & auctorem non facientem, cui praeter inſtitutum accidat talibus onerari.

*Noſtrorum.*) Hic uero iam aperte oſtendit ſe Germanum & in Friderici exercitu fuiſſe. Iunge iſti eamdem hanc expeditionem deſcriptam a Nobili milite Germano, editam ab Henrico Caniſio, Tomo V. Antiq.

*Obligatius.*) Sic legendum. Obligatius.

CAP. XX.

*Decoctior.*) feruentior. Remiſiſſe eam a feruore dicit. Decoctior.

*Statiuam.*) Mſ. *Statiuum.* Nihil muto. Statiua.

*Otia luxum.*) Haec etiam uerba ſunt antiq. auctoris.

*Nam celeri.*) Veritas eſt in libris duobus-Verum celeri. Celer.

*Qui ſua & ſuos.*) Scribe-quin ſua & ſuos-Ex Mſ.

*Qualem ſe ipſe nouerat.*) generoſo homine digna laus, & procul dubio in maximo hoc principe ueriſſima.

CAP. XXI.

*Gens noſtra.*) Germanus; nec de aliis loquitur.

*Nec primam ſimilem.*) Elegans denuo uerſiculus.

*Summariis.*) Saumariis. Pridem notarunt docti. Summarii.

*Delitias.*) delectationem. Delitiae.

*Vniuerſitatem.*) Inſtar Dei Deorum Platonici. Vniuerſitas.

*In bellis.*) Conflictus dicit, praelia.

*De pari contendunt.*) Pari auctoritate.

*Germaniae ſinus.*) Omnes eius receſſus dicit.

*Affectuoſius.*) Mendae hanc uocem arguunt ueteres paginae. Scribitur enim in utroque libro-affectu ſocius-Mihi uerum uidetur-effectu uitioſo. Ipſe non nocens,ſed nocentia iis in effectu multa, obiiciens. Affectuoſius

*Rapientes.*) Non *capientes,* ſed uelut *rapto* uſurpantes. Male mutant ambae membranae. Rapiens.

*In uſus alienos aſſument.*) Scribe-aſſumere. Mſ.

CAP. XXII.

*Bello propiore.*) Pugna nempe manuaria. De alio enim genere nocendi hactenus eſt locutus. Pugna manuaria.

*Icti ſaxi.*) ictu ſaxi.&c. & ſic libri. Ictus ſaxi.

*Os nudum.*) dentibus uacuum. Vidit ergo coram, & familiariter coluit hunc ſuum principem. De gloria hac cicatricum, aliquid dictum ad Claudianum. Belli Getici, ſiue lib. IV. de Laudibus Stiliconis, v. DLXXXVII. Os nudum.

*Nihilominus.*) quam in campis patentibus.

Sicubi. *Quod ſicubi.*) Scribunt codices noſtri-ſicuti - Id eſt quaſi tot millia fuiſſe dicuntur &c. familiari locutione omnium talium ſcriptorum.

Promiſſor. *Animus promiſſor.*) Facile perſuadens, quod credi ex uſu ipſius erat. Horatiana uox. Arte Poet.

*Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?*

CAP. XXIII.

Gloriari. *Vnde gloriabantur.*) ex qua. Saepius ſic uocula iſta utitur Radulphus Ardens in homiliis.

*Erat enim.*) praeſens ergo adfuit Guido noſter.

Innocuus. *Innocuum.*) Innocentem. Et ſic MS.

*Quod poſtulat.*) Scribe cum libris-quod poſtulatur.

CAP. XXIV.

*Modeſtus aeſtimator.*) Minime glorioſus. Et hic ſe prodit apud exercitum Friderici, & Magnatibus in eo familiarem fuiſſe.

*Vultus exprimebat.*) Paria de ſummo hoc principe, nulli fortunae uultum ſubieciſſe, canit Gunterus, non indignus tanto heroe, ut tempus ferre poterat praeco.

CAP. XXV.

Miſſus. *Miſſis.*) Nuntiis, legatis.

*Collaterales.*) Socii, adſtantes, proximi.

*Matura*) praeceps & feſtina. MS. melius, *immatura* dicit enim immature mortuum, etiam ſenem.

CAP. XXVI.

Repatriare. *Repatriare.*) Satis honeſtum ſtilum ſordida uox commaculat. Vſurpata tamen toti talium gregi.

*Obtentu praeſidii.*) Quia copiae principis Antiocheni non ſufficiebant ad tam amplam urbem tuendam.

*Promiſſionis exceſſu.*) Promiſſum enim plus erat, quam praeſtari poſſet.

CAP. XXVII.

*Chriſtianiſmi.*) Sic legendum, habentque membranae.

*Periurium comitio.*) Sic legendum, habentque MSS.

CAP. XXVIII.

*Non prorſus ad nouem millia.*) Alii aliter. Sed fides adhibenda ei, qui uiſa ſcribere profitetur. De Conrado Marchiſio item alii alia, quae nos non excutimus.

*Ab urbae capta.*) Hieruſalem intelligendam monent gloſſae ueteres. Sed tantumdem eſt; non longo enim tempore diſtat amborum amiſſio.

Gloſ-

*Obſidionem maris & tam.*) Scriptus liber melior - & terra tam conſtanter quam ſtrenue. Neſcio tamen de *terra*.

*Formido metitur.*) Omnino ſcribendum - mentitur. Timor enim auget mendatio rem. Notum illud.

- - *Augentur cuncta panoris ingenio.*

*Sed inter fines praeſcriptos.*) Lege *ſeſe intra fines*. Et ſic uterque uetus liber.

*Coggas uocant.*) *Cogones* uocat Iacobus Vitriacus lib. III. in anno M.CC.XVIII. pag. MCXXXII. & M.CXXXV. Coggae, cogones.

## CAP. XXIX.

*Rigor natiuus exaſperat.*) Iracundos facit. gl. Mſ.

*Delitias nauigantium.*) delectationem. Sic ſupra c.XXI.

*Perduxit.*) ad optatum locum. Perducere.

*In conſiliis Hector.*) Melior Scriptura uetus - in conſiliis Hectori, in armis Achilli, &c.

*Tendunt.*) Figunt tentoria. Alibi multis. Tendo.

*Coniectis igitur.*) Scribe - connexis - cum Mſ.

*Gentilem.*) MSS. gentilitatem. Sic tamen mox.

## CAP. XXX.

*Turpino.*) Vide quae de hoc antiſtite ſcribuntur in libro ipſius nomine inſcripto, uulgoque notiſſime. Vidimus membranas, in quibus fabulae iſti inſcriptae triplo legebantur auctiores. De re tota alibi. De epiſcopo Beluacenſi pluribus Rigordus, Gulielmus Brito, Rogerus Houedenus, Thomas Walſinghamus, & alii. Turpino.

*Tirociniis.*) Torneamenta dicit. Tirocinium.

*Terrae comes.*) quaſi prae omnibus terram amplam poſſidere dicatur Comes & Princeps.

*Peruaderent.*) Inuaderent. Vide gloſſaria ſuperiora.

*Bellis.*) praeliis.

*Dominus nec nobis.*) Sacrilega blaſphemia, non uerbis proferenda, ſed fuſtibus aut ferro punienda.

## CAP. XXXI.

*Fortunam ſecuti & animum.*) Mſ. Cumque longius fortunam ſecuti domini templarii. Sed aliud latere uidetur. Lege - extra nimium. &c. Fortunam ſequi.

*De laude ſclera.*) Scribendum, ut exhibent membranae - de laude ſecunda. Et alluduntur illa Claudiani

- - - *Sed prima ſede relicta*

*Anniciis, de laude licet certare ſecunda.*

## CAP. XXXII.

*Equo perturbatum.*) MSS. proturbatum.

*Indigno praebuit.*) L. cum MSS. indigo. Marchiſio iſti infeſtus eſt iſte Guido; nec tamen magnopere culpandum in eo quicquam fuit; legas modo ea quae ſcribit Iacobus a Vitriaco in hiſtoria orientali, cap. XCVII.

*Aquis reſolute.*) Scribe - aquas - inficere enim uult aquas tabo cadauerum.

## CAP. XXXIII.

Delimitandus. *Delimitandis caſtris.*) In certos limites redigendis uerbum pulcrum, non eſt mutandum. Sic MSS.

*Obſequio noſtro.*) Mſ. officio. Tantumdem eſt.

Argentei. *Argentei*) Ridicula fabula. De argenteis illis quanti pretii fuerint, uide notata uiro longe doctiſſimo Ioachimo Caмerario, in libello de numiſmatis, & commentatione in nomerario, in libello de numiſmatis, & commentatione in numum teſtamentum. Scio iam alios contra eius Notam ſcripſiſſe, ſed neſcio an rem tetigerint. Qua de re prolixius iam alibi diſceptatum eſt.

Ptolemais. *Tholomais.*) Ptolemais. Idem error habet libros ueteres.

*Inter mirabilia mundi*) ſcribe, ut eſt in libris. *Memorabilia.* Alludit enim titulum Soliniani operis. Qui ſcriptor hos Guidonis aeuo fuit notiſſimus. Sic eum laudant Gulielmus Tyrius, Guibertus abbas, & alii id genus.

Harenae uitreae. *Harenis uitreis.*) Neſcio an in Solino hodie quid tale legatur. De Belo amne Plinius; quem enarratum uide in exercitationibus Solinianis in ſummo uiro, Claudio Salmaſio pag. DCXIX. Forte Solinum habuit hic Guido interpolatum & effarctum ſeculis deterioribus.

## CAP. XXXIV.

*Medici paratus.*) Nullius opulentia.

*Ad uota.*) pro libitu ſuo.

Protractius. *Protractius.*) Diutius, longius.

*Quidam de galeis noſtris.*) Lege *quaedam.*

## CAP. XXXV.

Marchiſus. *Marchiſo.*) MSS. Marchiſus.

Oppidani. *Oppidani.*) Obſeſſi intra Acconem.

*Vexabant impulſu.*) Omnia hic pulcra, nec mutant libri. De *liburnis* aliiſque nauibus docuerunt alii, quae ex iſto ſcriptore illuſtriora fieri poſſunt.

*Opprimatur incluſus.*) Sic legendum.

*Et in uno.*) Legendum - *in imo.* Et tollendi aſteriſci nihil enim deeſt, nec uariant libri ueteres.

*Nec intendentis.*) Scribe ex libris optimis. Adeo ut unda interfluens, nec *intendentis* dictum, nec remigantis fallat

fallat impulſum. Intendens, gubernator, cuius imperio nauis gubernatur. Summam mari intelligendam dat tranquillitatem.

*Iniectionibus hamorum.*) hamorum, catenarum, &c.

CAP. XXXVI.

*Ignem Graecum.*) Multis de hoc alii & nos alibi. Vid. lib. CXLVII. aduerſar. cap. x.

*Liuientibus.*) Liuentibus. — Liuens.

*Inuergit.*) aduertit. — Inuergo.

*Reticulatos funes.*) Retia ex craſſibus funibus facta.

CAP. XXXVII.

*Littatim.*) Scribe ex membranis - *lateratim.* — Lateratim.

*Et in tantos.*) Scribe ex membranis - *et in tantos.*

*Vndecim collectam.*) Vndeunde. MSS. rectiſſime.

*Praeiudicat.*) Illa potior eſt.

*Cauſſantur.*) Incuſant.

CAP. XXXVIII.

*Tumultuariam coniurationem.*) In libro uno eſt-*Turmariam.*--Nam per turmas coniuraſſe dicit. — Tumultuarius.

CAP. XXXIX.

*Imperium multitudo.*) MS. Imperium ducum multitudo. Nihil tamen mutauerim. Nemo autem maiorum gentium auctor facile iſta melius ſcripſerit.

*Tamquam ad epulas inuitati.*) male unae membranae habent--ad epulas euitati.

*Archidiaconus Chceſtriae.*) Sic Manuſcripti. Vereque.

*Vtriusque militiae.*) Sic ſupra locutum memini.

*Praecluem.*) Inclitum. Capella & alii.

*Iniectionem aedium.*) MS. Ignium. Neſcio.

CAP. XL.

*Allubeſcens.*) gratioſus. Ex Plauto & Appuleio. — Allubeſcens

*Valetudinarius effectus.*) Sic legendum ex mſ. — Valetudinarius.

*Marchiſus.*) detrahit huic homini ubicunque poteſt.

*Verbum.*) argumentum, locutio ſcripturae. Quae de Marchiſio adduntur, falſitatis ſuſpecta ſunt. — Marchiſus.

CAP. XLI.

*Mannrata.*) Libri - *manu rara.* Veriſſime.

*Calumniam peperit.*) detrimentum. Carebat enim filio. De miro huius uocis uſu ſaepius alibi dictum. — Calumniam parere.

*Expungere.*) delere, uelut ex libro quodam. — Expungere.

CAP. XLII.

*Martem publicum.*) generalem conflictum. Sic ſupra cap. XXXIII.

*Cantuarienſis.*) Hinc & ex aliis hoc genus Anglorum laudibus aut palpis, ei nationi hunc auctorem addicere uolebat Iacobus Bongarſius. Sed pro Germano maiora ſunt argumenta, penitius euentilanda, ſi rei eſſet aliquod operae pretium.

*Praeminentius.*) Eminentius caeteris. Sic ſupra, c. XXVI.

Satellites. *Satellites.*) nondum milites. Vid. ad G. Britonem.

Clinicus. *Clinicus.*) Lecto affixus. Gloſſa manuſcripta.

CAP. XLIII.

*Diuinitus.*) Lege, *diutinius.* Sic enim alter liber.

*Sed Enfrido.*) Legendum *-ſi-* aut *ſiquidem.*

Officinae. *Officinas.*) machinamenta.

*Absque uiris offenſa.*) *Mſ. uirili offenſa.*

*Virgilianum.*) Auſonio nunc uindicatum epigramma; quod prope diuinum dicere ſolitum Ioannem auratum, perhiberi memini.

*Natus es.*) In editis eſt - factus. Sed illud melius.

Haberi. *Haberi.*) ſic legendum non habere, proponit, poſtulat, principibus perſuadere uult.

CAP. XLIV.

Verbum. *Verbum.*) Rumor, ex ſacra ſcriptura.

*Patriarcha.*) Emendanda ſunt iſta hoc pacto, ſi qua coniecturis fides, nam libri noſtri in fine praecedentis capitis deficiunt. *Patriarcha ut diximus aegrotantis iam languore detritus uires ſuas, eidem iuxta debitum rigorem, exequi iubet: fautores Marchionis dandam ſententiam appellationis obiectu elidere minitantur.* Caetera male ſunt accepta, & ſine libris non tangenda.

## INITIA CAPITVM

***ad quae ſpectant hae notae, ut & GLOSSARIVM ſubſequens.***


Praefatio.
I. Anno uerbi.
II. Hic hoſtium.
III. Salahadinus utique.
IV. Poſt multum.
V. Quodam enim.
VI. Quid plura.
VII. Nec defuit.
VIII. Caſus quidam.
IX. Rex enim D.
X. Glorioſa ciuitas.
XI. Hanc igitur tyr.
XII. Maeror quidem.
XIII. Verum nec.
XIV. Poſt aliquantum.
XV. Decurſo tempore.
XVI. Illi regi.
XVII. At hae noſtrae.
XIIX. Hanc ſuperbi.
XIX. Has locorum.


XX. Iam

XX. Iam aeſtas.
XXI. Caeterum non uſque.
XXII. Erat locus.
XXIII. Imperator cum.
XXIV. Datis obſidibus.
XXV. In tantum uero.
XXVI. Ibi autem.
XXVII. Ecce iam.
XXVIII. Erant milites.
XXIX. Felix illa.
XXX. Salahadinus.
XXXI. Fuit qui.
XXXII. Caeterum miles.
XXXIII. Porro principes.
XXXIV. Mons Carmelus.
XXXV. Principum autem.
XXXVI. Congreſſi propius.
XXXVII. Singulis.
XXXVIII. Vniuerſi.
XXXIX. Sed & patriarcha.
XL. Hic itaque.
XLI. Fulco ſiquidem.
XLII. Dumque diutule.
XLIII. Hoc quidem.
*XLIV.* Verbum tam dirl.
*XLV.* Audiens autem.

# GLOSSARIVM.

*Abyſſus, profundum.* 1.24
*Abiurare regnum.* 9
*Abſolui, liberari.* 13.19.
*Accendere praefat.* 2.4
*Acies, exercitus.* 18.26
*Accommodus alicui.* 43
*Adunatio.* 16. *nator.* 17
*Affectuoſius.* 2
*Alemanni perdunt pugnam.* 31
*Exoſi Francis.* 40
*Allia & aleae, ſordes &c.* 4
*Ambitio, cupiditas.* 2.15
*Ancillari, ſeruitum duci.* 1
*Armaria, libri.* 14.30
*Arcubaliſta.* 9
*Aſtus unus temporis.* 7
*Aſcenſiones, uota.* 3
*Aſſiduus magis quam frequens.* 29
*Auſpicium exordium.* 3
*I. de Auennis.* 29

B.

*Bedewini, gens.* 5.16
*Bela rex, deque eius forma.* 18
*Belus fluuius.* 33

C.

*Ceſſare.* 26
*Capitis cenſus.* 9
*Captiuandi.* 7
*Camerarius regis.* 5
*Captata breuitas.* 2
*Character circumciſionis.* 2
*Calcar, in galea.* 35
*Cauſari.* 37
*Celebris, facilis.*
*Chriſtianiſmus.* 15.25
*Cingulum militiae.* 3
*Clypei in nauibus.* 35
*Condictum.* 7
*ex Contactu uirtus.* 2
*Commori praefat.*
*Concubina.* 365. 3
*Cordini, gens.* 5
*Conmilitare.* 18
*Conditus dote, ornatus.* 18
*Concambium.* 10 13
*Compatiens, compaſſio.* 8.10.
*Concaptiuus.* 6
*de Conrado Marchiſo.* 8. *& alibi,*
*praecip.* 43. *&c.*
*Cor maris.* 11
*Colus tranſmiſſio.* 14
*Conproficiſci.* 14
*Comtor.* 17
*Collaterales.* 25

*Columna chriſtianiſmi.* 25
*Coggæ, naues.* 28
*Criminalia.* 5
*Crucis laus.6. contumeliæ.* 10
*Cruciſare.* 14
*Cura hominis Dei curatio.* 45

D.

*Dares Phrygius præfat.*
*Deliberat, decidit.* 26
*Decimæ.* 14
*Delitiæ, delectatio.* 21.28
*Delitioſus præf.*
*Decapitare.* 6
*Dependere ceruicem.* 6
*Defectio, belli indictio.* 15
*Defluere.* 18
*Decoctior æſtas.* 20
*Deliminare caſtra.* 33
*Diffiduciatus.* 15
*Diſcuſſio, diſputatio.* 18
*Diutinius.* 43

E.

*Eblanditus.* 40
*Edacius, uoracius.* 26
*Edicere, dicere.* 28
*Electiores captiui.* 8
*Elicere.* 5
*Emarcere præfat.*
*Emeritus, ſenex.* 6
*Emittere uotum.* 18
*Enucleatior.* 40
*Erubeſcentia.* 1
*Exceſſus, nimietas.* 36

F.

*Faſcinum auri.* 43
*Fæmina, non uir.* 43
*Famis deſcriptio.* 33
*Fatuus, Deo plenus.* 12
*Forma regia.* 18
*Fomes odii.* 19
*Franci odiunt Alemanos.* 40
*de Friderico Imp.* 15.20.21. *forma.* 24.

*Galea.* 10.35
*Galio, qualis nauis.* 34.35
*Gentilitia religio.* 3
*S. Georgius occiſus.* 2
*Genitalia abſciſſa, in fœcunditatem.* 2
*Græcorum odium.* 19. *conuitium. ibid.& al.*
*Gratia, fauor. præfat.* 1.3

H.

*Hilaratus.* 2
*Hinc inde.* 5
*Hoſpitaliter.* 18
*Hoſti miſerandus.* 6

I.

*Ignis Græcus, oleum.* 36
*Ignis animi.* 30
*Igniculus uitæ.* 25
*Illecebram.* 15
*Imperioſa forma.* 18
*Impendia.* 12
*Improperium.* 10
*Inducialefœdus.* 4
*Inſulſit radius.* 7
*Infra, intra.* 12
*Incentor.* 13.18.23
*Innocuus.* 23
*Inſtitoria nauis.* 8
*Inſtructor.* 26
*Ingenium egeſtatis.*
*Interciſa acies.* 29
*Irritari, irrita fieri.* 26
*Itinerare.* 5. *itinerarii.* 18

L.

*Lacryma gaudii.* 28.11
*Landgrauius.* 30.36
*Lateratim.* 37
*Leno Saladinus.* 2
*Liburnæ, quæ naues.* 35
*Licentioſus poeta.* 32
*Lubricus, fallax.* 26
*Ludens fortuna.* 4

*Mars*

M.

*Mars publicus praelium.* 33.42
*Martius ſtilus.* 34
*Mahumeriæ, Moſquae.* 19
*Margaritus.* 12
*Maritima, æ.* 12.16.28.29
*de Marchiſio multa.*
*Memnonis ſepulcrum.* 33
*Militiæ cingulum.* 3
*Milites & pedites.* 7
*Miſſi, nuntii, legati.* 25
*Molanus rex Aegypti mira de eo.* 3
*Monarchia de regnis.* 5.4
*Moderni.* 35

N.

*Nadabares gens.* 37
*Nauium ueterum & recentium collatio.* 35
*Nawigio, claſſe.* 28
*Neptunus alter.* 12
*Nili effluxus.* 3
*Nomina hebraica amata Turcis.* 2
*Nubes animi.* 30

O.

*Obſequium, officium.* 33. *bis.*
*Obligatius, ſtrictius.* 19
*Occiſor.* 24
*Oculis in cælum erectis.* 7
*Offenſa.* 18
*Officinæ artis.* 42
*Optio, electio.* 9
*in Ore eſſe, præfat.*
*Os ponere in cælum.* 13
*Ouanter.* 19

P.

*Pactio.* 24
*Paratus.* 34
*Paganiſimi reges.* 16
*Paludandus.* 3
*Papinius citatur.* 12
*Perducere.* 29
*Peruadere.* 30. *concipere.* 6.
*Peregrinus uerus.* 15
*Perſequens, hoſtis.* 8
*Peruſina fames.* 13
*Pertinentiæ.* 17
*Philippopolis.* 19
*Pincenates.* 18
*Planetæ cauſſæ uentorum.* 1
*Plebeſcens.* 8
*Pompoſus, præfat.*
*Præminentius.* 26.42
*Proluſio bellorum.* 30
*Præloquitur caſus.* 1.9
*Principia, natales.* 2
*Promiſſor.* 22.26
*Prædicere.* 11
*Proſcribit, abdicat.* 13
*Prælati.* 14
*Procurationes urbium.* 17
*Productior ſtatura.* 18
*Protractius.* 18
*Pruritus gloriæ.* 30
*Publicus Mars.* 33.42

Q.

*Quæſtuariæ puellæ.* 8

R.

*Refugi, fugientes.* 52
*Repatriare.* 26
*Reticulati funes.* 36
*Rex maris.* 12
*Romani imperii tum ſpatium.* 18
*Ruſtici, milites Saraceni.* 16

S.

*Saguntum.* 13
*Satiricus morſus.* 43
*Saladini progreſſus.* 3.4. *pietas.* 7
*Saumarii.* 21.24
*Sconia.* 19
*Sequeſtra manus.* 43
*Significantia.* 1
*Sinus Germaniæ, ipſa.* 21
*Solinus citatur.* 33
*Soldarii.* 16
*Spaciaus oculus.* 28

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sputis inquinata crux.* | 10 | *Tractatum formare.* | 1 |
| *Statiuam facere.* | 20 | *Tractator.* | 32 |
| *Sterculinia.* | 10.13 | *Transuectoriæ naues.* | 20 |
| *Superſedere rem.* | 10 | *Turkemanni.* | 16 |
| *Subſidiarii.* | 12 | | |
| *Supercilium ſublime.* | 50 | *V.* | |
| *T.* | | *Vaticinans populus.* | 34 |
| *Tabernæ militia.* | 4 | *Verbum.* | 40 |
| *Tædiatus.* | 41 | *Venti ex planetis.* | 1 |
| *Tendere, caſtrametari.* | 29 | *Veritas ſibi ſufficit, præfat.* | |
| *Timoris ingenium.* | 12.28 | *Victorioſe.* | 9 |
| *Tirocinia, Turnier.* | 30 | *Virga furoris.* | 1 |
| *Titillans animus.* | 42 | *Vulnus honeſtat faciem.* | 22 |
| *Tonſura templariorum.* | 6 | *Vulgus uenale.* | 1 |


## NVM. XI.

AD

# OLIVERII SCHOLASTICI

COLONIENSIS DE CAPTIONE DAMIATAE, AD ENGELBERTVM. *COLONIENSEM ARCHIEPISCOPVM*, *LIBELLVM:* ANIMADVERSIONES.

### CAP. I.

Seruus emtitius. *SEruus emtitius.*) Mancipium dicit, ut aere redemtum. *Sic dictus*, ad honoris titulum pertinet, quem ſe non promeritum, ſi o humilitatis ergo, profitetur. Quis fuerit Oliuerius iſte, notant prolegomena I. Bongarſii. Poſt uoculam *crucis*, collocanda diſtinctio.

Exhereda-tor. *Exheredator.*) Spoliator. Vide ad Gulielmum Britonem.

*Sepultus in inferno.*) Locutio ſcripturae.

*Galeis armatis.*) Liburnis ueterum, ſi fides Guidoni noſtro, quem uide cap. XXXIV. Nos ad dictum modo Britonem. I Meurſium gloſſario. Item Nicolaum Rigaltium pari opere. *Leo*, Imperator. Tactic. cap. IX. §. X. deſcribit: Καὶ ἔτι κατασκευάσεις δρόμωνας ἐλάττους, δρομικωτάτους, οἱωνεὶ γαλαίας, ἢ μονηρεις λεγομένους ταχινοὺς, καὶ ἐλαφροὺς οἷσπερ χρήσῃ ἐν ταῖς βίγλαις, καὶ ταῖς ἄλλαις ταχιναῖς χρείαις. Galeidas uocant alii, Gotefridus Pantaleonis, in Anno MC.LXXXI. *Audiens autem tyrannus quae facta erant, oc-*

*cul-*

*culte de palatio exiens galeidam intrauit, & ſic per mare fugere caepit.* Et mox, *nouus imperator continuo alias galeidas ad capiendum illum miſit.* Comes Sanpaulianus, apud eumdem in Anno M.CC.III. *Intrauimus naues uaſarias* (ſic legendum) *& galeidas. Catena portum ſeruabat, iuxta quam naues & galeidae ciuitatis cum bargis erant, etc.*

*Romani.*) Dat hunc titulum chriſtianis, quos Latinos alii, alii Francos tum dicebant.

CAP. II.

*Anguſtia tempeſtatis.*) uexatione. Ita loquuntur omnes caeteri Palaeſtinae rei ſcriptores. Gallicum *angoiſſe*. Germanicum angſt inde ducuntur. Anguſtia tempeſtatis.

*Aridam.*) terram. Locutio ſcripturae. Et ſic tamen quandoque optimi autores. De Caeſare, uide Ioannis Riuii doctiſſimas notas in Salluſtii Iugurtham, cap. XLVIII. Quaedam alibi adnotata ſunt, & a Ioanne Druſio, lib. I. Miſcellan. cap. LXXXVII. Item Conrado Rittershuſio ad I. Cyneg. Oppiani. v. XI. Paullo Meliſſo ad Parodias ſuas Catullianas, admodum ſane felices. Nos addimus, *aridam* pro *deſerto* haberi a Paullino noſtro Nolano, epiſt. XII. *Praecedente nos per iſtius orbis aridam Dei uerbo, uel in columna nubis, uel in columna ignis, &c.* Arida.

*Quibus inde delitiis,*) *Carere*, inquit, tamen maluiſſemus his delitiis, & piſces in ſuis ſedibus captare, aut omittere.

*Quatuor coccones.*) Nauium ſpecies, de quibus ſupra non nihil ad Guidonem noſtrum. Super nauibus autem erant firmata propugnacula, ut pontes infra, cap. ſequente. Coscones.

*Igne Graeco.*) oleo incendiario Guido, cap. XXXVI. Vide Iſac. Caſaubonum ad Aeneam Tacticum. p. 105.

*Stare.*) quieſcere.

*Phyſici.*) Medici practici. Notatum alibi.

CAP. III.

*Cum Barbotis.*) Genus nauigii, barbara appellatione. Matthaeus Pariſius, pag. CCXCV. *Increduli proxima die ſequenti, cum galeis & barbotis, armatis, per flumen & terram, cum mangonellis & targiis & fruticibus petierunt eos more conſueto.*

*Audaciam.*) fortitudinem. Sic Guibertus abbas, lib. I. cap. X. lib. VII. cap. XXX. alii plurimi. Audacia.

*Aperturam.*) Interuallum, interſtitium, tramitem. Apertura.

*Hanc audaciam.*) Scribendum - *hanc audaciam plurimum extollente.* *Caſa-*

Caſale. *Caſali.*) Minutum aut ruſticum domicilium. Auctor primus, c. xx. *Fatigati erant equi illorum, miſeruntque ſe in quoddam caſale, & merſi ſunt in imam domum. Suburbana* ſic appellata docet Gulielmus Tyrius, lib. xiix. c. xix. *Caſtrum Antiochiae damnoſum ualde, cuius longa in ſuburbanis, quae uulgo caſalia appellant, erat iurisdictio.*

*Immerſiones fecerunt.*) immerſerunt naues. Eſt Atticiſſimus eorum temporum.

Caſtelleta. *Caſtellutis.*) *Caſtelleta*, minuta caſtella. *Caſtellata naues*, talibus munitae, πλεῖα κασελλόμενα Trophani, quas *Caſtellatas naues* reddit Paullus diaconus, lib. 18. Miſcell. notatque ad Nicephorum patriarcham Dion. Petauius, p. LIII. Ita *armamentaria nauium* κασελλώματα dicebantur, notante in gloſſario Meurſio. Eſt autem *caſtellum* quiuis concluſus locus. Sic Mathaeus Pariſius, pag. cxix. *Cum ad eccleſiam ueniſſent, oſtia eius inuenerunt aperta. Neque enim ait archiepiſcopus, Chriſti eccleſiam, quae cunctis eſſe debet refugium, ordine turbato, commutabimus in caſtellum.* Videtur autem hic aliquid deeſſe. Non enim continuo ideo patuit tranſitus his nauigiis, quia legatus Rom. pontificis urgebat obſidionem. Legi hic etiam poteſt *caſtellulis*. Caeſarius Heiſterbachenſis, lib. IV. Mirac. cap. LXXXVIII. *Proditor allatis omnium dominorum ſuorum in caſtellulo meridiano tempore dormientium, gladiis, certos illos effecit. Ad quos armati intrantes omnes occidunt.*

CAP. IV.

Targeae. *Clypeos quos targeas uocant.*) Tartſchen, hodieque adſitata uox clypeum notans. Vide Meurſium. Infra, cap. V.

*Inferiores cauſſas.*) humana ratione comprehendendas. Nam ſuperiores ipſi erant ſoli ſeruatae.

*Oratoria chriſtianorum.*) ſacella. Sunt alioquin in ipſis templis loca peculiaria, ut alibi dictum. Eugippius, in uita Seuerini, cap. XLVI. *patula fuiſſe in caſtellis teſtatur*, ut etiam carri eo recipi poſſent.

*Praeduces.*) Anteſignani. Dictum alibi.

CAP. V.

Periculoſius. *Ipſi periculoſius.*) Hac ſane intentione fugiebant doloſiſſimi homines, quod chriſtiani perceperunt.

Negotium. *Negotium.*) rem totam dicit.

Praecipitare. *Praecipitarent.*) rapido curſu inueherent.

CAP. VI.

Diſcredo. *Non diſcredunt.*) potius non negant quam fatentur.

Omni-

Omnia autem iſta tranſcripſit iſtinc auctor libri, qui tertii loco Vitriaco eſt a Bongarſio adſcriptus. *Sed ſtili & ingenii tam* eſt barbari & inficeti, ut minime pro eius auctoris opere habendus ſit, immo ipſum etiam citet Vitriacum. Itaque & iſtis eum ſcriptoribus iungere & emendatiorem dare ſuperſedimus. Vide eum in editione Bongarſiana, pag. MDXXXVII. De Turcarum religione, & aeſtimatione chriſtianae ueritatis, uide a uiris doctis geographiae Nubienſi, ſiue Arabicae ſubiecta.

*Miſſus eſt Gabriel.*) Gabrielem enim peculiariter Mahometo a Deo adiunctum ſcribunt Turcicarum abominationum architecti & propagatores. Gabriel.

*Luxurioſus.*) Libidinis maximae bellua, cumque omnibus belluis dira libidine uolutatus ſcribitur. Luxurioſus.

*Et uanitate.*) Vox iſta debet reſpondere uoci Bellicoſi. Lege igitur, de immunditia & immanitate. Vanitas.

CAP. VII.

*Foſſatum noſtrum.*) *Vallum* dicit & foſſam. Et ſic loquimur iam inde a Vegetii & ultra, temporibus. Foſſatum.

*Militiam noſtram.*) Omnem exercitum.

*Et munitiones defendentium.*) Melius haec leguntur in dicto libro, Vitriaco adſcripto: -- *quae acies ſuas ordinauerat, ſubſidium munitiones defendentium, mulieres, &c.*

*Vulnera benedicentes.*) Perperam haec mutata ſunt ab eodem exſcriptore, - *& Deum benedicentes.* Cur enim non potuerint uouere in nomine Dei ſanitatem a uulneribus ſacerdotes, cum in caeteris aegritudinibus paria palam facerent?

CAP. VIII.

*Paſſagium uernale.*) Scribe cum exſcriptore eodem *paſſagium uernale. Receſſurus erat dux Auſtriae. &c.* Paſſagium uernale.
*Largitatem* in hoc principe prae caeteris uirtutibus celebrari uides. Ita autem ſolebant iſti clerici, ſuam rem agentes. Sic Rogerum, Antiochenum principem, interiiſſe ob uitia ſuae uitae ſcribens Gulielmus Tyrius, inter caetera *parcitatem* ipſi pro magno reatu obiicit, lib. XII. cap. X. *Dicitur hic princeps Rogerus homo fuiſſe perditiſſimus, incontinens, parcus, publicus adulter.* Plura alibi. *Paſſagium uernale*, apertum terra & mari iter ex Occidente in Palaeſtinam notat. Corrupit haec uerba idem exſcriptor: quem poſt Oliuerium ſcribere manifeſta res ex tot paginis tranſſumtis. Quae enim frons fuiſſet, pene totum

tum ſuum libellum Oliuerium aliis exſcriptum obtuliſſe archiepiſcopo ſuo ? Et miror clariſſimum uirum, boniq́ue iudicii, Iac. Bongarſium tanti facere centonem illum potuiſſe. Sed cauſſam rei facile uidemus. Noluit aduerſari primo editori, qui *Vitriaci* nomine tertium illum librum edidit.

Liciae. *Licias.*) Vincula, quibus uallum continebatur. Liciis textorum. Infra, *lignea caſtellula & licias* coniungit, cap. ſequente.

Seculares. *Seculares & equites.*) *Equites* dicit ſacrorum ordinium magiſtris ſubditos, ut hoſpitaliorum, teutonicorum, templariorum, &c. Quibus ſecularem militiam opponit.

CAP. IX.

Calamelli. *Calamellis.*) Fiſtulas intellige pluribus tibiis coniunctis ſonantes. *Calami* enim fiſtulae ſunt iam ex Virgilianis Bucolicis notae ;

Calamaulae *Calamaulas dictas* docemur a Papia: Calamaula, canna de qua cantatur.

Capitanei. *Capitanei.*) Principes ordinum ductores, dictum alibi.

CAP. X.

Wertheim. *De Werthe.*) Scribendum *Wertheim*, comitibus hodie quoque illuſtribus inter primos Germaniae.

Sarbruk. De *Sarbruk* etiam noti ſunt. Ceſtria, eſt Anglorum, ut Hollandia, Belgarum. Mirum cur exſcriptor hic quicquam mutauerit.

Camerarius *Camerarius Franciae.*) theſauris praefectus. Meminit Vincentius Lupanus, lib. III. de magiſtratibus Francorum. Licet autem hic titulus apud Francos in uſu non fuerit, fuit tamen officium, alio nomine. Nomen autem de Germaniae ſuae principibus Oliuerius transſumſerit. Alibi de hac etiam re plenius. Paullo aliter exſcriptor, qui hunc *camerarium Galterum* uocat.

CAP. XI.

*Obiecto portu.*) Exſcriptor : uelis eleuatis ab arrepto portu. Scribendum puto, *obtecto portu* - denſitatem abeuntium docet, unde ipſi maeſtitiam, hoſtes audaciam acceperint. Res perſpicua eſt. De *manganellis* ad Gullelmum Britonem, & alibi.

*Articulo.*) Vltimo diſcriminis momento. Vide ad Gulielmum Tyrium, & alibi harum notarum.

CAP. XII.

Annona. *Annona Aegypti.*) Omnis eius prouentus.

Coictanus. *Coictanum.*) Coitanum exſcriptor. Eſt autem genus pru-

prunorum, de quo docti pridem ſcripſerunt. Non autem unam primam ficum intelligas, ſed maſſam aliquam, aut corbem plenam, ut nunc etiam illi fructus uendi ſolent. Plura ad Papinii noſtri Siluas, lib. IV. Ecloga. IX.

*Aoraſia.*) Caligine oculis offuſa. *Caecitate.* **Aoraſia.**

*Nihil uidere.*) Intellige etiam accenſis luminibus.

*Dies afflictionis.*) Loquitur cum ſcriptura.

*Per poſticium.*) Elegans uox, nec mutanda. *Poſticum* habet exſcriptor; ſed male gloſſarium uetus noſtrum. *Poſticum, auerſa fores. Poſticum, minutum poſticum.* **Poſticium.**

*Potenter tenuerit.*) Sic legendum. Intelligit autem loca ea militibus & pecunia inſtructa qui tenuerit.

CAP. XIII.

*Contenti fuiſſent*) Sic legendum, non *contemti.* **Contenti.**

*Fuerunt ingreſſi.*) Exſcriptor - *fugerunt.* Puto ſententiam eſſe, CCXL. ingreſſos urbem, caeteros caeſos. Et ſic exciderunt aliqua uerba. Scribe: *Interim Soldanus magnum multitudinem peditum clanculo per loca paluſtria miſit ad ciuitatem: quorum ducenti quadraginta, chriſtianis dormientibus, fuerunt ingreſſi. Dominica nocte poſt feſtum omnium ſanctorum. Totidem, prae clamore uigilum caeſi ſunt & capti, quos ad trecentos & plures computauimus.*

*Pomeriis.*) *Pomariis*, qua uoce omnia hortenſia, latifundia intelliguntur. Vt *pomum* omnes tales fructus indicare notum eſt. **Pomaria.**

*Practicam exercendo.*) Scribe - *piraticam.* Et ſic habet exſcriptor. **Practicam exercere.**

CAP. XIV.

*Ab ea defecerunt.*) Id eſt infecta re receſſerunt. Quae ſequuntur uerba ſunt Eſaiae prophetae.

*Scollas.*) Scalas. **Scollae.**

*Pro caſtro filii Dei.*) Exſcriptor *pro caſtro peregrino.*

## INITIA CAPITVM

### *Ad quae ſpectant Notae in Oliuerium.*

| | |
|---|---|
| I. Honorabilibus. | VIII. Inſtabat iam. |
| II. Porro, quia. | IX. Saraceni prior. |
| III. Poſt dictam. | X. Aeſtus ſolis. |
| IV. Hoſtes autem. | XI. Conſtat autem. |
| V. Miraculum iſtud. | XII. Interea ciu. |
| VI. Anno gratiae. | XIII. Nec hoc mir. |
| VII. In die Palmarum. | XIV. a Graecis. |

GLOS-

## GLOSSARIVM IN LIBRVM
# OLIVERII.

Aegypti annona non durabi-(lis. 12
Agoniſtae. 11
Alcoranus. 6
Antemurale. 14
Anguſtia, uexatio. 2
Aeraſia. 12.13
Apertura. 3
Apoſtata, ad Turcas. 4
Arida, terra. 1.2

B.

Barbatae. 2. fin. & poſtea.

C.

Capitanei. 9
Cariſtia. 12
Caſule. 3
Caſtellatæ naues. 3
Camerarius Franciae. 10
Clauis Aegypti, Damiata. 14
Coctana, pruna Syriaca. 12
Copia, militia. 8
Cracum, locus praeſidium. 12

D.

Damnificare; & ficari. 8
Defecerunt, receſſerunt. 14
Domus teutonicorum, orda. 8.9.10

E.

Emtitius ſeruus. 1
Equites, ordinum Ritter. 8
Excreſcit Nilus. 12
Exheredator. 1

F.

Facere immerſiones. 3
Foſſatum. 7. & alibi.

G.

Galeae. 1

I.

Improperare. 9
Inferiores cauſſae. 4
Increduli, pagani. 11
Inueteratus mali. 1

L.

Leproſits in anima. 5
Liciae. 8.9
Linealiter. 4
Luxurioſus, libidinoſus. 6

M.

Manubiae. 5
Maſticare. 2
de Machometo. 6
Militia, omnes copiae. 7
Militia templi. 10
Munditia legis chriſtianae. 9
Murmurationes, indignationes. 9
Pro muro eſſe. 10

N.

Negotium, res tota.
Nilus quando excreſcat. 12
Eius defectus. ibid.

O.

Oratoria, facella. 4
Oſculari codices. 6

P.

Phyſici, medici. 13
Piratica. 13
Poſticium. 12
Praeduces. 4
Praecipitare ſe. 5

R.

Romani, chriſtiani. 1

S.

Sacramentaliter. 14
Sancta-mater, nauis. 3
Stare, de mari. 2

T.

Targeae, clypei. 4
Turris, arx. 1
Vorago aquae, abyſſus. 3
Werthemii comes. 10

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

152
B
46

Digitized by Google